JUSTI HENNINGII BOHMERI ... INTRODUCTIO IN JUS...

7.6.42

7.A.5.42.

Digitized by Google

[illegible] Google

JUSTI HENNINGII BÖHMERI

PROFESSORIS JUR. ORDINAR. IN REGIA FRIDERICIANA

INTRODUCTIO
IN
JUS DIGESTORUM

Senſum pariter ac uſum ſingularum materiarum ſuccincte exhibens

Expurgata, & correcta.

ACCESSERUNT TITULI

DE

VERBORUM SIGNIFICATIONE

ET DE

REGULIS JURIS

ordine alphabetico congeſti

CUM DUPLICI INDICE.

PARS PRIMA.

LUCÆ 1791.

Typis DOMINICI MARESCANDOLI
Cenſorum permiſſu.

VIRO CLARISSIMO

ANGELO FABRONIO

PATRICIO PISTORIENSI,

EQUITI, SUMMOQUE SACERDOTI

STEPHANIANÆ MILITIÆ,

PRÆFECTO ACADEMIÆ PISANÆ

Auctor hujus editionis Felicitatem.

QUÆ me cauſæ impulerint, ut Tibi, Vir Clariſſime, offerrem celeberrimi JCti JUSTI HENNINGII BOEHMERI *INTRODUCTIONEM IN JUS DIGESTORUM*, quæ nunc ex prælo Italico prodit in lucem, paucis exponam. Neque enim mihi in animo eſt eam inflare tibiam, quam fere ſolent quicunque principum virorum gratiam aucupantur. Primum neque ego is ſum, qui quenquam in os laudare conſueverim: & Tibi perſuaſum eſſe ſcio, aſſentatores, ut Thales ajebat, eſſe cicurum animantium maxi-

xime noxios. Deinde vix exitum reperirer oratio, ſi animi Tui magnitudinem, ſi doctrinam per omne genus bonarum artium diffuſam, ſi linguarum peritiam, ſi longinquas, difficileſque peregrinationes, quibus, ut de Ulyſſe prædicat Homerus, civitates, moreſque hominum multorum inſpexiſti, ſi publicæ utilitatis promovendæ ſtudium, ſi vigilantiam in Piſanæ Academiæ procuratione, ſi prudentiam, ſi gravitatem cum ſuavitate, ſeveritatem cum lenitate conjunctam, ſi cæteras virtutes, ſi tot egregia Opera in lucem edita, avideque excepta a literaria republica vel indice, ut ajunt, digito monſtrare vellem. Id nunc non ago, ut Te laudem, ſed ut conſilii mei rationes reddam.

Cum iis de cauſis, quæ jam Tibi perſpectæ ſunt, illud mihi in mentem veniſſet, ut curarem apud nos recudendum hoc opus Bochmeri, Tu me pro tuo erigendæ, ſtatuendæque jurisprudentiæ ardore benigne ad rem gerendam adhortabaris. Judicium Tuum graviſſimum addidit mihi animos. Admovi manus operi. Enimvero priorum editionum creberrima vitia me coegerunt, ut id opus univerſum a capite ad calcem, ut ajunt, recenſerem, atque corrigerem nec levi,

nec

nec paucarum horarum labore, ac tædio. Jam fore ſperabam, ut liber in publicum emendatiſſimus prodiret, quod & bono librario cordi erat vel maxime. Sed operarum vitio, ut aſſolet, in prioribus foliis pluſcula menda irrepſere. Quæ ubi Typorum exercitor animadvertit per indicem adjectum primo volumini emendationes monſtravit. Simul vero ſtudioſe præcavit, ne in poſterum peccaretur.

Libri Auctor vitam duxit in caſtris *PROTESTANTIUM*, ut vocant. Quæ res in cauſa fuit, ut, cum occaſio incideret, eo declinaret. Anceps ob eam rem cura ſubibat animum. Hinc nefas erat minus doctis, aut incautis errores propinare: illinc vero ab alieno manus quam maxime abſtinere oportebat. Quid ergo? Hoc temperamento ſum uſus, ut quæ ille quaſi dogmata efferebat, ea, retentis verbis, ad hiſtoricam narrationem doctrinæ *PROTESTANTIUM* inflecterentur. Pauciſſima in opere univerſo erant ejus indolis, ut ſecari neceſſe fuerit, quia ſanari non poterant, niſi ſententia in contrarium detorta.

JUSTI HENNINGII BOEHMERI nomen celebre eſt multis, variique in diverſo genere argumenti, iiſdemque, ſi ſectæ opinationes excipias, laudatiſſimis

Operibus partim, eo vivente, impreſſis, partim poſtumis. Eorum ſeriem bene longam exhibent cum literariarum ephemeridum Scriptores, quos laudat GEORGIUS LUDOVICUS BOEHMERUS filius paternæ gloriæ æmulus in Præfatione ad Tom. VI. paternarum *EXERCITATIONUM AD PANDECTAS*: tum *ELOGIUM* Academiæ Fridericianæ, ſeu Halenſis nomine compoſitum, & indicato nuper *EXERCITATIONUM* volumini præmiſſum. Quicunque noſſe cupiat, illius Viri patriam, ſtudia, fortunam, merita, honores, munera, dignitates, vitam denique ex ipſo Elogio poterit ediſcere.

Pandectarum doctrinam, quæ neque a Codicis, nec a Novellarum Juſtiniani Conſtitutionum jure ſejungi poteſt ſine damno, expoſuerunt bene multi, alii alia methodo: alii magnis voluminibus, alii per compendia Non eadem in omnibus aut eruditio, aut methodi ratio, aut perſpicuitas, aut accuratio, aut doctrina, aut copia rerum, aut mentis lumen, aut vis judicii. Felix qui hæc omnia difficili quodam fœdere conjungat! Hic autem noſter, & commoda docendi via, rerumque diſpoſitione utitur, & ab ipſis initiis profectus gradatim in penetralia jurisprudentiæ, atque inde ad fori ipſius limen de-

deducit. An ergo nihil in hoc genere melius? Dicam brevi. Alius alii præſtat alia re. Ut in corporibus, ſic in fœtibus humani ingenii difficile eſt reperire, cui vel vitii aliquid, vel ſaltem nævus aliquis non hæreat. Sermo quo utitur, quo magis diſtat ab aurei ſæculi Scriptoribus, & a Cujacianæ Scholæ Interpretibus, quos ego Studioſis juris commendare ſoleo: eo magis accedit ad dicendi conſuetudinem apud Doctorum vulgus receptam. Quod quidem plerisque fere percommodum eſt. Sed eo jam revertor, unde diſceſſi.

Duo potiſſimum fuere in cauſa ut BOEHMERI *INTRODUCTIONEM*, de qua dixi hactenus, nova indutam veſte Tibi, Vir præſtantiſſime, offerendam exiſtimaverim. Primum quod operæ in eam poliendam impenſum, quod operis factum erat auſpicio Tuo, æquum erat Tibi ſiſti, in tuaque eſſe tutela. Deinde multis a Te, magnisque ornatus, auctusque beneficiis occaſionem expetebam, qua Tibi probare poſſem, Benignitatis Tuæ rivos non fuiſſe in ſolum ſterile, ingratumque effuſos. Olim apud Græcos, Romanosque in more poſitum erat, ut viris bene de ſe meritis ponerent in publico ſtatuas. Ego, qui Tibi gratiam habere

poſſum, referre non poſſum, faciendum mihi cenſui, ut hoc ſaltem animi, & obſequii erga Te mei monumentum extaret. Si vera narrat Ælianus, Artaxerſi luſtranti provincias Regni ſui cum divites certatim patrio more aggererent munera, paupereulus quidam ruſticus, cui nihil erat, quod daret, curſu petivit proximum flumen, atque volas junctas, conformataſque in modum crateris aqua implevit, quam deinde aquam Regi curſim attulit excuſans paupertatem ſuam: ea vero animi ſignificatio Regi fuit gratiſſima. Huic ſimile eſt hoc meum munus. Qualecunque id ſit, rogo, ut æqui, bonique facias hoc meum officium. Noſti, Plutarchi judicio non minus regium eſſe parva excipere benigne, quam largiri magna. Vale.

PRÆFATIO

PRIMÆ EDITIONIS.

Qui jurisprudentiæ nostræ hodiernam faciem penitius intuentur, non ineoncinne illam sub specie *vastissimæ* cujusdam *sylvæ* adumbrare videntur. Tot sunt obstacula, quæ premunt docentes discentesque, tot occurrunt superandæ difficultates, quæ inter motos fluctus ubique se exserunt, ut non adeo inepte veteres in JCto *ferreum caput* requisiverint.

Hinc tam varia ratione studium juris aggrediuntur ejus cultores, nec omnium unus idemque labor: alii enim *studio proletario*, alii *exactiori*, alii *ordine inverso*, alii *alio modo* jura tractant. Sunt qui totum vitæ suæ tempus in eruendis legum *subtilitatibus* absumpserunt, qui gloriæ sibi duxerunt, posse subtili ingenio conciliandi rationes ostendere, quando leges inter se dissident, qui literas legum torquent, *ex cortice incassum fructus quærentes*, & sic præter manum criticam, quæ alias *in se* non contemnenda ad leges nihil afferunt.

Certe tales vix absimiles videntur iis, qui ex arboribus aridis, quibus succus

& vita deficit, fructus colligere student, & circa corticem ejusmodi arborum hærentes, fructus ipsos negligunt & spernunt, quos plena manu ex frugiferis aliis colligere poterant. Non reprehendo omne *studium criticum* in jure Romano, quin quantam quandoque interpretationi lucem afferre possit, ostendi *disp. de scriptur. non legibil. cap.* 1. Sed hoc non debebat esse ἔργον, sed saltem *subsidium aliquod*, ubi necessitas illud postulabat. Ast ut plurimum hoc tunc adhibetur, ubi materiæ quoad usum hodiernum revera otiosæ deprehenduntur, & si tandem quæstio, *cui usui?* instituitur, responsio in vanam aucupationem alicujus gloriosæ eruditionis resolvitur. Nonne vero hoc est pedantismum in jurisprudentiam inferre? Deterioris tamen adhuc conditionis videntur, qui nil nisi *verba legum* crepant, sensum ejus omnem genuinum respuentes, adeoque sacrilegium esse ducentes, ullam admittere antinomiam, aut nævum in jurisprudentia. Et hi sunt *leguleji*, qui itidem cum criticis circa corticem hærent, sed adhuc deteriori modo, quo magis legitimam interpretandi viam obstruunt, verasque prudentiæ regulas rejiciunt. Porro sunt, qui propter tam diffusum juris studium plane deterrentur a genuina legum scientia, & rem omnem *in praxi* sitam esse existimant, modo recitare possint consuetas formulas, & multis verborum lenociniis clientuli sui causam perorare. Tales *ostentant folia vana*, h. e. arbores repræsentant, quæ exterius foliis abundant, speciem-

que

que elegantem præ se ferunt, sed fructus *nullos* vel saltem *inutiles* habent. Hi enim corrumpunt *leges*, quarum scientia destituti sunt; *curiam*, quam importunis suis clamoribus replent; *litigantes*, quos spe prædæ & victoriæ alliciunt; *justitiam*, quam venalem habent, & quacunque ratione turbare annituntur. Tale hominum genus optime depinxit Zieglerus *in Tr. de Rabulistica*.

Ulterius sunt, qui, quicquid juris Romani nomen præ se fert, sine causa arrodere & impugnare audent, solis *rationis suæ conjecturis* confisi, ex quibus proinde omnia conculcare, & ad captum proprium accommodare student. Quo ipso tamen minime reprehendo eos, qui *juris naturæ præcepta* ad jus Romanum afferunt, & sollicito studio, quicquid positivi juris stricte dicti in jure Romano occurrit, ab illis separant; nam id omnino fieri debere, res ipsa docet, quia ita feliciori & faciliori ratione & *interpretandi* & *applicandi* viam ingredi valemus. Sic nec sub hac censura eos comprehendo, qui defectus juris Romani cum debita prudentia, ubi illi evidenter occurrunt, eruunt, & inde faciliorem interpretandi viam sternunt, quippe quod sæpe conducit ad eruendos errores communes, qui alias vix præcaveri possunt, ut jam recentissimi hoc seculo JCti eruditissimi suo exemplo declararunt. Ast qui plane hic excedunt, merito ad jurisprudentiam enucleandam inutiles habentur.

Hæc itaque demum vera, meo judicio, via ad *solidam* juris Romani *cognitionem* esse

se videtur, si, otiosis juris Romani quæstionibus rejectis, rem ex veris principiis deducamus, adhibita in subsidium *antiquitate* Romana, quæ imprimis interpretationi ingentem afferre potest lucem, & *regulis prudentiæ*, ut præsentem vitæ nostræ rerumque publicarum statum cum Romano prudenter conferamus, & quatenus leges illæ Romanæ nostrorum civium moribus commode applicari possint, dijudicemus.

Ad promovendum hunc scopum multum præterea conferre poterit, si optima methodo, quæ alias in disciplinis plurimum facit, leges secundum *sensum* & *usum* proponuntur, & ea, qua fieri potest, *brevitate* & *perspicuitate* concipiuntur. Sunt enim conclusiones infinitæ, quas exercitatus in principiis animus facillimo negotio, sine ulteriori manuductione, eruere valet. Et hunc in finem nostro ævo *Digestorum*, *Codicis* & *Novellarum* explicatio suscepta est per certa compendia, quibus scitu necessaria nervose & methodice sunt comprehensa, ne animus discentium tot varietate legum, tot subtilitatum copia, tot dissidiorum ubertate obrueretur, quod tamen fieret, si quis statim ad ipsas leges interpretandas ablegaretur. Hinc non est institutum eorum, qui ejusmodi compendia scribunt, discentes abducere a fonte, quamvis hoc per accidens fieri soleat, sed animos eorum eo rectius præparare, ut faciliori ratione jam ad id perduci queant, ad quod alias vix post multorum annorum spatia perduci potuissent. Ver-

san-

Google

santur hodie inter manus plura ejusmodi compendia, quæ cum optime nota sint, non est, quod illa hic recenseam. Sua cuique methodus, sua cuique prærogativa & præstantiæ gloria, sua cuique etiam vitia, quæ partim ex *ἀμεθοδεία*, partim ex diffuso rerum complexu, fines compendii excedente; partim ex defectu legitimæ interpretationis; partim aliunde facile dijudicari possunt.

Neque tamen tanta hodie copia ejusmodi compendiorum laboramus in Academiis, ut aliis propterea vitio verti jure possit, si nova hujus generis in usum discentium conscribere constituant, & si vel maxime major eorum adesset numerus; non tamen propterea existimandum est, adeo omnia jam esse exhausta, ut nihil alienæ industriæ relictum esse videatur. Et vel hæc sola ratio sufficiens præsidium mihi præbere posset, ostendendi, quod animum non otiose applicaverim ad *introductionem aliquam in jus Digestorum* conscribendam, nisi præterea adhuc aliæ rationes adessent. Ursit imprimis hoc propositum, quod communes methodi, quibus leges traduntur, plurimis incommodis sint innodatæ, quæ docentibus ingens impedimentum, discentibus vero quandoque nauseam procreare possunt. Et quidem imprimis hic intelligo methodum *per causas*, quæ ubique in compendiis regnat, paucis exceptis, cujus incommoda peculiari meditatione explicavi, *in manuductione ad methodum conscribendi disputationes juridicas*, quæ hic recensere nolo. Hinc etiam alii eandem

dem difficultatem apprehendentes per theses & axiomata jus Romanum ad sua principia revocarunt. Horum institutum eo magis laudandum, quo magis fundamenta certa & genuina inculcant, & ad conclusiones legitime inde eruendas viam sternunt. Quemadmodum enim leges sunt *generales propositiones*, ita etiam laborandum, ut jura in ejusmodi propositiones resolvantur, quæ in nostro corpore juris plerumque per speciales casus sunt propositæ.

Proxime cum hac methodo convenire videtur *nova* illa *methodus*, quam in præsenti introductione elegi. Scilicet cum materiæ juris in titulis singulis Digestorum propositæ contineant *complexum variorum regularum & jurium*, ad illud negotium, de quo titulus conceptus est, pertinentium, illa vero, quæ in complexu traduntur, non rectius explicari posse videantur, quam si in partes naturales, in quas natura negotii se scindit, solvantur, & singulis sua propria meditatio impendatur, optimam huic negotio esse methodum PER REQUISITA, quæ in quolibet themate occurrunt, arbitratus sum. Quid enim aliud sunt requisita, quam *partes necessariæ rei alicujus vel negotii, in quas sua sponte se scindit*, & simul tamen singula requisita *propositionem* aliquam continent *fundamentalem*, ex quibus principia singulis materiis propria & axiomata juridica facili negotio concinnari possunt. Ut adeoque & illis, qui per *positiones* procedere amant, hæc quoque methodus satis

ac-

accommoda videri possit. In eo tamen videtur meo judicio hæc via commodior, quod meliori ordine & connexione omnia ita proponantur, vel juxta seriem *requisitorum* omnia uno intuitu haberi possint. Et hæc methodus non tantum *scholæ*, sed etiam *trituræ fori* satis conveniens est, quandoquidem non rectius advocati jura partium tueri posse videntur, quam si requisita intentatæ actionis omnia cum casu proposito congruere, ostenderint. Et hinc in der Calenbergischen Cantzley Ordnung t. 4. §. 20. diserte provisum est, dass die Advocaten in allen ihren Schrifften und Sätzen sich der Kürtze, so viel möglich, befleissigen, alle superflua und irrelevantia unterlassen, und darentgegen aber die *requisita* eines ieglichen *remedii* mit besondern getreuen Fleiss in acht nehmen sollen. Idem dispositum in Fürstlichen Wolffenbüttelischen Hoff-Gerichts-Ordnung pag. 15. his verbis: Es sollen auch die Advocati in Verfertigung der Suppliquen, libellorum und zugelassener articulorum, auch allen andern Schrifften und Sätzen sich so viel möglich der Kürtze befleissigen, alles überflüssige und ungeraumte und zur Sache undienliche unterlassen, dargegen aber die rechtliche *requisita* eines ieden *remedii* und *action* mit besondern Fleiss in acht nehmen &c. Quodsi itaque discentes hac methodo juri operam dare mature se accingunt, eo faciliores in foro aliquando & feliciores progressus sine dubio sunt facturi.

Quæ

Quæ cum ita sint, hac ratione singulas materias explicui, ut, præmissa *generali definitione*, tanquam complexu omnium eorum, quæ postea per *requisita*, ex definitione deducta, speciatim declarantur, *requisita* distincta tradiderim, & ex his deductas conclusiones potiores subjecerim, ex quibus ad infinitas alias datur progressus. Hæc omnia numeris ita distinxi, ut *omnis confusio* evitari, & contra, quomodo singula cohæreant, uno intuitu statim percipi possit. Retinui simul *utiliores divisiones*, & cum divisio, nullum usum præstans, merito quoque disceentibus haud tradi debeat, operam dedi, ut singulis divisionibus statim subnecteretur *usus genuinus*, ut ita statim appareat, in quem finem hæ sint addiscendæ. Prævit jam in hoc instituto collega meus honoratissimus Dn. Ludovici in *Usu practico distinctionum juridicarum*, qui libellus optime cum iis, quæ ad singulas divisiones tradidi, conferri, & ad illa declaranda multum facere potest.

Ad ipsam denique interpretationem quod attinet, *antiquitatem Romanam* sedulo secutus sum, ex illis, quæ ad jura Romana enucleanda faciunt, succincte adducendo, ut eo rectius judicium fieri possit, utrum congrue tradita juris Romani ad nostrum forum applicari valeant. Si enim hæc ratio docendi negligitur, sæpe quam perniciosissime errari experientia docet. Deinde optimos & recentiores nostri seculi elegi JCtos, quos in subsidium adducerem, quia ho-

horum sub clientela, & clypeo jurisprudentia ad insignem evecta est præstantiam, quos proinde præeuntes sequi, optimum factu esse duxi.

Ceterum ne per hanc *introductionem meam* discentes plane a fonte ipso abducerentur, quod, ut supra dictum, plerumque contingere solet, præsertim cum non omnium eadem sit idoneitas, textus ipsos principaliores eligendi & segregandi, utile visum fuit, *textus notabiliores* cujusvis tituli ex *Digestis* & *Codice* juxta seriem in titulis positam eruere, & titulis singulis subjungere, quos præcipue quilibet cognitos habere debet, quique præ ceteris inservire usibus quotidianis possunt. Denique in fine addidi duos illos titulos satis notabiles *de verbor signific.* & *regulis juris*, non quidem eo ordine, quo in Digestis conspiciuntur, sed juxta seriem materiarum ordine Alphabetico exhibitam, ut eo facilius cuique in promptu esse possint, qui ad textus illos recurrere velit. Sicuti itaque hocce meum propositum consilio haud temerario susceptum esse arbitror, ita ut Deus hoc ipsum ulterius secundare & benedictione sua promovere velit, ex intimo corde precor. Dabam in Regia Fridericiana d. 1. Martii 1704.

PRÆ-

PRÆFATIO

SECUNDÆ EDITIONIS.

Decennium præterlapsum est, quo hanc *introductionem in jus Digestorum* ederem, quod quo consilio fecerim, in præfatione præmissa explicui. Altera nunc prodit editio, eaque longe priori correctior & emendatior. Animadverti enim, in priori editione multa irrepsisse sphalmata, quæ ante omnia sedula industria correxi, & quia dies diem docet, non raro sententias, antea non satis excussas, mutavi, melioresque substitui. Quotidie enim meditando in hoc vastissimo studio ad plures novas veritates pervenimus, quibus unice insistendum, rejectis præconceptis opinionibus, quæ antea nos deceperunt. Indurati animi est, nolle sententias, quibus animus imbutus fuit, mutare, si meliora edoctus fuerit. Memor semper sum ejus sententiæ, qui dixisse fertur: *& si alterum pedem in tumulo haberem, non pigeret aliquid addiscere*. Ipse POMPONIUS, qui discendi cupiditatem solam vivendi rationem in octavum & septuagesimum annum duxerat, in eadem stetit sententia, ut fatetur in *L. 20. D. de fideicom. libert.* quod etiam scripta JCtorum passim docent. Proinde nul-

lus

lus dubito, quin hæc nova editio his, qui juri operam dare intendunt, rectius inservire, animumque eorum ad solidiorem eruditionem comparandam præparare queat. Dab. ipsis Kalend. Octob. MDCCXIV.

Google

LIB. I. TIT. I.

De justitia & jure.

I.

DAri *jurisprudentiam* actionum humanarum directricem, patet *ex natura humani generis, & status corruptione. L. 2. §. 13. D. de orig. jur.*, Hertius *Diss. de Jurisprud. Univers. S. 1.* §. 7. Est autem in genere JURISPRUDENTIA *rerum divinarum, atque humanarum notitia, justi, & injusti scientia:* §. 1. *J. & L.* 10. §. 2. *h.* vel clarius: *Est habitus interpretandi & prudenter applicandi jura*, & sic tot dantur species jurisprudentiæ, quot juris species. Duo itaque in omni jurisprudentia generalia sunt requisita: (1) solida legum cognitio, & (2) prudens earum applicatio.

2. Ad *solidam* legum *cognitionem* comparandam multum facit (1) *interpretatio* legum instituenda ex communibus regulis interpretandi: (2) studium *antiquitatis Romanæ*, & (3) doctrina *juris naturæ*. Quod *interpretationem* concernit, illa communiter dividitur in *doctrinalem*, & *authenticam*. Hæc est ejus, qui tulit legem, *L. 9. C. de leg.* & novum jus constituit, Brunn. *ad L.* 12. *numer.* 4. pertinetque ad *prudentiam legislatoriam*: Huc refero infinitas leges dis-

ponentes, qualis in dubio interpretatio capienda. Illa, quæ proprie hujus loci, est *explicatio legis dubiæ ex probabilibus conjecturis*. Hic duo requirit Dn. Stryk. *in Not. ad Lauterb. Lib.* 1. *Tit.* 1. (1) ne sensus legis in totum sit obscurus. Unde vero obscuritas oriatur, de eo plenius edisserit Dn. Thomas. *Jurispr. divin. Lib.* 2. *C.* 12. *n.* 20. *seqq.* (2) Ne adeo clarus sit, ut interpretis officium cesset; tunc enim habet locum *L.* 12. *ff. qui, & a quibus manum.* Recurri tamen utroque casu potest ad authenticam.

3. Atque hæc rursos est vel *extensiva*, vel *restrictiva*. Utrobique *verba*, *ratio* & *mens* inspicienda, & quidem *ratio adæquata*. (Nam JCti inadæquatis rationibus sæpe usi. *L.* 14. *pr. de serv.* Conring. *de Civil. prudent. C.* 14. *p.* 315. Schilt. *Ex.* 6. §. 27. *in addit lit. c.*) Quod si ratio legis generalior verbis, *extensivæ* locus est. §. *un. I. de legit. pat. tut. l.* 6. *ff. de sponsal.* Si vero sqecialior & angustior, *restrictiva* adhibenda, Struu. *Exerc.* 2. §. 49. præsertim accedente singulari æquitate, unde aliquando dicitur *interpretatio per æquitatem*. Vid. Hahn. *ad Wesenb. h. n.* 18. In genere cavendum, (1) ne imprudenter Doctorum regulas magnis voluminibus congestas sequamur: (2) ut humanitatis rationem in dubio præferamus juri stricto, modò (*a*) non sit cerebrina: *L.* 11. *pr. de pæn. L.* 19. *de appell.* (*b*) non temere leges impugnet: *Can* 3. *D.* 4. (3) caveamus a sophisticis interpretationibus.

4.

4. Faciunt Dd. adhuc duas alias species: *declarativam*, & *usualem*. Illa est *simplex secundum verba, facta legis clara & perspicua declaratio*, & sic interpretatio *logica* non est, sed pertinetque potius ad eos, qui *studio critico* inserviunt. Interim hoc ipsum cognitioni legum magnopere inservit, quod Cujacii, Merceri, Noodtii aliorumque observationes criticæ ostendunt, qui elegantiora studia ad jurisprudentiam contulerunt. Hæc est, quando sententia legis dubia explicatur ex observantia constanti. Duo ergo supponuntur: (1) *sensus legis dubius*: in errore enim aperto habet locum *L.* 39. *de LL.* (2) observantia *constans* & *diuturna. L.* 37. *eod.*

5. Consectaria sunt: (1) rarius provocandum esse ad *L. non omnium*, 20. *de LL.* ne quidem in mere civilibus, quia & hæc rationes suas habent (2) Cessante ratione adæquata, & in totum cessare legem .*L.* 6. §. 2. *de jur. patr.* (3) Leges scire non esse verba tenere, sed vim & potestatem. *L.* 17. *de LL.* (4) Leges posteriores generales non semper mutare illa, quæ antea de speciali casu disposita: sed sæpius inde exceptionem capere: *L.* 26. 28. *eod.* (5) In fraudem legis facere eum, qui, salvis verbis legum, sententiam ejus circumvenit. *L.* 29. *eod.* (6) Jus speciale non esse producendum ad consequentias, *L.* 14. *ff. eod.* quoniam Princeps hoc non vult. §. 6. *I. de I. N. G. & C.*

6. *Applicatio* prudenter facienda, conſideratis omnibus facti circumſtantiis. *L.* 16. § 1. *de pœn.* Præſupponit hæc *notitiam facti*, quæ vel *immediata*, vel *mediata* ex peritorum artis informatione hauſta, cui in *applicatione* ſtandum, ſi juramento obſtricti fuerint. Ipſa applicatio fit vel *judicando*, vel *reſpondendo* de jure, vel *advocando*, vel *cavendo*. Unde *juriſprudentia cautelaris* JCto imprimis commendanda, cum in hac *prudentia juris* potiſſimum conſiſtat. Quid enim *cautelæ* aliud ſunt, quam *conſilia & regulæ prudentiæ ad avertendum damnum adhibitæ*? Schilter. *Ex.* 1. §. 2. 3. Sint vero *cautelæ* æquitati conformes, non in fraudem legis, ſed tantum ad damnum avertendum adhibitæ. Dn. Stryk. *de Cautel. contr. S.* 1. *C.* 1. § 8. *ſeqq.* Tract. *de Caut. Teſt. Cap.* 2. Fluit exinde *Juriſconſulti* differentia a *legulejo*, & *rabula forenſi*: imo hoc ipſo inter ſe differunt ſcientia juris *ſolida*, *hiſtorica*, & *empirica*. Vid. Dn. de Rhetz *in Inſtitut. jur. publ. Lib. I. Tit.* 1. §. 4. *ſeqq.* Maurit. *Introd. in praxin for.* §. 8. *ſeqq.*

7. Verſatur *juriſprudentia* circa *leges* tum *interpretandas*, tum *applicandas*: leges vero circa *negotia* hominum, etiam *divina*, quatenus reſpectus *juſti* in ea cadit. In ſyſtemate Proteſtantium fluunt hæc ex *jure circa ſacra* ſummæ poteſtati Principum aſſerto. Dn. Ssryk. *in V. M. h.* §. 5. Nec itaque Jureconſultis invidendum, ſi res di-

vi-

vinas ex vero fonte explicent, cum aliter judicare nequeant, an prædicatum *justitiis* insit. Conf. *Manud. nost. ad meth. disp. & conscrib. disp. M.* 1. *th.* 5.

8. Consectaria sunt, (1) leges proprie non versari circa ea, quæ ad intellectum spectant. (2) Spectare huc negotia externe sese exserentia. *L.* 18. *de pœn.* (3) Adiaphora in rebus sacris esse objectum legis, & sic pertinere ad curam legislatoris, cujus ea sit potestas. (4) Leges, etiam divinas, a scopo JC. non esse alienas.

9. *Jurisprudentia* ultimo intendere debet gloriam Dei, & salutem reipublicæ. Unde Lex XII. Tabb.: *Utilitas publica*, seu *civium*, *suprema lex esto*. *L.* 25. *D. de LL. L.* 1. *pr. h.* Utrunque obtinetur per *justitiæ* administrationem, quæ est *conformitas actionum humanarum cum legibus* tam humanis, quam divinis. Hunc in sensum commode accipi potest definitio in *pr. I. & L.* 10. *ff. h.* adeoque est unica Tabor *ad Wesenb.* Disp. 1. *Q.* 3. Commnnes enim divisiones tot tricis involutæ negligi possunt, cum nulla sit controversia, quæ sine his commode dirimi nequeat. Vid. Dn. Thomas. *Jurispr. div. Lib.* 1. *Cap.* 1. *n.* 106 Dn. Pagenstecher in *Sicil. manip.* 2. p. 9. *seqq.*

10. Consectaria sunt: (1) plenam & integram justitiam requirere non solum *externam* obedientiam legum, sod etiam *internam*, quam Stoici definierunt in *L.* 10. *cit.* quamvis legislatori externa potissimum

fere ſit propoſita *L.* 1. §. 1. *h. t.* (2) Otioſas eſſe Doctorum diſputationes, *ad quam juſtitiæ ſpeciem pœnæ referendæ?* Sufficit ex legibus conſtare, pœnas debere eſſe delicto conformes, & ſaluti reipublicæ ſubordinatas. (3) Diverſum eſſe officium *judicis*, & *doctoris*: illum non examinare leges, ſed applicare, nec attendere, vtrum jus ex interno animi affectu alteri tribuatur: hunc inquirere in juſtitiam & injuſtitiam legum, Ziegl. *ad Lancel. Diſſ prælim.* §. 68. & inculcare etiam *internam juſtitiam*, ne ſub *prætextu juris* quid fiat.

11. Dictum, jurisprudentiam verſari circa *leges*, quæ nomine *jurium* etiam veniunt. Sed *jus* varie ſumitur. *L. pen. & ult. h. t.* Maurit. *de Princip. jur. publ. C.* 1. Primario denotat vel *facultatem moralem* perſonæ competentem, ſeu *libertatem agendi*, vel *legem* ſeu *neceſſitatem agendi*. Priori in ſenſu jus eſt vel *perfectum*, vel *imperfectum*, cujus diviſionis uſum expendit Dn. Thomas. *cit. l.* n. 104. *ſeqq.* & habet pro correlato ſuo *obligationem* late acceptam. De hac juris ſignificatione valet regula: *Quilibet juri ſuo poteſt renunciare*. *L.* 46. *de pact.* Huic opponitur: *Nemo poteſt juri prohibitivo renunciare*, quæ intelligitur de jure pro *lege* accepto. Et hoc ſenſu jus eſt *imperantis juſſus obligans ſubditos, ut ſecundum hanc actiones ſuas inſtituant*. Differentias legis a *conſilio, pacto, dogmate*, aliisque vid. in *Tom.* 6. *obſerv. ad rem. lit. obſ.* 27. 3 *ſeqq.*

12.

12. Jus est vel *divinum* vel *humanum*, prout legislator est vel Deus, vel homo. Divinum vel *naturale*, vel *positivum*. Illud, quoad *principium essendi*, fluit ex voluntate Dei, sed quoad *cognoscendi principium* pro fundamento habet (si credas Pufendorfio, quem tamen alii solide oppugnant) socialitatem, seu communem hominum obligationem ad pacem, & tranquillitatem servandam voluntati Dei conformem. Hoc applicatum ad negotia gentium in *statu naturali*, seu æquali, diei solet *jus gentium*. Hertius *Diss. de Socialitate primo jur. N. princ.* Dn. Thomas *ad Strauch. Diss.* 1. *th.* 4. voce: *naturale*. Hoc ex speciali Dei revelatione fluit, & absque hoc non cognoscitur.

13. Positivum est *universale* vel *particulare*. Illud, obligat omnes omnino homines: ex *ratione* tamen cognosci nequit. *Κριτήρια* ejus censentur (1) si ante rempubl. Judaicam latum fuit. De quo aliquando tantum *implicite* constat, veluti quod Deus gentes ob transgressionem puniverit. *Lev. XVIII.* (2) Si Christus ad illud in novo Testamento provocat, ut ex quorumdam opinione *Matth. V. XIX.* Hoc Rempubl. Judaicam unice respicit, estque vel *sacrum*, vel *civile*. Illud alias dicitur *Ceremoniale* cultum externum Judæorum respiciens. Io. Spencer. *de Jure Rituali Hebræor.* Hoc alias dicitur *forense*, quod causas fori Judaici respexit, & respectum potissimum habuit ad *θεοκρατίαν* Præferendum hoc est

omnibus aliis legibus civilibus, cum imprimis resistat tribus illis vitiis statum depravantibus, luxuriæ, ambitioni, & avaritiæ. Ita tamen cohæret, ut ægre alterum absque altero in praxin deduci queat.

14. Jus *humanum*, seu civile á legislatore homine derivatur, & est vel *purum*, vel *mixtum*. Illud est, quod ex mera ratione civili productum. Hoc vero, quod fundamentum suum habet in jure Nat. sed lege civili vel approbatur, vel aliquando ei aliquid additur, aliquando detrahitur. *L.* 6. *pr. h. t.* Haber. *in Præl. ad Inst. tit. de I. N. G. & C.* § 6.

15. Utraque species rursus dividitur in jus *publicum*, & *privatum*. Illud ad statum Reipubl. seu ejus subsistentiam spectat, estque vel *universale*, vel *particulare*. Illud omnes Respubl. respicit, & ex jure nat. deducitur, & juris nat. portio est, quam speciem peculiari tractatu *de jure publico universali* explicui. Conf. Hertius *Diss. de Jurispr. univers. S.* 2. Huber. *de Jure Civit.* Mauritius *de Princip. juris publ. Germ. c.* 2. Particulare vero pertinet ad peculiarem certæ alicujus Reip. statum. Maurit. *c. l.* De aliis significatibus vid. Dn. Thomas. *ad Strauch. Diss.* 1. *th.* 1. *Privatum* denique respicit negotia civium privata inter se, & itidem cuilibet Reipubl. proprium. §. 1. *J. de J. N. G. & C.*

16. Usus harum specierum juris apertus est. Jus naturæ est immutabile, si de ve-

ra

ra immutabilitate sermo est. Jus vero nat. pro *facultate naturali* acceptum a Principe mutari potest. Jus positivum universale sub solius Dei dispensatione est, non hominum. Unde gradus in *Levit. XVIII.* sunt indispensabiles. Jus forense & ceremoniale nullam amplius obligarionem habent. *Hebr. IX. 9. Gal V. 1. seqq. Col. II. 6. seqq.* Jus humanum denique disponit de rebus jure divino non præcise determinatis, & sub dispositione Principis est, subordinatum tamen juri divino.

TEXTUS NOTABILES

L. 1. §. 1. L. ut vim, 3. L. jus Civile, 6. L. pen. & ult.

Tit. II.

De origine juris.

1. ORigo juris humani cœpit in *statu legali*, introducto imprimis *statu civili* sub Cainitis. Conf. Tacit. 3. *Annal. c.* 25. *seqq.* Sed juris Romani varia est pro status varietate. Sub *Regibus* populus sine lege certa egit, omniaque manu a Regibus gubernabantur, donec *curiatæ* tandem latæ fuerint, *L.* 2. §. 2. *ff. h.* quibus reliqui Reges suas addiderunt. Inde *jus Papirianum L.* 2. §. 2. *h. t.* Vestigium extat in *l.* 2. *ff. de mort. infer.* Quin plures adhuc alias exinde deri-

vandas esse, docet Georg. Schubart. *de Fatis jurisp. Rom. Ex.* 1. Paul. Merula *in Antiq. Rom.* Balduin. *ad LL. Romuli*.

2. Exactis Regibus, lege Tribunitia omnes leges has exolevisse, ait Pompon. *L.* 2. §. 3. *h.* hoc sensu, ut lex Tribunitia dederit occasionem, ut sensim evilescerent, maxime statum publicum respicientes. Neque enim omnes exoleverunt. Schubart. *c. l.* §. 2. *seqq* Sic, mutatu statu, cœpit rursus populus Romanus incerto *jure* agere. Ferebantur tamen leges sub Consulibus. Stryk. *in præcogn. C.* 1. §. 6. Quin & Tribunis plebis creatis ob patrum & plebis discordias, plebiscita creata fuisse certum est. Unde novæ lites inter patres, & plebem.

3. Lites hæ, quas prolixius enarrat Dn. Thomas *in Nau. Jurisp. th.* 2. tandem dederunt ansam tres legatos mittendi Athenas legum colligendarum gratia. Livius *Lib.* 3. *Cap.* 31. (Glossæ fabula ad *L.* 2. §. 4. *de O. J.* de disputatione inter sapientem Græcum, & stultum Romanum est satis ridicula). His reversis, Decemviri creabantur, Liv. *Lib.* 3. *C.* 33. qui leges allatas in X. Tabulas divisere &. A. V. C. 303. proposuere. Schubart. *cit. tr. Ex.* 2. §. 30. Ad continuandum Decemvirale imperium divulgarunt, deesse adhuc duas tabulas. Hinc LL. XII. Tab. ortæ, & in æs incisæ, publicoque sacramento populi roboratæ. Schubart. *cit. l.* §. 31. Dn. Stryk. *in Præc. C.* 1.

c. 1. §. 9. & 10. De nævis barum Tabb. vide Dn. Thomas. *cit. l. Observ.* 2. *seqq.*

4. Hi ipsi nævi dederunt anſam disputationibus forenſibus, unde *opiniones prudentum*, quæ *jus civile*, & *media jurisprudentia* dicebantur. *L.* 2. 5. *h.* Fraudibus deinde Patrum factum, ut *legis actiones* conderentur, *L.* 2. §. 16. *h.* quæ cum actibus legitimis non confundendæ Huber. *P. I. Lib.* 2. *Digress. C.* 12. Hoc ipſo tota vis legum fere ad Patres devoluta, donec Cn. Flavius formulas illas divulgaret, unde *jus Flavianum*. Cic. pro Muræn. *p. m.* 340. Schubart. *cit. l.* §. 60. Vid. Briſſon. *de Formul.* Sed nova JCtorum cautela: notas compoſuere ab aliis non intelligibiles, quibus tamen agi debebat. Detexit eas Sextus Ælius. Inde *jus Ælianum*. Dn. Stryk. *Præc. C.* 1. §. 20. Dn. Thomas. *de Næu. Jurisp. Lib.* 1. *C.* 5.

5. Ferebantur & leges in Comitiis a populo. Vid. Franc. Hottom. *in Indice LL. Roman.* Manutius *de LL.* Quarum ferendarum ritum deſcribit Dn. Stryk. *cit. l.* §. 18. Conf. Huber. *Digress. P.* 1. *Lib.* 1. *Cap.* 15. *& Lib.* 4. *C.* 30. Præterea plebiſcita incrementa juri dederunt rurſus ex diſſidiis Patrum orta, *L.* 2. §. 8. *h.* Dn. Stryk. *cit. l.* §. 12 quanquam vetuſtiora fuerint LL. XII. Tabb. ſi prima eorum initia ſpectes: populum tamen univerſum demum obligare cœperunt lege Horatia. Occaſionem recenſet JCtus *in L.* 2. §. 24. Conf. Liv. *Lib.* 3. *Cap.* 43.

6. Rursus dissensiones Patrum & plebis extorserunt constitutionem Prætorum. Potestas eorum erat in jure dicundo, & interpretando. *L.* 7. §. 1. *de I. & I* Unde tot Edicta nata, quæ ab initio *annua* erant. Dn. Stryk. *cit. l.* §. 24. Conf. id. *Tr. de Success. ab intest. Diss.* 9. pr. Edicta erant vel *generalia*, vel *specialia*. Ad hæc pertinet Titulus, *Quod quisque juris*, & sub his processus Romanus novam formam accepit, unde adhuc tot conclusiones in jure civili supersunt. Dn. Thomas. *Næu. jurisp. C.* 7. Huc pertinent quoque Edicta Ædilium, Id. *c.* 8. & Proconsulum.

7. SCta porto accedebant, de quorum ritu agit Stryk. §. 24. *cit. l.* Plenius rem ex antiquitate descripsit Bachou. *in Πρώτοις p.* 38. *seqq.* Conf. Gell. *N. A. Lib.* 14. *c.* 7. Brisson. *de Formul. Lib* 2. *p.* 183. *seqq.* Quin & JCtis peculiariter jus de *Jure respondendi* datum. Inde *responsa* eorum vim *legis* acceperunt. Præcaveri tamen non potuit, quin in varias JCti dividerentur sectas. *L.* 2. §. 48. *seqq. h. t.*

8. Facta est nova accessio juri Romano per *constitutiones imperatorum*, translato in eosdem imperio per L. Regiam, quam non fuisse figmentum, docet Huber. *in Digress. P.* 1. *Lib.* 1. *C* 16. Schubart. *cit. l. Ex.* 3. §. 34. *seqq.* Conring. *ad Lampad. P.* 2. §. 9.

9. Ex tot partibus juris confusio ingens orta, quam corrigere instituerunt Pompejus, Cicero, & Julius Cæsar. *C.* 2. *D.* 7. Schu-

bart.

bart. *de Fat. jurisp. Ex.* 3. § 1. *seqq.* Sed, Cæsare mortuo, res exitu caruit. Dn. Thomas. *cit. l. Lib.* 2. *C.* 1.

10. Edicta Prætorum sub Hadriano a Juliano collecta *Edicti perpetui* nomen acceperunt. Jac. Gothofred. *in Man. jur. C.* 3. *p.* 14. Unde tot commentaria JCtorum orta. Sed & *Constitutiones Imperatorum* subsequentium augmentum juri attulerunt, in tres codices postea collectæ. Gentilium quidem collegerunt Hermogenes, & Gregorius. Unde codex Hermogenianus, & Gregorianus, de quibus vid. Jac. Gothofr. *in Proleg. ad Cod. Theod C.* 1. *p.* 183. Christianorum Constitutiones collectæ sub Theodosio Juniore, unde Codex Theodosianus, Id. *p.* 184. ad quem stupenda industria, & judicio limato commentatus est Jacob. Gothofredus, a quo differt *Breviarium Aniani*.

11. Sub Justiniano Imperatore (de cujus prosapia vid. Dn. Stryk. *in Præcogn. C.* 2. §. 1. *seqq.* & Procopius *in Anecd.* cum judicio tamen legendus) in novam formam redactum jus antea confusum. Codex Justinianeus primo constructus. Dein ex veterum JCtorum scriptis Digesta una cum Institutionibus eodem die publicatis compilata sunt. Stryk *cit. l. C.* 2. §. 7. *seqq.* Multa de suo addidit Tribonianus. Unde tot eruditorum querelæ de emblematibus, de quibus agit Wissenb. Vid. Hotomanni *Anti-Tribon. C.* 11. *seqq.* De ordine, & divi-

sio-

sione Digestorum egit Dn. Stryk. *cit. l.* §. 13 & Cornel. Van-Eck. *h. t n.* 15. Tres editiones hodie prædicantur, *Vulgata*, *Haloandrina*, & *Florentina*, de quibus vid. Dn. Stryk. *in Not. ad Lauterb. ad præf. p.* 4 *seqq.* & Disp. nostr. *de Scriptur. non legibil. C.* 2. Maurit. *Diss. de Libris Jur. comm.* § 9. *seqq.*

12. Abrogavit Justinianus Codicem priorem, novumque *repetitæ prælectionis* dictum concinnari curavit, cui insertæ sunt 50. Decisiones. §. 1. *Const. de emend. Cod.* Dn. Stryk. *in Præc. C.* 2. §. 18. *seqq.* Hinc Codex derogat Digestis. Dn. Pagenstech. *in Sicil. manip.* 1. *p.* 3. *seqq.* Ordo *Constitutionum* juxta ætatem Imperatorum initus. Leges *ultimæ* optimæ. Edidit dein *Novellas*, de quibus notabilia vid. apud *eund.* §. 27. & Maurit. *cit. l.* §. 16. *seqq.* Ex his *compendia* ab incerto auctore addita Codici sub nomine *Authenticarum* (Vid. Van-Eck. *cit. l.* §. 19. Maurit. *cit. l.* §. 15.) quæ Novellis *in praxi* prævalent. Id. *ad Lauterb. p.* 6. His Fridericorum constitutiones post insertæ sunt. Vid. *Auth. Habita, C. Ne filius pro patr. Auth. sacramenta puberum, C. si advers. vendit.*

13. Agitot simul *h. t.* de successione prudentum, quam materiam ex professo exposuere Cornel. van Eck. *h. t. n.* 22. *seqq.* Forster. *Histor. jur. Rom.*

14. Post Justinianum eviluit quodammodo auctoritas juris Justinianei. Varia enim in Italia jura observata. Conring. *de Orig. Jur. Germ. C.* 20. Dn. Stryk. *cit. l. C.* 38. §. 3. *seqq.*

ſeqq. Manſit tamen adhuc aliqua hujus juris obſervantia. Conring. *C.* 20. In oriente etiam variam experta fortunam Jurisprudentia Romana ſub Phoca, & fere obſoleta, maxime per libros Baſilicorum. Struv. *Ex.* 1. *th. ult.* Maurit. *cit. l.* §. 18.

15. Ejus auctoritas rurſus crevit ſæculo XII. Conring. *de Orig. J. Germ. C.* 23 De cujus occaſione vid. Struv. *Ex.* 2. §. 24. Fabulam de Lotharii reſcripto optime detexerunt Conring *cit. l. C.* 21. & Conradus Sincerus *de German. LL. & Juris Romani Orig. & aut.* Senſim in Italia ubique invaluit, poſtquam in ſcholis leges explicabantur, & deinde Fridericorum juſſu Authenticæ quædam Codici inſerebantur, ex qua inſertione uſus quoad Germaniam non infertur, ſed tantum quoad Italiam. Sincerus *cit. l. p.* 48.

16. Tranſiit ad Germanos ſæculo imprimis XV. conſtitutis in Germania Academiis, Sincerus *cit. l. p.* 50. quanquam uſus quidam jam ſæculo XIII. deprehendatur, ut plenius ex diplomatibus oſtendi in Tract. *de Jure eccles. Proteſt. Tit. de conſuet.* §. 48. *ſeqq.* Primum quidem in ſcholas, a ſcholis ſenſim ad forum, tranſiit, ſalvis tamen jure Canonico recepto, & legibus patriis, licet nulla expreſſa ſanctio doceri queat. Conring. *de O. J. G. c.* 33.

17. Apud Germanos olim plus valebant boni mores, quam apud alios ſcriptæ leges. Conring. *de O. J. G. c.* 1. Senſim tamen

men, literis bonis apud eos introductis, usus scriptarum quoque invaluit Id. *c. l. C.* 2. Imprimis celebris fuit *lex Salica* Francorum, de qua multa egregia Dn. Coccejus peculiari oratione congessit. Aucta hæc a Carolo M. Dn. Stryk. *V. M. præf.* §. 7. Et tandem ex jure scripto, & moribus collectio facta sub titulo: *Speculi Svevici.* Gold. *in præf. der Reichs Sazungen.* Aliorum populorum scita erudite persecutus est Conring. *laud. tract.*

18. Habuere & Saxones suos peculiares mores, qui collecti in Speculo Saxon., cujus tamen auctor imperite asseritur Carolus M. Dn. Stryk *cit. l.* §. 9. Hertius Diss. *de Consultat. LL. & judic. in special. R. Germ. Imp. Rebuspubl.* §. 13. Maurit. *Introd. in praxin. for.* §. 21. Atque hæc duo celebriora *communia* jura fuere, secundum quorum observantiam Vicariatus divisi in *A. B.* c. 5. Conf. Dn. Coccei. *de Leg. Sal.*

19. Cœperunt fora Germaniæ sæc. XIII. novo jure uti, Pontifice jus Canon. publicante, Anno 1230. Penetravit mox ad Germanos una cum jure Justinianeo, & inde tritura fori adhuc hodie peti solet. Conring *C.* 26. Conf. Hertius *cit. l.* §. 14. Ipsam compilationem satis erudite recenset Zieglerus in *Diss. prælim. ad Lancell* quam plenius quoque tradidi in tract. *de Jur. eccles. protest. Tit. de constitut.* §. 6. *seqq.*

20. Sic itaque (quod dolendum) introducto jure canon. & Romano, vario & am-

bi-

biguo uti cœpit Germania jure. Sed jus Romanum plenius erupit sub Maximil. I. constituta Camera. Unde & in Recess. subsequentibus sæpius ad jus Romanum provocatum, quanquam per vocem *Gemeine Recht* non solum jus Romanum intelligi debeat. Sincerus *cit. Tr. p. 90. seqq.* Ubique tamen receptum est jus Romanum *in subsidium*, salvis consuetudinibus Germaniæ. H. *p. 91. seqq.* Dn. Stryk. in *V. M. præf.* §. 27. *seqq.* Maurit. *de Libr. Jur. comm.* § 22. Schilt. *Pr. I. R. Ex.* 1. §. 22. Mirandum praeterea est, quod & inter Principes receptum sit, quae receptio tamen magis nititur *tacito pacto.*

21. Quoad observantiam horum jurium denique notandum, (1) respiciendum ad Statuta loci: (2) ad jura provincialia: (3) ad consuetudines Germaniae universales. Unde studium *Juris Germanici* conjungendum cum jure Romano, in quo saepe feliciter praeiverunt Schilter in *Pr. jur. Rom.* & Dn. Stryk. *in V. M.* (4) ad jura subsidiaria seu communia, jus Romanum & Canonicum, quod illi *in dubio* praeferendum. Conf. Hertius *Diss. de Consult. LL. & judic. in special. R. German. Imp. Rebuspubl.* § 15. ubi docet, quatenus jus Romanum per singulas provincias Germaniae obtineat.

TEXT. NOTAB.

L. 2. § post originem, 13 § Servius 43. §. post hunc. 47.

Tit.

Tit. III. (*Cod, Lib.* 14. *Tit.* 16)

De legibus, SCtis, & longa consuetudine.

1. DE *lege* in genere, & *divisionibus* jam *Tit.* 1. actum. Hoc titulo agitur de *lege in specie dicta*, & hoc sensu satis commode dicitur *sponsio civitatis in L.* 1. *h.* quatenus iu statu democratico leges pet *conventionem* ineuutur Huber. *h.* §. 3. *seqq.*

2. Ceterum tradit Rubrica legem tum *scriptam*, tum *non scriptam*. Illa præsupponit promulgationem *per scripturam* factam, quæ apud Romanos in *tabulis publicis* fiebat: §. 10. *J. de J. N. G. & C.* hæc vero promulgationem citra omnem scripturam, qualis apud Lacædemonios obtinuit. Usus hujus divisionis est (1) quod jus scriptum non sit probandum, bene tamen uon scriptum: (2) quod illius ignorantia non tam excuset, quam hujus: (3) Doctori facilius credatur respondenti de jure scripto, quam de non scripto &c.

3. In *lege* in *genere* potissimum sequentia requisita sunt consideranda. (I) *Ferenda est ab eo, qui gaudet summo imperio. L. ult. C. h.* Unde in imperio leges uuiversales conduntur ab Imperarore, & Staribus. *Art. V.* §. *gaudeant I. P.* Idem diceudum de *interpretatione authentica*, per §. *gaudeant*.

4. Concludo inde, (*a*) Status Imperii ob *superioritatem territorialem* habere jus le-

gum

gam condendarum *proprio jure*: aliquando tamen ex conventione cum Statibus provincialibus ad horum consensum esse adstrictos. Vid. Hert. Diss. de *Consult. LL. & judic. special. R. Germ. Imp. Rebuspabl.* §. 3. *seqq.* Condunt vero LL. etiam juri communi, & R. I. derogantes. Stryk. *V. M. h.* §. 6. 7. 8. & *ad Tit. de suis & legit. hered.* §. 7. Dn. Thomas. *Diss. de Statuum Imp. potest. legisl. contr. jus comm.* licet ipsi Principes vi *pacti* ad observantiam Recessuum sint obstricti. Unde & Camera pronunciare debet secundum loci statuta. *Ord. Cam. p.* 1, *T.* 57.

5. Concludo, (*b*) Magistratus subalternos in civitatibus municipalibus (nam de *liberis* idem judicium esto, quod de Statuumjure. Knipschild. *de Civit. imp. L.* 2. *C.* 10. *n.* 5.) leges condere haud posse. Condunt tamen aliquando *Statuta* ex *licentia superioris*, & quidem vel absque confirmatione superioris, si privilegium expressum vel tacitum id admittat, vel cum confirmatione. Struv. *Ex.* 2. §. 24. Ex concessa tamen jurisdictione omnimoda non statim fluit jus statuendi, nisi quoad ea, quae *administrationem jurisdictionis* respiciunt. *arg. l.* 2 *ff. de jurisd.* Mev. 7. *Dec.* 306. Facilius etiam admittuntur statuta conventionalia cum civibus inita.

6. Concludo, (*c*) collegia & alias universitates non alias posse ordinationes facere, quam de rebus collegii. Sint vero

(1)

(1) licitæ. Unde reprobantur mores collegiorum depravati, de quibus Hahn. speciali Diss agit. Conf. Brunn. *ad L. f. ff. de colleg. & corp.* & Schweder *in Jur. publ. S. 2. C. 14. P. spec.* §. 16. (2) De rebus *suæ professionis* conceptæ: (3) confirmatæ a superiori, quæ confirmatio in praxi ut plurimum requiritur Hahn. *ad Wesenb. h. n.* 3. Struv. *cit. l.*

7. Leges (II) *ferantur verbis dispositivis*. Unde semper in interpretatione discernenda verba *dispositiva* ab *enunciativis*. Exemplum est in A. B. de septenario numero Electorum. Verba itaque *assertiva* non habent vim legis, nisi *per consequentiam*.

8. *Præscribantur* (III) *subditis*. Forenses ordinarie non ligant. Conf. Du. Coccei. *de Potest. in territ. fund. Tit.* 2. §. 6. *seq.* Du. Stryk. *Diss. de jur. Princ. extr. territ. C.* 3. Mev. *ad Jus Lubec. Qu.* 4. Hertius *de Collis. leg. Sect.* 4.

9. Unde infero, (1) Principem ipsum non obligari legibus a se latis, *L.* 31. *h.* ex *regulis justitiæ*: bene tamen *ex regulis prudentiæ*, *L.* 4. *C. h.* vel *vi pacti*. Sic Imperator ex conventione ad LL. publicas servandas obstringitur. Stryk. *V. M. h. t.* §. 9. Augusta ex privilegio eodem jure utitur, quo Princeps, *cit. l.* 31. quanquam in aliis diverso jure uti possit. Vid. *l.* 56. & 57. *ff. de leg.* 2.

10. Porro (2) obligantur omnes subditi, & sic opinione quorundam etiam clerici, ta-

tamen jure Canonico nitente in contrarium. *C. 4. X. de judic.* Ziegl. *in Præl. ad C. 10. cit. t.* Dn. Coccejus *in diss. de fundata in territ. & plur. loc. concurr. pot. Tit.* 3. Quoad modum obligandi distinguendum est. Aut enim lex *præcise* sub pœna quid jubet, & sic subditi obligantur in conscientia: aut unice *pœnam nullitatis* actui adscribit, & sic actus tantum est nullus. Aut vero lex duntaxat *facultatem legitime aliquid faciendi* tribuit: quo casu in arbitrio agentis est, velitne jure eo uti, nec ne. *L. 7. ff. h.* Unde leges præcipientes nullamque pœnam habentes sunt *imperfectæ*. Ulp. *in Tit.* 1. §. 1. 2.

11. Ita vero ulterius (IV) *ferantur, ut intelligi possint ab omnibus. L. leges 9. C. h.* Hinc necessitas *promulgationis*, & quod *ignorantia juris* non excuset. Ægre tamen hoc applicari potest ad LL. Romanas idiomate peregrino latas. Jo. Lud. Praschius *de JCto vero & person.* §. 17. Hert. Diss. *de Consult. LL. & Judic. in special. Rom. Germ. Imp. Rebuspubl.* §. 15. Unde oritur *necessitas certiorationis jurium.* Dn. Jo. Sam. Stryk. Diss. *de Certior. Jur. renunciand. Cap.* 1.

12. Hinc caute leges constituerunt bimestre spatium, ut interim ignorantia praesumatur, *Nov.* 66. *c.* 1. quanquam scientem obligent, nisi certum tempus eis additum, a quo obligare debeant. Vid. Reform. Pol. *de anno* 1577. *t.* 18. *in f.* Recessus tamen Imperii ante insinuationem non

li-

ligant Cameram. Blum. *Proc. Cam. T.* 2. §. 9.

13. *Leges* (V) *generaliter constituuntur. L.* 8. *h.* Poſſunt tamen certae perſonae eſſe occaſio legis generaliter poſt obligantis. *L. f. C. h.* Imo ex legibus Digeſtorum, *de particulari caſu* loquentibus, generalia axiomata deduci debent.

14. *Ferantur* (VI) *de rebus futuris. L.* 7. *C. h.* Ex juſta cauſa tamen poſſunt ad praeterita trahi, (1) ſi lex diſponit de facto naturaliter turpi, quale exemplum eſt in *L.* 3. *C. de pact. pign.* (2) ſi lex eſt tantum *declarativa* prioris. Huber. *h. t.* §. 10. Conf. Mev. 5. *Dec.* 277. (3) Si ratio utilitatis publicae id ſuadet. *I. P. art.* 5. Non vero in fraudem fieri debet.

15. Ferantur (VII) *de rebus jure divino non determinatis*, licet ex juſta cauſa juri N. aliquid addi, vel detrahi poſſit. *L.* 6. *ff. de I. & I.* Hert. *de Collis. leg. Sect.* 3. (VIII) *de rebus ut plurimum accidentibus. L.* 3. *seqq. h. t.* Conf. Dn. Stryk. *ad Lauterb. h. p.* 25. (IX) *poſſibilibus*. Unde leges conſcientiae rectae vim inferentes reprobandae. Semper humanitatis ratio habenda.

16. Obligant leges ſemel latae, donec Princeps eas revocet. Hinc tolluntur *lege*, vel conſuetudine contraria, *L.* 32. §. 1. *in f. h.* vel *pro parte*, vel *in totum*, non obſtante clauſula, *legis in perpetuum valiturae*, de qua vid. Hert. peculiari Diſſert. Solus non uſus non ſufficit: operatur tamen, ne lex extranea

pos-

possit dici recepta. Mutantur quoque leges *tacite*, mutato statu. Vid Dn. Jac. Brunnem. *de Mut. A, B. ab initt.* Non tamen cum mutatione confundenda *dispensatio*, & *interpretatio restrictiva*.

17. De *SCtis & responsis prudentum* dictum ad *Tit.* de *O. I.*

18. Jus non scriptum est vel *Consuetudinarium*, vel *traditum*. Illud est *jus tacito consensu principis per actus civium idoneos introductum*. Hoc vero consistit in jure olim *expresse* promulgato, sed non per *scripturam*, verum per solam *traditionem* ad posteros translato. *Ein Beyſemmen*. Vid. *dissert. de Observant. eccles.*

19. Ad consuetudinem introducendam duo requiruntur: (1) *tacitus summæ Majestatis consensus*, qui tum ex lubenti permissione, tum etiam exinde inducitur, quod judices generaliter jubeantur judicare secundum leges, & consuetudines. *pr. I. d. offic. jud. Ordin. Cam. P. I. Tit.* 13. & 57. (2) *Aptitudo actuum*, per quos inducitur. Hoc respectu dicitur *facti*, estque probanda, nisi sit notoria, uti sunt *consuetudines feudales*. De modo probandi consuetudinem vid. Schilt. *Ex.* 2. §. 20. *seqq* & Diss, *de Observ. eccl. c. II.*

20. *Aptitudo actuum* debet esse ita comparata. (1) Actus sint *plures* pro natura negotii: unus non sufficit. (2) *Diuturni*. Certum tempus extra Saxoniam non est expressum. Dn. Stryk. *V. M. h.* §. 12. (3) *Uni-*

Uniformes & non interrupti: alias locum habet exceptio *interruptæ consuetudinis*. Schilt. *cit. l.* §. 21. (4) *Voluntarii*. Actus per vim, metumque gesti nihil operantur. (5) *Ex opinione necessitatis suscepti*. Actus per transactiones & amicabiles compositiones gesti inepti sunt. (6) *Rationabiles*. h. e. juri nat. non contrarii, licet aliquando Princeps tolerare debeat mores corruptos ob depravatum statum.

21. Referunt huc etiam *observantiam fori*, quae vel intelligitur de *stylo Curiæ*, & sic res clara: vel de *modo pronunciandi in meritis causæ*, & tunc ea applicanda, quae de *usuali interpretatione* supra sunt dicta. Conf. Dn. Thomas. *de Jure consuet. & observ.*

22. *Communes opiniones*, qua tales, jus haud faciunt. Sunt enim (1) saepe communes errores. (2) Dantur opiniones communes contra communes: (3) alias interpretatio Dd. eandem vim cum authentica haberet. Probabilitatem tamen operantur. Conf. Dn. Stryk. *in V. M. h.* §. 13.

TEXT. NOTAB.

L. 3. jura non in singulos, 8. L. non possunt, 12. L. quod vero, 14. L jus singulare, 16. L. Jure, 17. L. non omnium, 20 L. incivile, 24. L. non est novum, 26. seqq. L. princeps, 31. L. cum de consuetudine, 34. & 37. L. quod non ratione, 39.

Ex Cod. L. digna, 4. L. non dubium, 5. L. quod favore, 6. L. leges, 7 L 9. l. si imperialis, ult.

Tit.

Tit. IV. (C. I. 14. 16.)

De constitutionibus Principum.

1. Constitutiones Principum sunt *jussus Principum in hunc finem publicati, ut legis habeant vigorem*. Inde distingui debent (1) ab *epistalmate*, de quo vid. *Disp. nostr. inaug.* sub Praes. Stryk. (2) *hodiernis rescriptis*, (3) *decretis in summis Tribunalibus nomine Principis latis*, & (4) *orationibus Principum*, quarum frequenter fit mentio in jure, cum SCta praecederent. *L. 8. pr. de transact. L. 33. de donat. inter V. & U. L. 20. §. 6. de hered. petit.*

2. Sunt vel *generales*, vel *speciales*. Differunt in effectu, quod (*a*) illae *generaliter* obligent, hae vero certas tantum personas respiciant: (*b*) illae *jus commune* faciant; hæ vero contra jus commune sint indultæ (Vid. *L. 1. ff. ad munic. L. un. C. de thesaur.*) (*c*) illae faciant regulam: hæ exceptionem: (*d*) denique in illis *interpretatio extensiva* admittatur, non his. *L. 14. ff. de LL.*

3. Ad *generales* olim spectabant *Rescripta*, *Decreta*, *Edicta*, inter quæ, quoad *effectum obligandi*, non erat differentia. *L. ult. C. h.* Hodie *Edicta* legem quidem, sed *decreta* tantum jus inter partes faciunt, ut nec sententia in Camera lata *jus commune* faciat. Dn. Stryk. *V. M. h. §. 1. seqq.* Imo

etiam *Rescripta* legem generalem haud constituant, nisi *jus dubium* declarent, vel publica auctoritate sint collecta Vid. *Jus eccles. Protest. I.* 3. 22. Porro *decreta* intra decendium sunt impugnanda, quod fatale *rescriptis* non est praefixum. Dn. Ludovici in *Us. Pract. Distinct. h. t. Dist.* 1. His inest clausula, *si preces veritate nitantur*: non illis. *C.* 2. *X. de Rescript.* Haec examinari debent a quolibet judice inferiore: *L.* 7. *C. de prec. imp. offer.* sed non *decreta*, &c.

4. Ratione essentiae ita differunt. *Rescriptum* fit (1) ad preces precistae, (2) in gratiam precistae, idque (3) vel ad *gratiam* ei exhibendam, vel *justitiae* cursum promovendum. *Decreta* supponunt (1) litem, (2) praecedentem causae cognitionem, (3) ipsam litis decisionem. *L.* 12. *C. de LL. Edictum proprio motu* in gratiam subditorum generaliter promulgatur. Denique *mandatum* ad certas personas dirigitur, & in scriptis ordinarie producendum, *L.* 1. *C. de Mand. Princ.* nisi (1) mandatum emanet in loco, ubi Princeps praesens est, & quidem (2) per tales, per quos omnia sua expedire solet. Vid. *Disp. cit. de Jur. Epistalm. C.* 1 *n.* 22. Sed ad *constitutiones* proprie non pertinet.

5. Quoad *rescripta justitiae* peculiariter notandum, (1) *preces debere esse veritati conformes*. Unde est exceptio *sub- & obreptionis*. Falsitas tamen non praesumitur, nisi aliae concurrant circumstantiae. Dn.

Stryk.

Stryk. *de Falsit. prec. Princ. obl. C.* 3. & *C.* 4. (3) *rescriptum ipsum debere esse legitime insinuatum*: ante nullum habet effectum. *C.* 59. *de appellat.* Engel. *Tit. de Rescript. n.* 18. Haec insinuatio etiam post annum fieri potest, *L.* 2. *C. de divers. rescript.* nisi impetrans dolo, vel culpa insinuationem omiserit, & adversarius contrarium insinuaverit: *C. plerunque*, 23. *X. de rescript.* Schilter. *Ex.* 1. §. 21. (3) *Pendente lite, non impetratum*, *L.* 2. *C ut pendente lite*, nisi pro maturanda sententia. Brunn. *ad d. L. num.* 2.

6. Ad speciales spectat PRIUILEGIUM, *quod contra tenorem juris communis alicui quid indulget*. *L. un. C. de thes. L.* 1. *ff. ad munic.* Estque vel *reale*, vel *personale*. Illud rei cohaeret, & transit ad omnem possessorem: sed hoc cum persona exspirat. *L.* 68. *L.* 169. *de R. I. L.* 1. *&* 43. *ff. de aqu. quot. & aest.*

7. Datur etiam *mixtum*, quod ex *singulari juris dispositione*, vel *conventione* ad alios, vel etiam heredes transit, utut *rei* non cohaereat, veluti si alias privilegium privilegiato foret inutile. Dn. Stryk. *ad Lauterb. h. p.* 20. Pertinet huc privilegium competentiae, *L.* 18. *pr. ff. sol. matr.* restitutionis in integrum, *L.* 6. *de restit. in integr. L.* 19. *de minor*. SCti Vellejani. *L.* 7. §. 1 *de except.* Cetera exempla huc spectantia excutit Hertius *Diss. de Transit. privil. personal. ad alios*. §. 4. *seq.*

8. Deinde aliud est mere *gratiosum*, aliud *conventionale*. Illud ex *mera gratia Principis* fluit: hoc vero supponit titulum onerosum, vel benemerita. Stryk. *Diss. de Privil. titulo oneros. quas.* Differunt in effectu, quod hoc aegre revocetur ob pactum, quod etiam Principes stringit, imo & successores; Struv. *Ex.* 2. *th.* 30. facilius illud. Illud magis praesumatur *personale*: hoc *reale*, cum & pactis heredibus soleamus prospicere.

9 Quoad naturam privilegii requiritur, (I) *ut sit legitime impetratum*. Concedit privilegium qui leges condit. Unde & Status Imperii privilegium concedunt intra territorium; Dn Stryk. *V. M. h.* §. 10. non vero regimen: Mev. 6. *D.* 420. ne tamen derogent privilegiis Imperatorum universalibus. Dn. Stryk *cit. l.* § 11.

10. Ulterius (II) *ut præter jus commune quid concedat* (& ita semper interpretatio facienda. *L.* 1. *ff. ad munic.*): & ut effectum habeat, uti commode intelligi potest ex *L. pen. ff. h. t.* ibi *plenissime*. Conf Dn. Thomas, de *Interpret. benef. Princ.* Neque enim enim JCtis interpretatio haec deneganda. *L. ex facto* 43. *fin. D. de V. & P. subst.* Dn Stryk. de *Interpret. privil.*

11. Ne (III) *lædat jus tertii*. Nam in omni privilegio subintelligitur clausula, *Salvo jure tertii*. Klock. *de Ærario L.* 2. *c.* 5. *n.* 34. Sic itaque Imperator concedere non potest privilegia in praejudicium Statuum,

cap.

Google

Cap. Leop. §. 3. & 44. *in f.* vel contra leges publicas.

12. Ut (IV) *legitime ei insinuetur, quem concernit*: Carpz. *P.* 2. *C.* 25. *d.* 416. alias de violatione ejus agi nequit.

13. Ut (V) *legitime exerceatur*: alias amittitur *non usu*, ubi decennium sufficere volunt, *arg. L.* 1. *ff. de nund.* modo (1) casus acciderit, quo illo uti licuit: Carpz. *P.* 2. *C.* 3. *d.* 23. (2) impedimentum omne cessaverit: Mev. 2. *D.* 1. (3) usus in privilegiati libero arbitrio non fuerit positus. Richt. 2. *Dec.* 86.

14. Ex eodem fonte quoque amittitur *abusu*, *C.* 63 *q.* 3. *c.* 11. veluti si quis abutatur jurisdictione nimium saeviendo in subditos, vel admittendo actum privilegio directe contrarium. Enenkel *de Privil. Lib.* 3. *c.* 15. *n.* 14. *seqq.*

15. In concursu quomodo recte exerceatur, vid. Dn. Stryk. *de Jure privileg. contr. privil.* Regulariter privilegiatus contra privilegiatum utitur *jure communi*, *L.* 11. §. 6. *de minor.* suppositis circumstantiis, (*a*) *si par utriusque privilegiati sit conditio* (aliud est, si alter certat de damno vitando, alter de lucro captando. *L.* 34. *de minor. L. f. ex quib. caus. maj.* Brunnem. *ad cit. L.* 11. *n.* 14.) (*b*) *si privilegium ipsum sit aequalis roboris*. Potentius enim vincit minus forte, & speciale derogat generali.

16. Tandiu autem potest exerceri, donec (1) revocetur vel (*a*) ab *ipso concedente*

te, quod, suppoſita *cauſa juſta*, fieri poteſt, maxime ſi ad *beneplacitum* conceſſum: alias non facile, imprimis illa, quae titulo oneroſo conceſſa, Struv. *Ex.* 2. *th.* 30. Obſervat. Hallens. *Tom.* 3. *Obs.* 15. 16 & 17. vel (*b*) *ab ejus ſucceſſore*. Diſtinguitur tamen, utrum ſuccedat ex *titulo univerſali*, an *ſingulari*. Ille praeſtare debet facta defuncti: non hic, niſi propter utilitatem publ. privilegium conceſſum. Hahn. *ad W. h. n.* 2. Unde confirmatio ſucceſſoris utilis eſt. Dn. Stryk. *ad Lauterb. h. p.* 35.

17. Deinde (2) donec tempus, ad quod conceſſum, ſit praeterlapſum, & tandem (3) donec res, cui privilegium cohaeret, interierit, vel qualitas perſonarum, quam reſpexit, ceſſet. *L.* 6. §. 13. *de excuſ. tut.* Privilegia tamen, quae magis propter *dignitatem*, quam *officium* conceſſa, durant ceſſante officio, in memoriam priſtinae dignitatis. *L. f. de decur. Leg.* 17. *C. de quaeſt.* Brunnem. *ad Tit. C. de excuſ. mun. n.* 19. 20.

TEXT. NOTAB.

L. Beneficium, 5.

Ex Cod. L. ſi quis, 1. *de mand. Princ.* L. nec damnoſa, 3. L. reſcripta, 7. *de precib. Imp. off.* L. ſupplicare, 2. *ut lit. pend.* L. praeſcriptione, L. etſi non cognitio, 4. L. etſi legibus, 5. L. omnes, 6. *ſi contra jus*, L. ſancimus, 3. L. univerſa, 7. *de divers. reſcript.*

Tit.

T. V.

De ſtatu hominum.

1. JUS pro facultate sumptum *personæ* competit. Persona *juridice* accepta consideratur cum certo statu. *Status* autem *certa qualitas hominem afficiens, secundum quam diversis ab aliis fruitur juribus.*

2. Status hominum est vel *communis*, seu *vulgaris*: vel *specialis*. Ille quemlibet statum, qui discrepantiam jurium non adeo inducit, sub se complectitur, Pufend. *de J. N. G. L.* 1. *C.* 1. §. 6. & ita homo multiplici in statu esse potest, seu plures gerere personas. Hertius *Diss. de Uno homine plures sustinente personas.* Specialis dirigitur ad status primarios *libertatis*, *civitatis*, & *familiæ*. Utramque considerationem hic Titulus complectitur. *V. L.* 7. 9. *&* 10. *h.*

3. Quoad *status vulgares*, occurrit hic differentia inter *masculos*, *feminas*, & *hermaphroditos*. In dubio iisdem fruuntur juribus. Aliquando tamen deterior est conditio feminarum: *L.* 9. *h. L.* 2. *ff. de R. I.* aliquando melior, quam masculorum. *L.* 12. *C. qui pot. in pign. L.* 5. §. 1. *C. ad L. Jul. mai. Tit. ff. & C. ad SCt. Vellei.* In summa, *dignitatis* privilegio masculi, *imbecillitatis* vero feminae gaudent. Huber. h. §. 3. Conf. Carpz. *de Singul. Jur. femin.*

Prukman *de Differ. utriusque sex.* Quin & Statutis plura utriusque sexus distincta jura superaddita sunt. Dn. Jo. Sam. Stryk. *Diss. de Jur. sing. femin. Hamburg.* Hermaphoditus sexui praevalenti annumeratur. *L.* 10. *h. L.* 15. § 1. *de test.* In dubio habentur pro masculis. Imo statur quoque eorum electioni juramento confirmandae. Stryk. *de Jur. sens. Diss.* 1. *C.* 1. *n.* 62. Brunnem. *in Paratitl. h. t. q.* 4.

4. Alii praeterea sunt *nati*, alii *nascituri*. In natis, quoad *effectus jurium*, requiritur (1), *ut fuerint nati vivi*, Dn. Stryk. *de Success. ab intest. Diss.* 1. *C.* 2. § 14. quod in dubio praesumitur: Carpz. *P.* 3. *C.* 17. *Def.* 20. (2) *perfecte nati*, & sufficit, si exsecti ventre matris sint. *L.* 132. § 1. *L.* 141. *de V. S. L.* 6. *de inoff. testam. L.* 12. *de lib. & posthum.* Qui decedit in partu, antequam plene separetur a matre, vixisse non censetur. Carpz. *ibid. d.* 17. *n.* 5. 6. (3) Ut fuerint nati *forma humana*. Monstra natorum nomine non complectuntur: *L.* 14. *h.* prosunt tamen ad pœnas orbitatis evitandas, *L.* 135. *de V. S.* Hahn. *ad Wesenbec. h. n.* 3. a quibus differunt imperfecti. *L.* 12. §. 1. *cit.* Dn. Stryk. *cit. l.* § 29. (4) Ut *nativitas fuerit certa*. Unde dubium, quisnam prior ex gemellis in dubio censeatur natus. Vid. *L.* 15. *h.*

5. Si porro nati considerantur quoad *statum legitimitatis*: ulterius (5) requiritur, *ut justo tempore fuerint editi*, id quod in

du-

dubio praesumitur. Carpz. *cit. Def.* 20. Et quidem legitimum tempus post nuptias *contractas* olim erat septem mensium. *L.* 12 *h. L.* 3. §. 12. *de suis & legit.* Hodie ad tempus partus respicitur, & legitimus est, qui post sponsalia nascitur. *L.* 11. *C. de natur. liber* Ad pœnam tamen *anticipati concubitus* parentibus infligendam, vel ad *agnitionem partus* pertinet terminus civilis in *d. L.* 12 Extra ordinem partus sextimestris legitimus esse potest. Stryk. *V. M. h.* §. 14. Legitimum tempus post *finitum* matrimonium protenditur ad initium mensis undecimi. Id. *de Success. ab int. cit. l.* § 17. Hahn. *ad Wesenb. h. t.* n.3.

6. *Nascituri* habentur pro natis, *provisione* juris, *L.* 7. *&* 26. *h. t.* suppositis his requisitis, (1) *ut agatur de favore ipsius partus* (tertio non prosunt, *L* 2. §. 6. *de excus.* nisi per consequentiam. Lauterbach. *h in f.*): (2) *ut etiam postea eo modo nascantur*, prout *n.* 4. *&* 5. dictum: (3) *ut negotium possit differri in tempus nascendi.* Aliud si tempore ipsius actus requiratur persona perfecte nata. Hahn. ad *W. h. n.* 3. verb. *pro natis hab.* Struv *Ex.* 3. *th.* 2. His concurrentibus, omnia jura illis integra servantur. *L.* 3. *ff. si pars hered. pet. L.* 1. *de ventr. in poss. mitt.* Dn. Pagenst. *de Ventre.*

7. Status *civilis*, seu *specialiter* consideratus, habet haec a priori consideratione singularia, (1) quod constituat *jus perso-*

narum oppositum juri rerum: (2) quod inde descendant actiones *præjudiciales affirmativæ*, & *negativæ*. §. 15. *I. de act.* (3) quod *diversitas jurium civilium omnimoda* inde dependeat, nec quis eis olim frui potuerit, nisi tribus his statibus instructus fuerit: (4) quod mutatio hujus status *capitis deminutionem* post se trahat.

8. Status hic triplex est. Primus est libertatis, & sic sunt homines vel *liberi*, vel *servi*. Haec distinctio etiam Germanis antiquis fuit cognita, sed non sub iisdem juribus. Vid. Dn. Thomas. *de Homin. propr. & liber. German.* Schilt. *Ex.* 3. *th.* 1. *seqq.* Hertius speciali *Diss. de Hominib. propriis*, *S.* 1. §. 1. *seqq.* Unde dantur adhuc hodie *proprii homines*, qui considerati secundum jus Romanum *jure liberorum hominum* gaudent: Stryk *in V. M. h.* §. 5. revera tamen secundum jus gentium *servi* sunt, cum sint *in proprietate dominorum*. Hertius *cit. l. Sect.* 1. §. 6. Inde dependent *jus mortuarium*, *manumissionis operæ*, *census*, aliaque jura, quae variant. Conf. Dn. Harprecht. *de Jure mortuar.* Mev. *vom Zustand Abfoderung und Abfolge der Bauren*. Sigillatim jura propriorum hominum explicat Hertius *cit. l. Sect.* 3. Pertinent huc suo modo *Vildfangi*, de quibus vid. Pfeffinger. *in Comm. ad Vitriar. Jus pub. Lib.* 3. *Tit.* 12. §. 22. *seqq.* & Hert. *cit. l. Sect.* 2. §. 2.

9.

9. Ceterum servitus bello acquisita eatenus hodie desiit, ut captivi non amplius fiant servi singulorum. Turcae tamen & infideles bello capti jure retorsionis in servitutem *singulorum* rediguntur. Et quamvis Christiani ab infidelidus capti in servitute degant: quoad effectus tamen, qui inter Christianos adhuc se exserere possunt, pro liberis habentur. Schilt. *Ex.* 3. §. 2. 3.

10. Alter status est civitatis. Unde distinctio est in *cives*, & *peregrinos*, inter quos olim differentia ingens erat maximam pattem post sublata per *L.* 17. *ff. h.* Schilt. *Ex* 3. §. 6. & tandem per *Auth. peregrini, C. Comm. de success.* & *Nov.* 78. *c.* 5. abolita. Habet adhuc usum (1) quoad *jus indigenatus*, seu *Albinagii*: Stryk. *ad Lauterb. h. p.* 37. (2) quo ad eos, qui jure communi Imperii privati propter delictum in statum *veterum peregrinorum* incidunt, quales sunt Banniti. Schilt *Ex.* 3. §. 10. Dn. Loduvici *de Vs. pract. distinct. jurid. Dist. IV. h.*

11. Equidem triplex jus civitatis facit Schilt. *h.* §. 9 & sic totuplex erit peregrinorum ratio (1) respectu *totius Imperii*, ut peregrini sint, de quibus §. *antec.* dictum: (2) respectu *provinciæ*, & *territorii*, ut peregrini sint, qui non sunt ejusdem territorii, vel jura territorii propria & peculiaria amisetunt ob delictum, quales sunt fustigati cum perpetua relega-

tione: Stryk. *de Success. ab int. Disp.* 12. *C.* 1. §. 5. & 6 (3) respectu *civitatis* municipalis, quibus opponuntur forenses, qui juribus civium illius municipii non gaudent. Verum antiqua jurium civilium differentia in his non deprehenditur.

TEXT. NOTAB.

L. 5. § 2. L. qui in utero, 7 L. in multis, 9 L quaeritur, 10 L. septimo, 12 L Arescusa, 15 L in orbe, 17. L cum legitimae, 19. L lex naturae, 24. L ingenuum, 25.

Tit. VI. (*Cod. Lib. VIII. Tit.* 47.)

De his, qui sui, vel alieni juris sunt

1. Tertius status est *familiae*, quae est *societas domestica inter patremfam. matremfamil. filium, & servum.* Inde personae sunt vel *sui*, vel *alieni juris*. Illi dicuntur qui *jus* habent *imperandi* familiae, licet actu non dirigant. *L.* 4. *h. L.* 195. *ff de V. S.* Huber. *h.* §. 1. Hi vero dicuntur qui adhuc subsunt *patriae*, vel *dominicae* potestati. Usus hujus distinctionis per totum jus sese extendit.

2. In *dominica potestate* sunt servi, quae jure recentiori limitata est: *L.* 1. *&* 2. *h. t.* imo *hodierno jure* adhuc magis restricta.

3. PATRIA POTESTAS est *jus patri competens in liberos, eorumque bona, Romanis LL. specialiter informatum ad communem familiæ utilitatem*. Differt ab illa *potestas naturalis*, ascendentibus indistincte competens propter educationem. Vid. *L.* 4. *C. de P. P.* Unde jura *reverentiæ* debita nascuntur, quæ emancipatione non tolluntur. De his duplici disp. egit Stryk.

4 Poscit patria potestas, (I) ut *legitime exerceatur*. Debet esse pietas, *L. ult. ff. qui a parent* non atrocitas. *L.* 5. *ff. ad L. Pompej*. Hoc intuitu sublatum est *jus vitæ & necis L. f. C. de P. P. L.* 11. *ff. de lib & post. hered.* Remanserunt tamen ex illo rigido jure quædam vestigia. Vid. *L.* 22. §. 2. *L.* 23. *ad L. Jul. de adult. L.* 2. *C. de patr. qui fil. distrax.* Mev. *ad Jus, Lubec. Lib* 1. *Tit.* 3 *n* 9. *seqq.* Hodie comprehendit facultatem coercendi liberos, eosque intra privatos carceres detinendi, ergastulo includendi, exheredandi, & controversias liberorum dirimendi juxta *L.* 4. *C. de P. P.* Dn. Coccei. *Disp. de judic. mor.* §. 12. Mev. *cit. l. n.* 11. In gravioribus potest magistratui puniendos offerre dicturo sententiam ex ejus arbitrio. *L.* 3. 4. *C. de P. P.* quod declarat Mevius *cit. l. n.* 13. *seqq.* Hodie tamen applicari nequit.

5. Porro exerceri debet (II) intra terminos *negotiorum familiæ*. Neque enim ejus ratio habetur in causis publicis, *L.* 9.

h, t. at

h. aut spiritualibus *C. f. de Judic. in* 6 aut in peculio castrensi, vel quasi. Mev. *cit. l. n.* 16. *seqq.* Fluunt ex hac *potestate civili* plures effectus v. c. quod absque parentum consensu liberi nuptias non celebrent: quod inter patrem & filium sit identitas, & hinc liberi quodammodo censeantur heredes bonorum paternorum vivente adhuc patre, nec cum eo contsahere possint, &c.

6. Denique (III) requiritur, *ut legitime fuerit acquisita*. Acquiritur (1) *procreatione ex nuptiis legitimis*. Quocirca qui, constante matrimonio, natus, legitimus habetur, &, probatis nuptiis, probata est legitimitas. *L.* 6. *h. t.* Quæ præsumtio est urgentissima, ùt nec matri credatur contrarium asserenti. *L.* 29. §. 1. *de probat. arg. L. si quis in gravi*, 3. §. 1. *de SCt. Syllan.* Imo sufficit natum esse ex sponsa, *L.* 11. *C. de nat. lib.* vel uxore putativa. Hertius *de Matrim. putativo* §. 22. Præsumtio tamen hæc per *evidentiam facti* eliditur. *L.* 6. *pr. h. L.* 1. §. 14. *ff. de agnosc. vel al. liber.* Quod si filius desperet de *probatione matrimonii*: consultum est, ut ad probationem *quasi possessionis filiationis* se conferat, quæ quomodo ineatur, docet Stryk *de Act. for. invest. S.* 1. *M.* 2. §. 20.

7. Porro acquiritur per *legitimationem*, quæ est *actus, quo filius illegitimus fit legitimus, & redigitur in patriam potestatem*. Ejus sunt tres species, per subsequens matrimonium, *L.* 5. *C. de Natur. liber.* per re-

scri-

scriptum Principis, *Nov.* 89. *c.* 9. & per oblationem curiæ. Ultima hodie cessat.

8. Legitimatio *per subsequens matrimonium* requirit ad sui validitatem (I) *subsequens matrimonium legitimum. C. tanta, 6. X. qui liberi sint legit.* Sufficiunt tamen (*a*) sponsalia, licet propter mortem sponsi *ἱερολογία* accedere non possit: Mev. 2. *D.* 81. (*b*) matrimonium in articulo mortis contractum, quia retrotrahitur ad tempus conceptionis. *Arg. L.* 11. *C. de nat. lib.* Struv. *Ex.* 3. *th.* 20. Avi matrimonium hunc habet effectum, ut nepos ex spurio jam defuncto natus non quidem fiat *legitimus*, quia ipso jure jam talis est, sed avo *suus. L.* 11. *cit.* Schilter. *Ex.* 3. §. 13. *seqq.* Struv, *cit. l.* Huber. *h.* §. 10.

9. Olim (II) requirebantur *instrumenta dotalia*. Hodie sufficit, si aliunde probari queat, ex principiis juris canonici. Brandmull. *manud. I. Can. p.* 191. Harprecht, *ad § f. I. de nupt.*

10. Olim (III) requirebantur *liberi naturales* ex concubina jam nati *§. f. I. de Nupt.* Alii non legitimabantur. Hodie in naturalibus quibuscunque, quos in locum *naturorum* ex concubina Pontificii surrogarunt, locum habet, & sufficit, liberos jam natos esse tempore matrimonii. Nam qui concepti tantum sunt, fiunt legitimi. Hahn *ad Wesenb. h. t. n.* 2.

11. (IV) Necessarium est, ut *tempore conceptionis matrimonium inter personas concumben-*

bentes potuerit subsistere, cum legitimatio retrotrahatur ad tempus conceptionis. Natus ex damnato coitu ita non legitimatur, *N. 74. C. ult.* nec natus ex Judæo & Christiana. Hodie tamen, ubi locus potest esse matrimonio, etiam per dispensationem, ibi etiam procedit legitimatio. Unde posset adulterinus ita legitimari propter *C. tanta alleg.* Stryk. *in V. M. h.* §. 11. 12. 13. si vel maxime aliud matrimonium intercesserit.

12. Neque (V) *consensus ipsius legitimandi* est excludendus, cum inviti liberi non redigantur in patriam potestatem. *L. f. h.* Ipsa tamen *legitimatio* absque effectu patriæ potestatis fieri potest insciis liberis. Brunn. *ad dict. L. f.* Conf. Dn. Thomas. *ad Strauch. Diss. 4. th.* 13.

13. Concurrentibus his requisitis, jura consequuntur legitimorum, *L.* 10. *C. de natur. lib. N.* 74. *Præf. N.* 12. *C. ult.* accipiunt literas natalitias *das sie echt, und recht, und aus einen Ehebette gebohren, deren Eltern zu Kirchen und Strasen gegangen.* Carpz. *P.* 2. *C.* 6. *d.* 15. admittuntur ad collegia opificum: Hahn. *ad Wes. h. n.* 2. verb. *per subsequens matrimonium*: succedunt in feudis: Stryk. *de S. A. I. Diss.* 1. *C.* 3. §. 27. *seqq.* in Statutis *justorum filiorum* appellatione includuntur. Mev. *ad I. Lub. P.* 2. *T.* 2. *Art.* 10. *n.* 65.

14. Superest tamen differentia inter *legitimos*; & *legitimatos*. Nam legitimati non

re-

recipiuntur in Assessores Cameræ: Myns. 4 O. 31. Quin etiam per Statuta specialia excluduntur a feudis, uti in Marchia, Stryk. *de S. A I. cit l. Cap.* 4. §. 21 atque Ducatu Brunsvicensi & Magdeburgico Idem *in not. ad Lauterb. h. pag* 43

15. Ad legitimationem per *rescriptum Principis* alia olim, alia hodie requiruntur. Illa recenset Stryk. *h.* §. 15. Hodie requiritur, (I) *ut præmittantur preces*, quibus inseri debet, utrum mater adhuc vivat, Gail. 2. *Obs* 142. *n* 2. ut & reliquæ circumstantiæ, respectu parentum, nativitatis, ætatis, baptismi, &c. & possunt liberi, insciis & invitis parentibus, hanc legitimationem hodie petere. Stryk. in *V. M. h.* §. 18. Illud itaque non requiritur, ut ipse pater preces obtulerit. Idem §. 17. (II) *Ut fiat ab eo, qui potestate legitimandi fruitur* Refertur ad jura majestatica, & Imperatori competit in Imperio, qui hanc potestatem exercet vel *immediate*, vel *mediate* per *comites Palatinos*, quorum potestas tamen restrictior est. Idem & de Statibus Imperii asserendum, quamvis ultra territorium legitimatio se non extendat: Dn. de Rhetz. *in Jur publ. L.* 2. *T.* 1. §. 11. non vero Camera Imperialis, nec judicium Imperii aulicum, Sixtin. *de Regal. L.* 1 *C.* 4. *n.* 17. (III) *in solemni Rescripto* vel instrumento, de cujus forma vid. Mev. 9. *D.* 127.

16. In adulterinis, manseribus, & ex coitu damnato natis locum habet legitimatio *extraordinaria* per *dispensationem*, *arg. C.* 13 *X. qui filii sint legitimi*, quæ facultas legitimandi etiam Comitibus Palatinis concedi solet, uti magnifico Pro-Rectori hujus academiæ concessa est.

17. Hi legitimati a legitimatis per *subsequens matrimonium* multis modis differunt. Non enim succedunt in feudo: 2. *F.* 26. *C. naturales.* non succedunt cum liberis legitimis jam antea natis, Dn. Stryk. *de S. A. I. Diss.* 1. *C.* 2. §. 72. nisi pater hoc voluerit, & a Principe impetraverit. Struv. *Exerc.* 3. *th.* 55. Conf. Brunn. *Cons.* 168.

18. Referri huc potest modus, quando pater in testamento filium naturalem nominat *legitimum*, & post mortem patris confirmatio Principis accedit *N.* 74. *C.* 2. §. 1. Sola nominatio legitimum non facit, *L.* 5. *C. de Testib.* Brunn. 5. *Dec.* 58. quamvis præsumtionem legitimitatis operetur. Steph. *ad cit. N. n.* 10. 11.

TEXT. NOTAB.

L. filium, 6. L. filiusfamil. 9. L. Si judex, 10. L. inviti, 11.
Ex Cod. L. Si filius, 3. L. congruentius, 4. L. filia, 5. L. libertati, 10 *de patr. potest.*

Tit.

TIT. VII. (*C. VIII.* 48. 49)

De adoptionibus & emancipationibus, & aliis modis, quibus potestas solvitur.

1. ACquiritur P. P. quoque *adoptione*, quæ est *legitima alicujus in filii locum assumtio*. Estque vel *arrogatio*, vel *adoptio* in specie sic dicta.

2. *Arrogatio* requirit, (I) ut fiat *autoritate Principis*, *L.* 2. 15. *ff. L.* 6. *C. h.* vel ejus delegatione a Comite Palatino. Philipp. *Ecl.* 73. *h. t.* Olim in statu populari fiebat in comitiis per solemnem rogationem. *L.* 2. *in f. C. h. t.* Gell. *in N. A. L.* 5. *t.* 19. Similem effectum habet confirmatio subsequens adoptionis non legitime factæ *L.* 38. *h.* (II) Arrogandus sit *sui juris*: (III) *expresse consentiat*. *L.* 5. *h.* Quod si arrogandus sit impubes, (IV) requiritur *causæ cognitio*, cujus capita recensentur distincte in *L.* 17. §. 1. *seqq.* (V) ut *cautionem præstet* de bonis restituendis, si impubes decesserit. *L.* 18. *seqq. h.* (VI) tutorum consensus, & quidem omnium. *L f. C. de auct. præst.* Ast *adoptio* contraria habet requisita. Fit enim (1) coram magistratu inferiori: *L.* 2. *pr. h.* (2) adoptandus debet esse filiusfamilias: & sufficit (3) tacitus filii consensus: *L.* 5. *h. t.* (4) præsens sit qui adoptat, (5) & is qui adoptatur. §. 8. *I. quib. mod. p. potest. solvit.* Est enim ado-

adoptio actus legitimus, *L.* 128. *de R. I.* & *voluntariæ jurisdictionis*. *L.* 3. *h.*

3. Adoptio in specie dicta est vel *plena*, quæ fit ab ascendente, & tribuit jura patriæ potestatis: vel *minus plena*, quæ fit ab extraneo, & jus patriæ potestatis non tribuit, sed tamen jus succedendi ab intestato. *L. pen. C. h.* Idem jus non habet alumnus, qui tantum ex ratione miserationis alendus suscipitur privata auctoritate, sed non succedit. *L.* 132. *pr. de V. O.* Datur etiam *arrogatio minus plena*, quæ fit a femina *L.* 5. *C. h.*

4. Omnis adoptio (1) fieri debet ab his, qui matrimonium contrahere possunt: §. 4. 9. *I.* & *L.* 16. *D. h. t. L.* 39. §. 1. *de I. dot. L.* 128. *d. V. S.* (2) *qui patriæ potestatis capaces sunt*. (Ex Principis indulgentia adoptant etiam feminæ, §. 9. *I. h.* & acquirunt liberi jus succedendi matri ab intestato: *L.* 5. *C. h.*) (3) qui adoptandum *plena pubertate antecedunt*: (4) *qui liberos non habent legitimos*, *L.* 17. §. 3. *h.* (limitationes vide apud Dn. Stryk. *ad Lauterb. h. p.* 47.): (5) qui sunt *majores* 60. *annis L.* 15. §. 2.: (6) qui quem semel adoptarunt, *non antea emanciparunt*. *L.* 37. §. 1. *h. t.* (7) *non ad tempus*. *L.* 34. *h. t.*

5. Effectus arrogationis sunt, (1) quod arrogatum cum *liberis*, & *bonis omnibus* transferat in potestatem arrogantis, §. 11. *L.* 15 *pr.*, *h.* quod *quoad bona*, hodie secus est: (2) quod impubes non possit promi-

scue

scue emancipari, sed requiratur (*a*) justa causa, (*b*) causæ cognitio, & tunc omnia bona simul ei sunt restituenda. Quod si injuste emancipetur: quartam, quæ dicitur D. Pii, ei relinquere debet, quæ est ipsa legitima, *L.* 2. *C. h. t. L. fin. Si quid in fraud. patroni.* Frantzk. *Exerc.* 2. *Q.* 9. Dn. Berger *in Resol. L. h. Q.* 2. Schilter *Ex.* 3. §. 16. quam quartam consequitur condictione ex lege per *L.* 1. §. 21. *de collat.* (3) tribuit jura agnationis, non sanguinis *L.* 23. *h. t.* Nobilitatem Germanam non confert, nisi ex beneficio Principis. Dn. Stryk. *V. M. h.* §. 8. Dn. Berger *c. l. Qu.* 1. *n.* 1 Diss. Huber. *h.* §. 2. cui respondet Dn. Thomasius in Scholiis. Unde nec succedit in fideicommisso familiæ, Knipsch. *de Fideicomm. fam. C.* 8. *n.* 409. *seqq.* nec in feudo 2. *f.* 26 §. *adoptivus*.

6. Affinis adoptioni censetur UNIO PROLIUM, quæ est *conventio parentum de liberis diversorum matrimoniorum respectu successionis exæquandis*. Differt ab adoptione, (1) quod fiat pacto, (2) non transferat P. P: (3) femina etiam unire possit: (4) Frater sororem unitam durante unione uxorem ducere possit, nisi subsit impedimentum, quod habetur *Lev. XVIII.* 11. (5) Unio prolium in nascendis etiam locum habeat: (6) semper supponat matrimonium.

7. Requisita ejus sunt. (1) consensus parentum unientium, & cognatorum ab utraque parte: (2) ut actus fiat coram n-

d.

dice ordinario, vel coram Comite Palatino, (3) accedente cauſæ cognitione, cujus capita recenset Schilter *Exerc.* 3 §. 18.: (4) decretum magiſtratus accedat: (5) ut in protocollum publicum referatur: Dn. Stryk. *d, S. A. I. Diss.* 8. *C.* 6. §. 7. Hahn. *de jure rerum concl.* 74 *seqq.* (6) ut fiat de bonis, de quibus diſponere parentes poſſunt. Unde uniti non ſuccedunt in fideicommiſſo familiæ. Knip. *de Fideicomm. fam. Cap.* 8. *n* 435.

8. Effectus sunt ſequentes. (1) Tribuit *jus ſuccedendi conventionale* liberis diverſi matrimonii quoad utrumque parentem primi gradus etiam tunc, si ex matrimonio poſteriori nulli nati sunt liberi. Dn. Stryk. *cit. loc.* §. 6. Succeſſio tamen hæc non eſt reciproca, Dn. Stryk. in *V. M. h.* § 14. nec uniti inter se ſuccedunt. Ryck. *de Unione prolium Cap.* 6. *n.* 46. (2) Aufert teſtamenti factionem parentibus, & facultatem alienandi bona illa, de quibus unio inita. Muscul. *de Succ. convent. m.* 139. *seqq.* Dn. Stryk. *de S. ab int. cit. loc.* §. 29. Modos diſſolvendi unionem vid apud Eundem §. 26. *seqq.*

9. Solvitur P. poteſtas (1) morte naturali, *pr I. quib. mod. jus P. P. solv.* (2) civili: §. 1. *eod.* hodie banno imperii (Pleniſſime reſtituti recipiunt patriam poteſtatem. Dn. de Rhetz *Jur publ. Lib.* 1. *T.* 20 § 1.) :(3) Adoptione plena: §. 11. *quib. mod. jus P. P.* (4) Dignitate filii tali, quæ liberat a curia *L.*

fin.

fin. C. de decur. quatenus onus est liberis: *N.* 81. *C.* 2. *Doctoralis* non liberat, Dn. Berger *in Resolut. Leg. h. q.* 5. nec *clericalis*, excepta Episcopali: *N.* 81. *C.* 3. Conf. Idem *q.* 6. (5) expositione infantis: *L.* 2. *C. de inf. expos.* non vero captivitate, sed potius pendet patria potestas, §. 5. *I. quibus modis* &c. nec furore, quoad *commoda* ipsi cohærentia *L.* 20. *de stat. hom. L.* 8. *de his qui sui vel al. jur. sunt.*

10 Inprimis huc spectat (6) EMANCIPATIO, quæ est *actus legitimus, quo liberi volentes a parentibus coram ordinario judice de patria potestate dimittuntur.* Ante omnia requiritur (I) *consensus parentum*, etiam tacitus. *L.* 1. *C. de P. P.* Neque enim coguntur liberos emancipare. Vid. tamen *L. ult. ff. si a Parente N.* 112. *Cap.* 2. *L.* 12. *C. de Episc. audient. L.* 6. *C. de spectac. L.* 32. *de adopt. L.* 3. §. 6. *de minor. L.* 42. *ff. de condit. & demonstr.*

11. Desideratur (II) *liberorum consensus.* Inviti emancipari non possunt, *L.* 5. *in fin. C. de emancip. N.* 89. *C.* 11. *in pr.* nisi ingrati fuerint, ut exheredationem meruerint. *L.* 132. *de V. O.* (III) *Coram judice ordinario*, vel Comite Palatino. Competens judex præcise non requiritur. *L.* 1. 5. 7. *de manum. vind.* Gylmann. 2. *Symph. cam. T.* 9. *supplic.* 41.

12. Invaluit quoque moribus *tacita* emancipatio per *separationem œconomiæ*, ubi requiritur, (I) ut liberi sint majorennes:

(2)

(2) actu separatam œconomiam instituant: (3) pater nullam dissentiendi causam allegare queat. Stryk. *in V. M. h.* §. 19. 20. Alicubi (4) requiritur matrimonium, ceu de Frisia testatur Sandius *in Dec. Fris. lib.* 2. *T.* 7. *def.* 6. Imo in filia solum matrimonium sufficere, experientia testatur. Jus Sax. *L.* 1. *art.* 45. Mev. *ad Jus Lubec. Part.* 1. *T.* 3. *ad rubric. n.* 25. Secus est de jure civili. *L.* 20. *ff. ad L. Jul. de adult. L.* 18. *C. de nupt.* Conf. Dn. Thomas. *de quas. emancip. Germ.*

13. Originem traxit ex antiqua *separatione liberorum*, quæ in jure antiquo Germanico fundata, & passim adhuc obtinet. Vi hujus *separati* habentur pro *emancipatis*: imo, quoad successionem, pro *extraneis.* Quod tamen declarat Mev. *Part* 2. *T.* 2. *art.* 33. *n.* 117. & 118. Conf. Dn. Thomas. *Diss. de quasi emancip. German.* Dn. Jo. Samuel Stryk. *de Jur. singul. femin. Hamburg. C.* 2. §. 11. *seqq.*

TEXT. NOTAB.

L. si consul, 3. L. nec permittitur, 17. L. si arrogator, 22. § 1. L. post mortem, 25. pr. L. non potest, 31. L. quæsitem, 34. L. per adoptionem, 35. L. nam ita, 39.

Ex Codice. L. Mulierem, 5. L. veteres, 11. *De adopt.* L. in emancipationibus, 2. L. cum inspeximus, 6. *de emancip.*

Tit.

T I T. VIII.

De rerum diviſione, & qualitate.

1. RES perſonis oppoſitæ varie dividuntur. Summa rerum diviſio hæc eſt, quod ſint vel *divini*, vel *humani juris*. *L.* 1. *pr. h.* Ad illas referunt res *ſacras*, *ſanctas*, & *religioſas*. *Res ſacræ* ſunt, quæ *publica autoritate Deo conſecratæ, eique addictæ ſunt*, *L.* 9. *ff h.* §. 8. *I. h.* adeoque propterea inter res *nullius* negative tales referebantur, nec recipiebant æſtimationem. *L.* 10. *h.* Sed hoc ſenſu res ſacras apud Proteſtantes non habemus. Et quamvis conſecratio quædam in rebus *immobilibus* accedat: eſt tamen apud nos tantum pia quædam ceremonia ex Principis arbitrio dependens. Imo in rebus *mobilibus* (1) *deſtinatio* privatorum, & (2) *uſus* apud eoſdem rem ſacram faciunt abſque alia publica auctoritate, quæ duo neceſſario concurrere debent. Stryk. *V. M. h.* §. 4. Porro res ſacræ ſunt ſub diſpoſitione ejus, cui jus ſacrum competit.

2. Ab his differunt *res eccleſiaſticæ*, quæ ſunt *patrimonium ipſius eccleſiæ*, adeoque ad cultum divinum nonniſi *remotius* ſpectant, cum res ſacræ *immediate* ad cultum divinum pertineant. Fiunt alicubi tales per *amortizationem*, de qua vid. *Jus Paroch. Sect. V. C.* 1. §. 23. ſicut deſinunt tales eſſe *ſeculariſatione*, de qua Mauritius *ſpeciali diſſert.* agit.

3. Res sacræ plane alienari nequeunt, nisi in casu *urgentis necessitatis*. *L.* 21. *pr. C de SS. Eccl.* Imo hodie, præsertim res mobiles, cum sint etiam patrimonium ecclesiæ, facilius vendi posse apud Protestantes putarem, accedente auctoritate Consistorii. Res ecclesiasticæ apud eosdem facilius alienari possunt, modo (1) adsit causa utilitatis, pietatis, vel necessitatis: (2) accedat causæ cognitio: (3) consistorii decretum. His omissis, alienatio est nulla. Brunn. *ad Auth. hoc jus porrectum*, *C. de SS. Eccl. n.* 18. Vid. *nostr. disp. de administ bonor. eccl. C.* 2. §. 10 *seqq.* Link. *de Jure Episc. C.* 10. *n.* 36.

4. *Res religiosæ* fiebant per *illationem mortui* in locum privatum, quod manes defunctorum ibi conquiescere crederentur. Hodie cœmeteria publica constituuntur auctoritate, & in iis mortui necessario sepeliendi. Carpz. *L.* 2. *Jurisp. Consist. L. I.* 24. De qua materia pluribus dicetur *Tit. de relig.*

5. *Res sanctæ* dicebantur, (1) quæ sanctione, i. e. pœnali constitutione adversus violatores sunt munitæ: *L.* 9. §. 3. *h.* (2) quæ Diis tutelaribus consecratæ, quales sunt muti, portæ, *L.* 8. 9. *h.* vallum *L.* 3. §. 17. *de re milit.* Inde originem traxit *evocatio sacrorum*, *L.* 9. § 2. *h. t.* Dn. Coccei. *de evoc. sacror.* & quod pœna capitalis constituta sit in violatores murorum. Hodie magis portæ, & muri sunt res publi-

cæ,

cæ, & ex regali jure muniendi civitates dependent, adeoque tantum pœna extraordinaria hic locum habet. Id. *cit. l.*

6. Res *humani juris* sunt vel *in commercio privatorum*, vel *extra illud*. Huc referuntur (I) *res communes*, quæ primævum suum statum retinuerunt, h. e. (1) quæ, quoad proprietatem, sunt nullius: (2) quoad usum, omnibus patent. Huc spectant ex jure Romano (*a*) *Mare*, quod tamen pro parte acquiri potest. Effectus hujus dominii præter utilitates consistit in detractione veli majoris. Conring. *de Domin. mar. th.* 38. (*b*) *Aer*. Quatenus tamen consideratur respectu fundi certi, modo suo, & per consequentiam, est in proprietate. Unde servitus projiciendi &c. Conf. Dn Thomas. *ad Strauch. diss* 6. §. 2. *p.* 56. *seqq.*

7. (II) *Res publicæ* dicuntur, quæ sunt in proprietate reipubl. Olim duo desiderabantur, (1) ut essent in proprietate populi: (2) usus nemini denegaretur. Hodie sunt in proprietate Principis, nec usus privatis amplius absque ejus concessione competit. Quin potius plerunque dantur in feudum. Struv. *Synt. I. F. C.* 6. *aph.* 7.

8. (III) *Res Universitatis* sunt res ad universitatem, qua talem, spectantes, non ad singulos de illa universitate, §. 6. *I. h. t. L.* 6. §. 1. *h.* nisi quoad usum. Referunt huc communes furnos, & puteos, &c. Unde nemo per renunciationem usus a refectione horum se liberare potest. Schilter. *Exerc.*

4. §. 9 Ab his differunt res *in patrimonio universitatis* existentes, quarum usum singuli de universitate non habent. Quorsum etiam spectant *ecclesiasticæ*. Res ex destinatione, fine, & usu æstimanda.

9. Porro res sunt vel *corporales*, vel *incorporales*. Illæ sua natura tangi possunt. *pr. I. de reb. corpor.* Conf. *L.* 30. *de Usuc.* ubi tria genera corporum tecensentur. Hæ vero tangi nequeunt: incurrunt tamen in sensus a posteriore. Quorsum unice pertinent *Jura*. Sunt hæc entia moralia, substantiam suam a lege habentia, & utique ad *objectum juris* spectant. Nec obstat, quod nihil sui ipsius objectum esse possit. Nam jura, pro *facultatibus moralibus* sumta, sunt objectum juris, pro *lege* sumti.

10 Quædam res pro diverso respectu possunt ad utranque speciem referri. Sic pecunia considerata ut quantitas, ad incorporales: ut corpus vero ad corporales refertur. *L.* 1. *de contrahend. empt.* *L.* 46. *de condict. indeb.* *L.* 95. *de legat.* 3. Hahn. *ad W. h. n.* 4. Huber. *h.* § 2.

11. Quæcunque prædicantur de rebus corporalibus *proprie*, rebus incorporalibus applicantur analogice: veluti *quasi possessio*, *quasi traditio*: imo aliquando prædicatum mobilium, & immobilium iis adscribitur, &c. Habentur, ut plurimum, in majori pretio, quam res corporales, veluti jurisdictio, jus Patronatus, jus venandi.

12.

12. Res corporales dividuntur in res *mobiles*, & *immobiles*. Illæ salva manente substantia de loco in locum commode transferri possunt. Hæ vero loco moveri ita nequeunt; suntque tales vel *natura sua*, vel fiunt per *destinationem realem ad usum perpetuum rei immobilis*. Huc pertinent Castrum cum machinis bellicis, & quidquid præsidii loco ibi destinatum est, Schilter. *Exerc.* 4. §. 23. instrumenta domus coquinariæ, sedilia in templis, horologia affixa, servi adscriptitii, Hahn. *ad W. h. n.* 4. lecti in diversoriis ad ipsum jus hospitii ita deputati, ut perpetuo ibi maneant, id quod ab allegante probandum, Carpz. *Part.* 3. *C.* 24. *D.* 10. molæ pneumaticæ, Finkelsh. *Obs.* 24. ut & navales. Struv. *Synt. jur. f. c.* 6. *aphoris.* 11 *n.* 6.

13. Extra ordinem applicatur hæc distinctio *rebus incorporalibus*, (1) si ex circumstantiis apparet, testatorem voce *mobilium*, & *immobilium* late intellexisse omnem suam substantiam: (2) in præscriptione juri um: (3) si eadem est ratio corporalium, & incorporalium. Habentur vero res incorporales pro *mobilibus* quæ eis inhærent, vel ad eas petendas destinatæ: pro immobilibus vero quæ eis inhærent, vel ratione earundem competunt. Huc pertinent annui reditus super rebus immobilibus constituti; Gail. 2. *Obs.* 10. *n.* 3.

14. Usus distinctionis in res *mobiles*, & *immobiles* cernitur (1) in usucapione: (2) in præstanda cautione: *L.* 15. *qui satisd. cog.* (3) distractione pignorum: *L.* 15. §. 2. *de re judic* (4) alienatione rerum dotalium, & minorum: (5) successione tum *Saxonica*, ubi maritus est heres mobiliaris; tum *civili*, quia in successione mobilium attendimus statuta domicilii: in immobilibus Statuta rei sitæ: Vid. Dn. Stryk. *de S. A. I. Dis.* 1. *Cap.* 4. § 2. (6) Jure emphyteutico feudalique: (7) consecratione apud Protestantes (8) jure postliminii: (9) alicubi in hypothecæ constitutione.

15. Qualitates rerum sunt ipsum jus. *L.* 12. *quemadmod. serv. amitt.* Unde est *jus rerum* facultas moralis, quæ versatur circa res. Estque vel *in re*, vel *ad rem*. JUS IN RE *qualitatem denotat rei cohærentem, & ipsam rem afficientem*, cujus vulgo quinque traduntur species: dominium stricte dictum, servitus, pignus, hereditas, possessio, quamvis de ultima specie non immerito dubitet Huber. *in Digress. lib.* 4. *c.* 10. Agnoscuntur hæ diversæ species ex diversis effectibus, & actionibus.

16. Jus AD REM est, *quo personam ad rem præstandam obligatam habemus, quodque personæ, tanquam subjecto suo proprio, inhæret*. Rem ipsam non afficit. *L.* 2. *pr. d. pollicit.*

17. Usus hujus distinctionis insignis est. (1) Ex jure in re sunt actiones *reales*: ex

ex jure ad rem sunt *personales*. Illæ dantur adversus omnem possessorem: hæ adversus eundem. Ibi aliter libellus concipiendus, quam hic. Vid. *tit. de edend.* §. 9. (2) Extincta re, extinguitur jus in re, sed non obligatio, §. 26. *in fin. de rer. divis.* nisi sit *respectiva*. (3) Jus in re fortius est jure ad rem, quod ex concursu creditorum evidens est. (4) Jus in re aliud fundat forum, quam jus ad rem. (5) In præscriptione quoque diversitas occurrit, ut & (6) in litigiosis. (7) Judicium petitorium, & possessorium tantum actiones reales respicit, sed non personales. &c.

TEXT. NOTAB.

L. in tantum, §. §. 1. L. 9. §. proprie dicimus, 3. L. si quis, 11.

Tit. IX. (C. III. 24.)

De Senatoribus.

SEnatores Romani in summo ordine fuerunt constituti *publici consilii causa*. Successu temporis jus dicendi potestatem consecuti sunt. Cornel. Van-Eck *h.* §. 3. Triplex eorum ordo erat. Primi *Patricii* vocati. Secundi *Patres conscripti*. Tertii *Pedanei* nominati. Struv. *h.* §. 4. Extendebatur etiam hæc dignitas ad uxores, viduas, *L.* 18. *& ult. h.* ut & liberos, *L.* 5.

& 6. h. etiam ante dignitatem ſenatoriam natos. *c. L. 5. L. 11. de dignit.* quam, patre remoto, retinent. *L. 9. h.*

TEXT. NOTAB.

L. conſulari, 1. pr. L. fœminæ, 8. L. ſenatores, 11.
Ex Cod. L. 1. in f. *ubi ſenat.*

Tit. X. (C.XII. 3.)

De officio Conſulis

HUjus poteſtas, & officium varium fuit pro diverſo reipublicæ ſtatu. Exactis regibus, ſummam obtinuit poteſtatem. *L. 2. §. 6. h.* Lege deinde cautum eſt, ut liceret ab iis provocare, neque poſſent in caput civis Romani injuſſu populi quid ſtatuere. Huber. *h.* §. 2. Sub Cæſaribus valde exinanita eſt eorum poteſtas.

TEXT NOTAB.

Ex Cod. L. antiquitus, 1. L. ſancimus, 5.

Tit.

Tit. XI. (C. I. 26. 27. VII. 42. XII. 4.)

De officio præfecti prætorio.

PRæfecti prætorio initio a Principibus conſtituti. Prætorium ipſum in aula Principis erat, cui Præfectus præerat. Fuſius ex antiquitate Romana hoc declarat Huber. *h.* Summa horum fuit poteſtas, ut ne quidem appellatio ab iis concederetur. *L. un.* §. 1. *h.* Ceterum comparatio Electorum cum his ſatis inepta eſt.

TEXT. NOTAB.

L. un. §. 1. *Ex Cod. L. 2. de Praef. praet.*

Tit. XII. (C. I. 28.)

De officio Præfecti Urbis

HI magiſtratus vices Regum, & Conſulum gerebant, ſalutem urbis obſervantes. *L.* 1. §. 12. *h.* Poteſtatem obtinuere ſatis amplam, ut etiam univerſam criminalem juriſdictionem intra Italiam exercerent. *L.* 6. §. 1. *de interdict. & relegat. L.* 8. §. 5. *de pœnis. L.* 1. *pr. h. t.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. §. cura carnis, 11.

C 5 *Tit.*

Tit. XIII. (C. I. 30. XII. 6.)

De officio Quæstoris.

HIC ærario publico præerat, & ad eum spectabat provincias sortiri, rem militarem sequi, & manubias in rationes publicas referre. Ingressus erat gerendorum honorum. *L. 1. h.*

Tit. XIV. (C. I. 39. XII. 2.)

De officio Prætorum.

1. DE horum origine pluribus agit Dn. Thomas. *de Næv. Jurisprud. lib.* 1. c. 7. Ab initio pauci fuerunt: post numerus eorum mirum in modum crevit, & singulis quandoque causis destinati. Unde noti sunt in jure Prætores *fideicommissarii*, *tutelares*, vid. Dn. Jo. Sam Stryk. *De Process. Rom. antiq. C.* 1. *n.* 8. *seqq.*

2 Jus dicebant in causis civilibus, aliquando etiam ex speciali commissione de causis criminalibus. *L.* 2. §. 32. *de Orig. jur.* Edicta constituebant proposita in albo. RÆVARD. *in protrib. C.* 4. & sub prætextu vel interpretationis, vel æquitatis jus varie immutabant dando exceptiones, fingendo, mutando nomina, concedendo restitutionem. *L.* 7. §. 1. *de in int. rest.* Ordinarie in *causis facti* dabant judicem peda-

daneum: in *quæstionibus juris* ipsi extra ordinem cognoscebant. Inde ortæ *cognitiones extraordinariæ*. *L.* 2. *C. de judic. pedan*.

3. Omnis Prætorum potestas tribus verbis notabatur: *do*, *dico*, *addico*. Inde versus Ovidii.

Ille nefastus erit, per quem tria verba silentur.
Fastus erit, per quem jure licebit agi.

Hæc tria verba explicat Struv. *h.* § 23. Conf. Brisson. *De Form. L.* 5. *pag.* 465.

4. Infinitivæ concluſiones, & tota proceſſus Romani ratio ex *officio prætorum* dependet. Quod ad intellectum jurium Romanorum multum facit. Fluit inde distinctio inter actiones utiles, & directas; contractus nominatos, & innominatos, ſtipulationes prætorias, & judiciales, inter modos tollendi obligationem ipso jure, & ope exceptionis: quod litis contestatio sit quasi contractus, &c.

TEXT. NOTAB.

L. Barbarius, 3. h.

Tit. XV. (*C. I.* 43.)

De officio Præfecti vigilum.

HOrum officium conſiſtebat in conſervanda securitate Urbis, qui propterea cohortibus erant instructi, incendia & tumultus præcavebant, &c. *L.* 3. §. 4. *h.*

TEXT. NOTAB.

L. Nam salutem pr. §. 1. vers. plerunque incendia.

Tit. XVI. (*C. I.* 35.)

De officio Proconsulis, & Legati.

PRoconsules in provincias populi mittebantur omnia gubernaturi. *L.* 8. *h.* Plenissimam exercebant jurisdictionem: *L.* 7. §. 2. *h.* imo majus imperium in provincia post Principem habebant. *L.* 8. *h.* Conf. *L.* 6. §. 3 *h.* ubi quod muneribus abstinere debeant. Legatus vices Proconsulis absentis gerebat, habebatque jurisdictionem ordinariam.

TEXT. NOTAB.

L. observare, 4. §. 6. L. solent., 6. §. 3. L. meminisse, 10.

Tit. XVII. (*C. I* 37.)

De officio Præfecti augustalis.

PRæposuit hunc Augustus Ægypto, devictis Antonio, & Cleopatra. Eandem vero habebat potestatem, quam proconsul.

Tit XVIII. (*C. I.* 40.)

De officio Præſidis.

PRæſes erat, qui vice Cæſaris provincias gubernabat. Habebat in ſua provincia imperium majus omnibus poſt Principem, curamque tranquillitatis provinciæ, *L.* 3. & 13. *pr. h.* jusque reddebat *L.* 19. *h.* ubi egregie officium magiſtratus in jure reddendo circumſcribitur. De omnibus præterea cauſis, quæ Romæ diverſos habebant judices, cognoſcebat. *L.* 10. 11. 12. *h.*

TEXT. NOTAB.

L. Præſ. 3. L. illicitos, 6. §. veritas, 1. §. ſicubi, 7. L. ſed licet, 12. L. congruit, 13. pr. L. Divus Marcus, 14. L. plebiſcito, 18. L. obſervandum, 19.

Tit. XIX.

De officio Procuratoris Cæſaris, & Rationalis.

COnſtitutus eſt ab Auguſto, ut præeſſet cauſis fiſcalibus in provinciis. Poſt ſub Claudio juriſdictio quædam ipſis fuit tributa in cauſis Fiſci civilibus. *L.* 2. *C. ſi advers fiſc.* Aliquando ſimul vices Præſidis gerebat, & tunc omnia poterat, quæ Præſes. *L.* 4. *C. ad L. Fab. de plag. L.* 2. *C. de pœnis.* Talem fuiſſe Pontium Pilatum, Judææ Procuratorem, arbitratur Huber. *h.*

Tit.

Tit. XX. (C. I. 57.)

De officio juridici Alexandriæ.

HUnc Auguſtus Alexandriæ præficiebat liberam tradens poteſtatem juris dicendi in quibuscunque negotiis, & præcavens, ne Præfectus Auguſtalis aliquid tentaret in detrimentum reipublicæ. Conf. Cornel. Van-Eck. *in princ. Jur. h. in fin.*

Tit. XXI.

De officio ejus, cui mandata eſt jurisdictio.

1. COnſuetudine, ſeu more majorum invaluit, ut magiſtratus *majores* univerſam jurisdictionem alteri mandare poſſent. *L. 1. §. 1. h. L. 5. L. 6. ff. de jurisd.* Inde orta diſtinctio inter jurisdictionem *propriam*, quam quis *habet ex lege*, ſeu immediate ab eo, qui majeſtatem in Republ. habet: & *mandatam*, quæ eſt exercitium alienæ jurisdictionis alicui ab ordinario magiſtratu commiſſum. Suthold. *de jurisd.* §. 339.

2. In mandanda jurisdictione ſequentia requiſita obſervanda: (1) *ut mandans jurisdictionem habeat ſuo jure*, h. e. *vi officii*, non ex alieno beneficio, ſeu magiſtratus commiſſione. *L. ult. pr. h. L. 5. de jurisd.* Suthold. *cit. loc.* §. 349. (2) Ut illam eo

tem-

tempore, quo mandat, *actu* exercere possit: *L.* 4. §. *ult. de off. Procons. & Leg.* (3) ut mandetur ei, *qui nullo neque quo ad corpus, neque quoad animum defectu laborat*, Struv. *Exer.* 4. *th.* 38. nec sit extra territorium mandantis. *L. un. pr. C. qui pro sua jurisd.*

3. Mandanda vero (4) ipsa *jurisdictio* vel universa, vel una species. Noodt. *de Jurisd. Lib. II. C.* 2. In hoc differt mandatarius a Judice pedaneo, cui tantum notio competebat. Plures differentias suggerit Suthold. *cit. loc.* §. 365.

4. Mandanda porro (5) sunt illa, quæ *jure magistratus* competunt, *L. ult* §. 1. *h.* ut jurisdictio ordinaria *L* 4. pr. & mixtum imperium: *L.* 1. §. *ult. h.* non vero quæ *jurisdictionis extraordinariæ* sunt, nec *merum imperium*, nisi in casu absentiæ. *L.* 1. *pr. h.* Noodt. *cit. l. C.* 5. Aliud vero hodie *ex C. C. Carol. art.* 2. Quin, cum hodie jurisdictio extraordinaria sit incognita, etiam illam mandari posse, certum est.

5. Mandatarius exercet jurisdictionem ejus, qui mandavit, secundum formam, modumque præscriptum, *L.* 1. §. 1. *L.* 3. *h.* adeoque mandatarius idem tribunal habet, quod mandans; & sic appellatur a mandante ad superiorem, nec mandatam sibi potestatem alteri mandare potest. *L.* 5. *h.*

6. Solvitur hæc jurisdictio (1) revocatione mandantis: *L.* 6. §. 1. *de off. Procons.* (2) morte mandantis, modo res adhuc sit integra: (3) Morte mandatarii. Engelbr. *ad ff. t. de Jurisd.* §. 4. *in f.*

7. Hi mandatarii etiam dicuntur *delegati* in jure canonico: stricte tamen hi denotant *judices extraordinarios*, *quibus jurisdictio in certa causa est delegata*. Delegati dantur (I) a *summa potestate*, qui instar *ordinariorum judicum* habentur, cum ab iis appelletur ad ipsum Principem, & facultas exequendi, & subdelegandi quandoque eis concessa sit. *C. significasti*, 7. *de off. Jud. delegat.* (II) A *magistratu subalterno*, & quidem vel ad *universam jurisdictionem* (qui conveniunt cum iis, quibus mandata est jurisdictio): vel ad unam tantum, & alteram particularem causam, & his non universa jurisdictio, sed actus quidam expedrendi committuntur.

8. Ceterum hodie commissariis rarius universa jurisdictio, sed actus tantum quidam judiciales committi solent. Stryk. *in V. M.* §. 2. Vid. Dn. Lynk. *in Comment. h.* §. 9. Tenor itaque commissionis inspiciendus, qui fines, & potestatem eorum determinat. *C. 22. de rescript. C. 33. X. de off. jud. delegat.* Sunt enim commissiones stricti juris. Stryk. ad Laut. *t. de Jurid. p.* 63. Conf. tr. noster *de jure eccles. protest. lib.* 1. *tit.* 29.

TEXT. NOTAB.

L. quæcunque, 1. L. etsi prætor., 3. L. mandatam, 5. §. 1.

Tit.

Tit. XXII. (C. I. 51.)

De officio Assessorum.

HI adhibebantut a magistratibus in consilium in causæ cognitionibus, quia magistratus sæpe erant legum imperiti. *N.* 82. *pr.* Accipiebant pro hoc officio salarium, olim a magistratibus; *L.* 4. *h.* post ex publico, *L.* 32. *ex quibus causis majores*, & quidem integri anni, licet magistratus intra annum esset mortuus. *L.* 4. *h.* Hoc ad Professores aliosque defunctos, qui ex publico salarium accipiunt, incongrue applicant. Vid. Carpz. *part.* 2. *constit.* 5. *def.* 10.

TEXT. NOT.

L. Diem functo, 4. *Ex Cod.* L. studiorum, 1. L. nemo, 14. pr.

LIB. II. Tit. I. (C. III. 13.)

De jurisdictione.

JURISDICTIO, strictiori sensu ex mente legum Romanarum, est *publica statuendi & exequendi de causis contentiosis civilibus jure magistratus competens potestas.*

2. Fluunt inde sequentia requisita: (I) *ut jurisdictio publica auctoritate concedatur,*

&

& sic dependet a summa majestate, *L.* 3. *C. h. L.* 2. 3. *C. ad Leg. Jul. Majestat.* licet magistratus eam dicatur habere *proprio jure*. Conf. diss. Dn. Stryk. *de Obseq. Jud. inferior.* Struv. *Exerc.* 4. *th.* 50. Unde (*a*) fluit differentia ab arbitris. (*b*) Quæ is, qui jurisdictionem habet, facit, *ut talis*, publicam habent auctoritatem. (*c*) Hinc quoque necessitas edendi titulum petenda. Neque enim sola possessio jurisdictionis contra principem sufficit in *summariissimo*. Dn. Stryk. *in V. M. h.* §. 27. *seqq.*

3. Alterum est (II) ut hæc potestas publica *jure magistratus*, seu *vi officii*, cui cohærebat, competat. *L.* 5. *h.* Erat enim de jure Romano magistratui proprium *jurisdictionem habere*, nec eo sensu *summae potestati* competebat Suthold. *de Jurisd.* §. 190. *seqq.* Quin potius decreta Principum *leges* erant. *L. fin. C. de LL.* Excludebantur hoc ipso alia, quæ magistratui, qua tali non competebant, sed ex *speciali lege* præter *jurisdictionem* illis concessa erant. Huber. *h.* §. 4.

4. (III) *Ut exerceatur in causis civilibus*. Cognitio enim de *causis criminalibus* neque competebat *jure magistratus*, Frantzk. *h. n.* 22. neque sub *jurisdictione* comprehendebatur, Hahn. *ad W. h. n.* 22. licet hodie res sese aliter habeat.

5. Ultimum consistit (IV) in ipsa potestate, quæ comprehendit sub se *jus statuendi, & exequendi*. Hinc differt a nuda

no-

by Google

notione, quæ judicibus pedaneis olim committebatur, & consistebat in *cognitione de controversia*, & sententiæ latione, sine *mixto imperio. L.* 55. *de re judic.* Eam tamen continebat vim, sine qua notio expediri non poterat, veluti: deferre juramentum in litem, habere reum pro confesso, sequestrare rem litigiosam, excludere a probando, &c. Nam etiam *arbitris* illa *suo modo* competunt.

6. Jus *statuendi*, & *exequendi* variabat, prout magistratus Romani erant vel *majores*, vel *minores*. Illis augustior: his minor competebat potestas. *L.* 32. *de injur. L.* 2. *de in jus. vocand. L.* 26. *ad municip.* Actus augustiores recensentur *in L.* 4. *h.*

7. Jus *exequendi* dicitur in specie *mixtum imperium*, & jurisdictioni inest, *L.* 3. *h. der Gerichts--Zvvang* Consistit in potestate modice coercendi invitos, ad jurisdictionem tuendam, & jus redditum exequendum. Struv. *Exerc.* 4. *th.* 61.

8. Varia cogendi remedia sunt, veluti mulctæ dictio, incarceratio, fori interdictio, *L.* 9. *pr.* §. 1. *de pœn. L.* 1. *C. de postul.* missio in possessionem, *L.* 4. §. 4. *de damn. infect.* denegatio audientiæ, *L.* 26. §. 4. *ex quib. caus. major.* manus militaris. *L.* 68. *de R. V.*

9. Atque hæc pertinent ad jurisdictionem *stricte* acceptam. In sensu latiori omnem magistratus potestatem complectitur. Estque vel *ordinaria*, vel *extraordinaria*

ria

ria. Illius requiſita hactenus vidimus. Hæc verſatur circa ea, quæ ſpecialiter ex lege, aut SCto, aut conſtitutione Principum magiſtratui erant tributa, qualia recenſet Struv. *Ex.* 4. *th.* 67. quæ tamen hodie juriſdictioni *ordinarie* inſunt. Stryk. *in V. M. h.* 21.

10. Deinde alia eſt *contentioſa*, alia vero *voluntaria*. Illa exercetur in invitos. *L.* 83. *de verb. oblig. L.* 2. *de off. procons.* Hæc expeditur inter volentes, Maurit. *de Poteſt. princip. L. reg. & juriſd. h.* §. 34. *ſolemnitatis*, & *authoritatis* gratia, cum illa magis *juſtitiæ faciendæ* gratia exerceatur, & conſiſtat (1) in cauſæ cognitione, (2) deciſione. Engelb. *h. t.* §. 2. *in f.* Frantzk. *h. n.* 7. Proinde hæc non deſiderat magiſtratus competentiam: poteſt expediri quocunque loco, & tempore, etiam in propria cauſa. *L.* 1. §. 7. *de manum. vind. L.* 2. *de offic. præſid.*

11. Voluntaria alia *mera* eſt: alia *mixta*. Hæc *cauſæ cognitionem* requirit, Maurit. *cit. loc.* § 35. *ſeqq.* Struv. *cit. loc.* §. 69. & proxime ad *contentioſam* accedit. Hinc (*a*) competens judex adeundus, veluti in decreto ſuper alienatione rerum minoris, vel transactione ſuper alimentis teſtamento relictis, &c. (*b*) Hos actus magiſtratus nec apud ſe, nec (*c*) diebus feriatis, nec (*d*) extra judicium expedire poteſt. *L.* 10. *h. t.* Dn. Lynker *in Comment. h. t.* §. 5. Frantzk. *ad Tit. de fer. n.* 26.

12.

12. Ulterius jurisdictio alia *ordinaria*, alia *prorogata*. Hæc est *jurisdictio judicis incompetentis consensu, vel lege stabilita*. Unde duplex est: *legalis*, vel *conventionalis*.

13. Ad *conventionalem* requiritur (I) *consensus litigantium*, vel *expressus* *L.* 18. *h* aditione judicis firmatus. Frantzk. *h. n.* 47. *cit. L.* 18. quod in *L. pen. C. de pact.* non amplius desideratur: vel *tacitus*, quando quis scienter litem contestatur coram incompetente judice, omissa fori præscriptione, *L.* 1. & 4. *C. h.* nisi error probetur. *L.* 15. *h.*

14 Ut litigantes (II) *de rebus suis disponendi habeant arbitrium*. Huber. *h.* §. 9. (III) Is, in quem jurisdictio prorogatur, *jurisdictione jam præditus* sit. Jurisdictionem enim non habenti eam dare nequeunt. *L.* 3. *C. de judiciis*. Huber. *cit. l.* (IV) Ut judex *speciem illam jurisdictionis habeat*, ad quam spectat causa prorogata: Brunn. *ad L.* 18. *ff. h. n.* 2. *L.* 61. § 1. *de judic.* Quæ enim jurisdictio non est, prorogari nequit. Maurit. *cit. loc.* §. 32. Atque hæc prorogatio adhuc hodie, etiam a clericis, fieri potest. Stryk. *in V. M. h.* §. 22.

15. Prorogatio *necessaria* apparet in *reconventione*, quæ ex *legis dispositione* fit, *L. cum Papinianus*, 14. *C. de sent. & interl.* non *tacita conventione* uti Hahn. *ad Wesenb. cit. l.* arbitratur, quia prorogationem illam actor avertere nequit. Habet autem secundum jus civile *reconventio* duplicem effe-

effectum: (1) *prorogationis*: (2) *simultanei processus*: sed hos *conjunctim* non aliter, nisi (I) *causa prorogabilis sit in hunc judicem*, quod exinde cognoscitur, si de illa causa per modum conventionis judicare possit. Brunn. *ad L.* 11. *h. n.* 4. Qui ergo ad certam quantitatem tantum jurisdictionem habet, de majori in reconventione judicare nequit. *d. L.* 11. §. 1. *h. t.*

16. Debet quoque (II) actor agere *nomine suo*. Qui *procuratorio*, vel *tutorio* nomine agit, reconveniri nequit de proprio debito. Carpz. *P.* 1. *C.* 7. *def.* 6. Brunn. *Proc. civ. c.* 10. *n.* 14. (III) Desideratur, ut *causa conventionis moram adhuc admittat*: alias tantum operatur effectum *prorogationis*, sed non *simultanei processus*. Causas ejusmodi recenset Martini *in Proc. Sax. tit.* 6. *art.* 1. *n.* 16. *seqq.* (IV) *Ut ante litem contestatam instituatur*: alioquin tantum habebit effectum prorogationis, Mev. 4. *D.* 166. & *p.* 6. *D.* 85. Martin. *cit. l. n.* 37. *seqq.* & quidem (V) adhuc *in prima instantia*. Mev. *P.* 7. *D.* 89. (VI) Ut *lis agatur coram judice ordinario*. *C.* 6. *X. de arbitr.* Berlich. *P.* 1. *Concl.* 22. n. 43. Alias rejicienda reconventio. Mev. 3. *D.* 22.

17. In iis casibus, ubi reconventio non habet effectum simultanei processus, sed tantum *prorogationis*, cautio præstanda est ab actore pro reconventione. Hæc ordinarie in Saxonia exigitur, ubi effectum simultanei processus nunquam habet, & tantum

tum

Google

tum in causis connexis admittitur. Carpz. P. 1. C. 7. D. 8. Quænam autem tales causæ sint, docet Marrini *cit. l. n.* 29. Conf. Dn. Stryk. *Diss. de reconvent. Vol.* 2. *disp.* 16.

18. A *prorogata* jurisdictione differt omnino *mandata*, quia prorogatio magis fit a litigantibus: mandata vero a magistratu dependet.

19. A jurisdictione stricte dicta differt *merum imperium* in potestate vindicandi crimina consistens, & dicitur *jus gladii* in *L.* 3. *h.* Huber. *h.* §. 4. *Proprio jure* nulli magistratui, qua tali, competebat. *L.* 1. §. 11. *de off. ejus, cui &c.*

20. Gradus vindicandi crimina *ex L.* 28 *de pœn.* tres facit Struv. *Exerc.* 4. *th.* 76. quamvis alias genera pœnarum sint multiplicia. *L.* 6. *in fin. L.* 7. 8. *eod.* Cui omnes gradus competunt, *plenum* habet imperium. Conf. Dn. Engelb. *ad ff. h.* §. 8.

21. Hodierna forma jurisdictionum in plurimis differt a Romana, Mev. 4. *Dec.* 98. & consistit in *potestate statuendi de causis contentiosis, voluntariis, & criminalibus*. Hoc sensu est vel *ecclesiastica*, vel *secularis*. Illa causas ecclesiasticas, & clericales concernit, & exercetur apud Protestantes hodie per *consistoria*: non tamen necessario, uti putat Carpzov. *In jurisp. eccl. L.* 1. *def.* 11. Originem hujus jurisdictionis aperui in *Jur. parochial. C.* 3. §. 19. Conf. Linck. *de Jur. Episc. C.* 11. *n.* 16. *seqq.* Hæc vero causas, & personas seculares complectitur.

22. Secularis est vel *superior*, vel *inferior*, seu *alta*, & *bassa*. Illa est ipsa jurisdictio criminalis, Stryk. *in V. M. h* § 6. & competit jure magistratus, non ex speciali concessione in *sensu juris Romani*. Schilter. *Exerc.* 6. § 8. Aliquando est *nuda* sine executione. Stryk. *de V. M. h.* §. 10. 11. Hæc, *die Untergerichte* causas civiles complectitur, & pauca quædam ex iis, quæ sunt meri imperii, scil. *leviorum delictorum* coercitionem. Colei *de Proc. execut. P.* 2. *c. I. n.* 137 Determinatio ejus locorum consuetudini debetur. Carpz. *Pr. crim. qu.* 109 *n.* 31. Stryk. *cit. l.* §. 8. Schilt. *Ex.* 6. §. 13. Engelhr. *de Jurisd. alta, & bassa.*

23. Dantur adhuc plures jurisdictiones speciales, quas Princeps in suo territorio pro lubitu determinat. Huc pertinet *metallica*, *forestalis*, *militaris*, *feudalis*, *academica*, *venatoria*, *salinaria*, uti hic loci *die Thal-Gerichte cambialis*, *mercatoria*, *&c.*

24. Notabilis adhuc distinctio est in jurisdictionem *realem*, seu *patrimonialem*, & *personalem*. Illa castro cohæret, & ad omnes successores transit. Hæc tanquam *officium* alicui concreditur, & cum persona exspirat. Illam exercent etiam mulieres, castri possessores, sed non hanc. *L.* 8. *ff. de judic.* Illa est in commercio, non æque hæc, cum personæ industria sit electa. Illa jure *feudi*, vel alio *titulo* conceditur. Engelbr. *c. l.* §. 11. Hæc electione, vel gratia Principis. Illam in *propria causa* contra subdi-

tos

tos ſuos exercent Nobiles: non æque hanc. Schilter. *Exerc.* 6. *th.* 16 *Vid. L.* 10. *h.* Illa mandari poteſt: non hæc.

25. Conceſſa *indefinite* per feudum juriſdictione, inferior tantum conceſſa videtur, Meiſchn. *Dec.* 23. *n.* 37. Schilter. *Exerc.* 6. § 10. Faber *in C L.* 3. *t.* 12. *def.* 17. *n.* 8. Conf. Diſs. *de interpret. fac. cont. eum, qui clarius loq. deb. th. ult.* Struv. *Exerc.* 4. *th.* 80. & quidem *ſubordinate*: non *cumulative* regulariter. Stryk. *in V. M. h.* §. 26. Schilt. *cit. loc* § 12.

26. Denique juriſdictio alia eſt *univerſalis*, quæ alicui in certo diſtrictu ſine ulla reſtrictione eſt conceſſa *die Straſſen-Gerichte*: vel *particularis*, quæ ad certa loca ſpecialia, ubi alius *univerſalem* habet, reſtricta, *Zaum-und Pfahl-Gerichte* Dn Stryk. *c l.* §. 19.

27. Altera pars hujus Tituli eſt de *albo corrupto*, unde datur *actio prætoria popularis contra eos, qui edictum prætoris perpetuæ juriſdictionis gratia propoſitum dolo malo corruperunt, ad pœnam* 500 *aureorum*. *L.* 7. *pr. h.* Requiritur vero *dolus*: ruſticitati, & imperitiæ venia danda eſt. *L.* 7. §. 4 *h.* Hahn *ad Weſenb. n.* 13. Si reus non habeat in ære, luere debet in corpore. *L.* 7. §. 3. *h.* Hodie etiam hunc dolum puniri ratio judiciorum, & reipublicæ poſtulat, ut tamen pœna ſit arbitraria fiſco applicanda, nec actio popularis. Stryk. *in V. M. h.* §. *ult.*

Google

TEXT NOTAB.

L. cui., 2. L. more majorum, 5. L. adeo, 8 L. qui jurisdictioni, 10. L si per errorem, 15. L. si convenerit, 18. L. extra territorium, ult. *Ex Cod.* L. juris, 2. L. privatorum, 3

Tit. II.

Quod quisque juris in alterum statuerit, ut ipse eodem jure utatur.

1. PRætores, aut alii magistratus, qui edicta condebant, vel edicta *perpetuæ jurisdictionis causa faciebant*: vel *specialia* pro re nata ad singulas causas dabant, & sic sæpe *jus novum*, sed *iniquum* in formula judicibus pedaneis præscribebant Struv *de Vindict. priv. C II. Aph.* 2. *n.* 6 *seqq.* Exemplum occurrit in *L.* 3. § 3. *h.* Hahn. *ad Wesenb h. n.* 2. *verb. Pro quo spopond.*

2. Hinc dabatur exceptio *ex delicto oriens, quæ ab eo, qui inde læsus est, objiciebatur magistratui, vel illis, qui id impetraverant, ut eodem jure utantur in similibus causis.*

3. Ut contra magistratum inique jus dicentem locum habeat, requiritur, (1) *ut magistratus abierit*. Ante enim in jus vocari non poterat: *L.* 2. de *in jus voc.* (2) *ut perfecte statuerit jus novum: L.* 1. §. 2. *h.* Hahn. ad *Wesenb. h. n.* 2. (3) ut *dolo* vel *lata culpa* id statuerit. Vid. *L.* 2. *h.* In

pri-

privato sufficit, si saltim impetraverit jus novum, licet usus non sit. *L.* 3. *in f. pr. h.* Huber. *h.* §. 2. quod etiam applicatur contra tutores, & procuratores in rem suam, non in rem alienam: Hahn. *cit. L.* imo contra heredes Id. *cit. L.* Sed hæc *exceptio* hodie cessat.

4. Applicant hoc edictum ad *retorsiones jurium*. Illa tamen superest differentia, quod hujus edicti *venia*, & *proxima causa* sit *delictum*. Schilt. *Ex* 6. *th.* 28. Ast *retorsionum* fundamentum consistit in *conservanda æqualitate inter æquales*, adeoque hic nullum adest *delictum*, nec *correctio juris iniqui*: ratio tamen edicti non deficit.

5. In hac observanda sunt requisita sequentia: (1) ut agatur de *causa civili*: Struv. *de Vindict. priv. aph.* 11. (2) ut civitas, contra quam retorsione uti volumus, antea contra nostram civitatem jus inæquale *actu exercuerit*, quod probandum: Carpz. *p.* 3. *C.* 38. *d.* 8. Struv. *cit. loc. n.* 17. (Sed hoc requisitum ad Saxoniam recte restringit Stryk. in *V. M. h.* §. 4.)(3) Ut fiat *publica auctoritate* magistratus, Carpz. *cit. loc. d.* 10. Dn. Stryk *cit. loc.* §. 5. (4) & quidem *æqualitatis juris inter æquales conservandæ gratia*. Unde *indultum moratorium* contra creditorem, qui adversus suos creditores illud impetravit, retorqueri non potest, partim quod beneficium jure permissum in ejus odium non detorquendum; Schilter *ex.* 6. §. 28. partim quod Princeps *jus inæquale* ex justa causa concedere potuerit.

6. Sic hodie retorquetur jus detractionis, Albinagii, Geradæ, rerum expeditoriarum, exclusio a nundinis, jus prælationis civibus præ *extraneis* in concursu concessum, successionis, &c. Struv. *citat. loc. aph.* 22. & *seqq.* Hahn. *ad Wesenb. h. circa fin.* Hinc patet, utile esse inquirere in mores, & constitutiones diversarum provinciarum.

TEXT. NOTAB.

L. 1. §. ult. L. 2.

Tit. III.

Si quis jus dicenti non obtemperaverit.

1. UT Prætor *dignitati*, & *auctoritati* jus dicentis prospiceret, proposuit *actionem pretoriam popularem pœnalem magistratui, vel cuilibet alii competentem contra eum, qui extremum jurisdictionis non fecit, ad pœnam inferendam.*

2. Hinc sequitur, (1) hanc actionem post annum non competere: (2) non dari contra heredes: *L. un. in fin. h.* (3) non dari heredibus, cum vindictam spiret: (4) pœnam non fisco, sed actori applicari. Hodie plerumque decernuntur mandata pœnalia, vel in sententiis pœna exprimitur. Dn. Stryk. *ad Lauterbach. h. in fin.*

Tit.

De in jus vocando.

1. IN jus vocare est *juris experiundi cauſa vocare*, *L.* 1. *h.* Fiebat olim hæc vocatio *privata authoritate*, & quodammodo *violenta* erat. Horat. *Lib.* 1. *Satyr.* 9. *in f.* Briſſonius *de Form. Lib.* 5. *ab init. p.* 366. Hinc perſonæ, quibus reverentia debebatur, abſque impetrata *venia* non poterant vocari in jus, *L.* 4. *& seqq. L.* 13. *ff. & L.* 3. *C. h.* ſicut nec majores magiſtratus. *L.* 2. *h.* Quin *loci*, & *temporis* ratio habenda erat. *L.* 18. *&* 29. *h.* Stryk. *in V. M.* §. 9. *L.* 2. §. 4. *h.* Quando hic mos vocandi deſierit, diſquirit Huber. *h.* §. 1.

2. Qui perſonas tales abſque *veniæ impetratione* vocabat, in eum dabatur actio in factum prætoria pœnalis ad pœnam 50. aureorum. *L.* 12 *penult. h.* Supponebatur autem, (1) actorem in jus vocationem ad effectum deduxiſſe, (2) Patronum vocatum veniſſe, (3) & quidem invitum, *L.* 11. *h.* (4) proprio nomine ab actore vocatum eſſe. *L.* 16 *h.*

3. Hoc edictum alienum eſt a foro noſtro, ceſſante illa violenta in jus vocatione. Vid. Schilter. *Exerc.* 7. §. 7 Struv *Exerc.* 5. *th.* 9 Zanger *de Except. P.* 2. *C.* 8. *n.* 30. Hoc tamen requiritur: (1) ut in ſupplicatione pro decernenda citatione exprimatur *vinculum inter actorem*, *& reum*, quo judex poſſit ſtatuere, an citatio ſit decernenda; an vero litigantes ſtatim a limine judicii repellendi.

Causa enim cognita demum actio permittenda. *L.* 6. *L.* 10. §. 12. *h. t.* (2) Ut modeste, & reverenter procedatur. Stryk *in V. M. h.* §. 2.

4. Ab hac differebat olim *citatio*, quæ vel fiebat coram prætore *voce præconis*, *L.* 7 *de in integrum restitut.* vel legitimis interdictis, aut *detestatione*, *L.* 68 *& seqq. de judic. L.* 40. *de V. S. L.* 4. §. 6. *de damn inf. L.* 25 *ad L. Cornel. de falsis*. Illa etiam poterant adhiberi, si reus latitabat, præcavens, ne adversario obvius in jus vocaretur. Rævardus *Protribun. C.* 3.

5. Hodie citatio est *actus judicialis, quo authoritate magistratus reus ad petitionem adversarii in judicium ad certam diem vocatur litis, vel alterius negotii peragendi gratia*. Schilt. *Ex.* 7. §. 9.

6. Necesse vero est, (I) ut *in omni processu adhibeatur*, etiam in summario; *Clem. sæpe, de V. S.* (quamvis in modo diversitas esse possit. Faber in *C. L.* 4. *T.* 3. *Def.* 7. *n.* 2. Mev. *P.* 2. *D.* 237. *n.* 2.) imo & in notoriis, Hahn. *ad Wesenb. h. n.* 13. *verbo*; *Etiam notoriis*, & ubi jam reus præsens est. Struv. *Exerc.* 5. *th.* 10. Dn. Engelbr. *ad ff. h.* §. 18

7. Ut (II) *decernatur a judice competente*. Ab *incompetente* facta non arctat, si incompetentia est *notoria*, quod & in secunda instantia attendendum In dubio citatus comparere & incompetentiam judicis allegare debet, super qua postmodum ipse judex citans cognoscit. Gail. *Lib* 1. *observ.* 48. *n.* 8. *seqq.* Dn. Stryk. *Introd. ad prax. for. Cap* 4. §. 11. Quod si delegatus judex citat: requiritur ulterius, *ut copiam factæ delegationis transmittat.* Gail. *cit.*

cit. loc. n. 17. Huber. *h.* §. 16. Formulam suppeditat Dn. Stryk. *in Colleg. pract. Cap.* 2. *ad* §. 15.

8. Curandum quoque (III), *ut citatio legitime concipiatur*, videlicet (1) exprimatur *nomen judicis citantis*, *L. f. C. de exhib. reis.* Gail. *cit. loc. n.* 6. & sufficit nomen *officii* judicis Dn. Stryk *Introd. ad prax. for. cap.* 4. §. 15. In judice delegato *nomen proprium* exprimendum: Martini *in Process. Saxon. T.* 4. §. 1. *n.* 33. (2) *Nomen citandi*, Gail. 1. *Observ.* 49. quia contra non nominatum in citatione nihil decerni potest in processu. Brunn. *in Process. c.* 3. *n.* 6. Mev. *part.* 1. *dec.* 256. *n.* 1. (3) Exprimendum *nomen, & cognomen ejus, qui citationem impetravit*, ut cognosci queat, an ad instantiam partis citatio fuerit decreta. Gail. *I. O.* 50. Hahn. *ad Wesenb. h. n.* 13. *verb. in caus. privat.* (4) Exprimatur *causa citationis*. Gail. *L.* 1. *O.* 51. Citatus enim præparatus venire debet. Unde solet libellus citationi adjungi. Vid. *R. I. de anno* 1654. §. 34. Carpz. *P.* 1. *C.* 2. *d.* 27. *n.* 2. Brunn. *ad L.* 2. §. 3. *ff. de judic. n.* 14. (5) Locus fori, nisi notorius sit, addendus, & quidem *honestus*, & *tutus*. Carpz. *in Process. T.* 7. *art.* 2. *n.* 3. 8. Gail. *I. O.* 52. (6) *Dies, & terminus comparendi* exprimendus secundum fori cujusvis consuetudinem. Unde terminus debet esse (*a*) *dies juridicus*, alias obstat exceptio feriarum: Gail. *cit. loc. n.* 1. *seqq.* (*b*) *congruus*, ne obstet exceptio *termini nimis angusti*. Hora non præcise exprimenda. Dn. Stryk *cit. L.* 14. Gail. 1. *observ.* 53. *n.* 7. Addatur *quid ibi faciendum sit*. Dn. Stryk. *Introd. ad*

prax.

prax. c. 4. § 13. *in fin.* (8) Tandem *datum* inſeratur. Nam in feriis divinis concepta citatio non ſubſiſtit Carpz. *L.* 2. *Juriſprud. conſiſt. def.* 250.

9. Curandum (IV) *ut ſpecies conveniens eligatur.* Eſt enim citatio vel *realis*, vel *verbalis*. *Illa* fit per apprehenſionem perſonæ, & habet locum (1) in gravioribus delictis, concurrentibus legitimis indiciis: (2) in civilibus, ubi periculum fugæ, vel ſingularis contumacia adeſt. *L.* 19. §. 16. *quæ in fraud. credit.* Berlich *Part.* 1. *Concl.* 49. *n.* 45. *ſeqq.* Huc quodammodo pertinent *die Steck-Brieffe.* Dn. Engelbt. *c. l.* §. 19.

10. *Verbalis* fit vel *viva voce*, maxime in cauſis ſummariis: vel *interveniente ſcriptura*, quomodo nobiles & Doctores, etiam in ſummariis, citandi. Brunnem. *in Proc. civil.* C. 3. *n.* 6. Hæc iterum eſt vel *publica*, vel *privata*.

11. *Publica* expeditur per *edictum*, ſi alio modo quis citari non poſſit. Et debet is, qui petit hanc citationem, exprimere tria loca domicilio citandi vicina, ubi edictum citatorium affigendum. Gail. *I. O.* 57. *n.* 10. Dn. Stryk. *cit. l.* § 3. *in fin.*

12. Privata eſt vel *generalis*, vel *ſpecialis*. Illa fit ad *totam cauſam*, & in Camera aliisque dicaſteriis ſupremis ſufficit. Hæc in omnibus actibus, ubi alterius ſimul intereſſe verſatur, requiritur. Dn. Stryck. *cit. loc.* §. 4.

13. Ulterius dividitur in *mediatam*, & *immediatam*. Hæc eſt, quæ fit abſque ullo alterius judicis auxilio, & ubi citandus in citan-

tantis judicis est territorio, licet immediate ejus jurisdictioni non subsit. Unde Princeps in causis appellationum citat subditos mediatos, irrequisito etiam judice inferiori. Franzk *L.* 1. *Res.* 18. Berlich. *P.* 1. *dec.* 59 *n.* 2. Mev *ad Jus Lubec. P.* 3. *T.* 1. *art.* 7 *n.* 9. Illa est, quæ fit, mediante alterius subsidio, in cujus territorio citandus degit. (Vid. *L.* 1. §. 2. *de req. vel abſen. L. ſolent*, 7. *ff. de cuſt & exhib. reor.*) per literas requisitoriales. Martini *in Proc. Saxon. T.* 4. *in rubr. n.* 54 *ſeqq.*

14. Utraque est vel *dilatoria*, seu *simplex*, quæ non præcisam comparitionis necessitatem habet: & *peremtoria*, quæ præcisam comparendi necessitatem sub præjudicio requirit. Talis est, quæ tres simplices in se continet, vel quando tres simplices jam factæ sunt Mev. 1. *Dec.* 258. Struv. *Ex.* 5. §. 12. Citatus *ſimpliciter*, & non comparens tenetur ad expensas termini, denuo tamen citandus. Qui peremtorie citatus haud comparuerit, contra eum statim proceditur in causa. Stryk. *V. M h.* §. 6.

15. Denique alia citatio est vel *arctatoria*, quæ necessitatem comparendi habet: vel *monitoria*, qua monetur tantum citandus, actum quendam in judicio geri, in quo interesse ejus versatur. Et hic liberum ei est, velitne comparere nec ne. Stryk. *Introd. ad praxin. C.* 4. §. 5.

16. Tandem (V) curandum, *ut lgitime fiat citationis insinuatio*. Ordinarie hæc fieri debet (*a*) *reo*, actori tamen transmittitur me-

D 5 mo-

moriale *ein Denckzettel*, vel exemplum citationis. Vid. Nicolai *in Proc. C.* 3 *n* 74. (*b*) Insinuetur *omnibus*, *quorum interest*. Carpz. P. 2. *des.* 25. *n.* 2. & *seqq* Mev. *p.* 4. *dec.* 337. Sufficit vero, si procuratori communi insinuetur, ad quam constitutionem judex compellere potest plures litis consortes. Mev. 4. *dec.* 63. (*c*) Fiat *legitimo tempore*. Die feriata licite fieri potest, Gail. *I. O.* 53. *n.* 7. quia in *nudo facto* consistit. Aliud in judiciali citatione per *præconem* facienda, quo refero *L.* 2. & *fin. C. de fer.* (*d*) *intra territorium citantis*. In alieno territorio facta insinuatio est quædam violatio jurisdictionis. Mev. 7. *dec.* 390. ubi varia remedia tuendi jurisdictionem *dec. seqq.* suggerit Conf. Gail. *I. O.* 56. Dn. Coccei. *de Fundata in territ. potest Tit.* 4. §. 10. (*e*) Quantum fieri potest, *ipsi citando* insinuatio facienda *in faciem*: alias sufficit ad domum. Vid. *L.* 4. § *toties*, *de damn. infect.* Mev. *ad Jus Lubec. cit loc. n.* 11. & *seqq.* & *P.* 7. *D.* 275. (*f*) Fiat *per nuncium juratum*, cui fides habenda. *L.* 5. *C. de exact. trib.* Gail. *I. O.* 54. *n.* 4. modo de *actu suo* deponat, & relatio ejus actis inseratur. Idem *n.* 5. & 7. Carpz. *in Process. Tit.* 7. *art.* 1. *n.* 69.

17. Alias citatio est illegitima. Convalidatur tamen per comparitionem spontaneam. Gail. 1. *obs.* 58. Si præterea grave ex citatione imminet incommodum: appellatio *extrajudicialis* de jure canonico locum habet. Mev. 3. *D.* 153. & 4. *D* 89. Dn. Lynck. *de Gravam. extrajud. c.* 3. *p.* 2. *sect.* 1. *m.* 1. §. 8. *p.* 96. *seqq.*

18. Citatio inducit (1) præventionem & litis pendentiam, *Clem. ult.*, *ut lite pend.* nisi fuerit circumducta. *L.* 73 §. 1. *ff. de judic.* (2) Facit *jure veteri* rem litigiosam in actionibus realibus. Vid. Dn. Thomas. *ad Huber. tit. de litig.* (3) Interrumpit præscriptionem: *L.* 2. *C. de annal. except*, Hahn *ad W. h. in f.* (4) perpetuat jurisdictionem: *L.* 19 *pr. de jurid.* Huber. *h. l.* §. 19. (5) constituit debitorem in mora. Fab. *in C. l.* 4. *t.* 24. *Def.* 35.

TEXT. NOTAB.

L. a L. quia semper, 5. L. parentes, 6. L. generaliter, 13. L. plerique, 18.

Tit. V.

Si quis in jus vocatus non iverit, sive quis eum vocaverit, quem ex edicto non debuerit.

1 LOquitur hoc edictum de *privata in jus vocatione*, & quidem ad *magistratum majorem*, qui jus mulctæ dicendæ habebat. Pro arbitrio autem mulctatur qui vocatus ire recusat, *L.* 2. *pr.* §. 1. *h.* nisi notorie incompetens sit judex: *L. f. ff. de jurisd.* Vid. *tit. antec.* §. 7. vel vocatus sit qui vocati non debuit.

2. Simile quod ultimam limitationem, hodie occurrit in Statibus Imperii, contra quos non statim ad preces subditorum decernenda citatio, sed prius literæ informa-

toriæ a Domino territorii exigendæ: alioquin citatio est nulla. *R. I. de Anno* 1654. §. *Benebenst* 105. *Capit. Leopold. art.* 3. *in f.*

Tit. VI.

In jus vocati ut eant, aut satis, vel cautum dent.

1. A Necessitate comparendi ulterius vocatus liberabatur per idoneam cautionem *de judicio sisti*, ubi tunc de die inter se conveniebant. Ordinarie autem fidejussores debent esse idonei, h. e. *locupletes*, & *facilis conventionis*. *L.* 1. 2. *pr.* 5. §. 1. *L.* 7. *qui satisd. cog.* Pro necessarius tamen qualiscunque fidejussor sub pœna 50. aureorum erat admittendus. *L.* 2. *h.* Quod tantum intelligendum de non locuplete. *L.* 2. §. 4. *cit. t.*

Tit. VII.

Ne quis eum, qui in jus vocabitur, vi eximat.

1. PRoponitur hoc edicto actio pœnalis prætoria ex delicto *exemtionis* orta, quæ datur illi, qui vocavit in jus, contra eum, qui in jus vocatum vi eximit, ad pœnam solvendam secundum æstimationem rei, de qua est controversia. *L.* 5. §. 1. *L. fin. h.*

2. Fluit exinde, (1) non habere locum hanc actionem in citatis ad judicem pedaneum: *L.* 3. §. 1. (2) si quis *vi justa* exemptus est: *L.* 3.

L. 3. *pr. L.* 4. §. 2. *h.* (3) non facile dari heredibus, cum similis sit actioni injuriarum, nisi eorum intersit: *L.* 5. §. *fin. L.* 4. *h.* (4) non dari contra hæredes: *L.* 5. § *ult.* (5) contra singulos eximentes in solidum *L.* 5. §. 3. *h.* (6) eam præscribi anno. *L.* 5. §. *fin. h.* Hujus vero actionis hodie nullus est usus.

TEXT. NOTAB.

L. 1. §. f. L. si per alium, 5. L. 1. 2 L. 6.

Tit. VIII. (C. II. 57.)

Qui satisdare cogantur vel jurato promittant, vel suæ promissioni committantur.

1. Forma *satisdationis*, prout hic traditur, fere exolevit. Stryk. *in V. M. h. t.* § 1. Frequentantur quidem in nostris judiciis, quemadmodum in aliis rebuspubl., cautiones: sed *sub illa forma* ex jure Romano non fluunt. Schilter. *Exerc.* 7. §. 18. In genere cautiones spectant ad *regulas consilii*, & *prudentiæ*, ex quibus principiis Romani quoque *modos cavendi* desumserunt. Unde super admittenda cautione judex cautus esse jubetur. Quod declarat Mev. 6 D 124.

2. CAUTIO in genere est *assecuratio, per quam adversarium ob suspicionem reddimus tutum. L.* 1. *h.* Qualis vero assecuratio sufficiat, ex natura negotii, & ratione suspicionis desumendum. Sic ad cautionem, *judicio sisti*

sisti, talis sufficiebat, per quam metus fugæ cessabat, de qua *h. t. agitur*.

3. Ordinarie quatuor modis constituitur. (I) *Fidejussoribus* idoneis, *L.* 1. *h. L.* 2. 7. 8. 10. *h. L.* 1. *si quis in jus vocat.* qui sunt sub eo foro. *L.* 7. *pr h.* Alias *satisdatio* dicitur, & necessaria est, ubi pro *re incerta* cavendum, *L.* 7. *de stipul. prætor.* in cujus defectu res mobilis deponitur. *L.* 7. *in f. h. t.* (II) *pignoribus*, quæ admittuntur in *quantitate finita*, *& certa*: imo etiam, volente parte, in judiciis, quamvis lex fidejussores exigat. *L.* 61. *de V. S.* Si semel promissa cautio fidejussoria: præcise præstanda. Mev. *P.* 6. *dec.* 57. *& P.* 5. *D.* 346. In praxi tamen obtinuit, ut cautio judicialis ad certam summam pignoribus admittatur, Mev. 2. *D.* 256. *n.* 5. Hahn. *ad W. h. n.* 4. quæ quantitas arbitrio judicis pro *causæ*, *& personarum conditione* definitur. Mev. 3. *D.* 253. Quod si de pignoratitiæ idoneitate dubitatur: cautio juratoria ei jungi potest Id. 2. *D.* 257.

4. *Juratoria* quoque (III) aliquando admittitur, si (*a*) *aliter caveri non potest*: Carpz. *P.* 3. *C.* 15. *def.* 53. Mev. 9. *dec.* 42. Unde quoque jurare debet, se nec pignora, nec fidejussores habere posse. *Nov.* 112. *c.* 2 *Auth. generaliter C. de Episc. & Cler.* Hahn *ad W. h. n.* 10. Finckelthaus O. 10. *n.* 34. (*b*) *Si agitur civiliter*: Gail. *de Arrest. Imp. c.* 3. *n.* 7. (*c*) si is, a quo cautio exigitur, est *bonæ frugis*, *nec suspectus de perjurio*, Zanger de *Except. p.* 2. *c.* 21. *n.* 48. Struv. *Exerc.* 5. §. 24. Mev. *ad Jus Lubecens. L.* 1. *T.* 5. *art.* 10. *n.* 52.

Google

52. qui tamen quodammodo ab hac sententia recedit *Part.* 9. *D.* 94.

5. Denique cautio *de judicio sisti* (IV) *nuda promissione* fit ab his, qui bona immobilia possident, *L.* 15. *ff. h.* modo (*a*) *tempore hujus cautionis præstandæ* bona possideant. *L. cit.* § *fin.* Schilter. *Exerc.* 7. §. 20. *& seqq.* Specialis oppignoratio præterea non desideratur, §. 2. *I. de satisdat.* quamvis id asserat Mev. *ad Jus Lubec. P.* 3. *t.* 5 *art.* 5. *n.* 21. cum tamen bona quandocunque alienari possint. *L.* 15. §. *fin h.* vid. Stryk *in V. M. h.* §. *ult.* Hahn. *ad W. h. n.* 11.

6. Requiritur (*b*) ut *bona illa sub eodem judice sint sita*, *L.* 15. §. 1. *h.* Quod si coram Principe agitur: sufficit, bona sub illo Principe sita esse. Stryk. *in V. M.* § 9. Martin. *in Proc. Sax. Tit.* 13. §. 1. *n* 92. (*c*) *Immobilia requiruntur*, quibus etiam annumerantur annui redditus: Mev. *ad Jus Lubec. cit. L. n.* 9. *seqq.* Nec mobilia sufficiunt, nisi sint pretiosa, ut non facile de loco in locum transferri possint. Carpz. *P.* 1. *C.* 5. *D.* 19. Mev. *ad Jus Lub. cit. l. n.* 25.

7. Imo (*d*) possessio actualis, & talis requiritur, *in quam in casu contumaciæ possit decerni immissio*. Unde (1) solus ususfructus non sufficit, *L.* 15. § 1. *h.* Stryk. *V. M. h.* § 10. nec (2) sola spes consequendi bona immobilia: Brunnem. *ad L.* 1. §. 21. *ff. de Collat. n.* 32. (v. c. simultanea investitura. Carpz. *P.* 1. *C.* 5. *D.* 12. Struv. *Ex.* 2. *th.* 25. Martin. *cit. l. n.* 21. *seqq.*) nec (3) actio personalis ad rem immobilem. *L.* 15. §. 4. *h.* E contrario sufficit

uti-

utile, vel directum dominium. *L.* 15 §. 1. *h.* etsi quis revocabile habet. *L.* 15. §. 3. *h.* Imo nec nocet, si possessori lis de illis bonis, vel ab *alio* fuerit mota: *L.* 15 § 6. *h.* vel *ab ipso adversario*, qui cautionem exigit, quanquam hanc controversiam hodie otiosam esse arbitretur Schilter. *Ex.* 7 *th.* 19.

8. Cavebat autem olim regulariter reus *de judicio sisti*, h. e. se die dicto liti adfuturum. *L.* 8. *pr. h.* Sed tempore Justiniani cavebat, *se ad terminum litis in ea permansurum*. § 2. *I. de satisd.* Actor vero reo cavebat, (1) se intra duos menses a tempore porrecti libelli litem contestaturum: *Auth. libellum C. de lit. contest* (2) se in lite permansurum usque ad ejus exitum: (3) si fuerit victus, se decimam litis expensarum nomine reo soluturum. Huber. *h* §. 3.

9 Hodie *cautiones* adhuc exiguntur in omnibus judiciis, etiam summariis, & executivis. Hahn. *ad W h. n.* 4. Generaliter circa eas hæc sunt observanda. (1) Ut *ante L. C. petantur*, & quidem in primo termino: Brunn. *ad Rubr h. n.* 1. Mev. 1. *D.* 137. (2) ut super receptione *altera pars audiatur*: Id 3. *D. III.* (3) ut *causæ cognitio accedat*, & inquiratur (*a*) *an sit necessaria*. (Non enim onerandus est actor cautione supervacua. Mev. 2. *D.* 26. Martin. *in Proc. Sax. tit.* 13. §. 1. *n.* 46. *seqq.*) (*b*) ut judex cognoscat de quantitate: Id. 5 *D.* 153. (*c*) an nova sit injungenda, si prior desiit: Id. 5. *D.* 8. (*d*) an fidejussores sint idonei. *L.* 5. §. 1. *h.* Mev. 2. *D.* 257. Peck. de *Jure sistend. c.* 45. *n.* 14.

10.

10. Quoadmodum cavendi, certum eſt, hodie reum non aliter cautionem præſtare, quam ſi (1) de fuga eſt ſuſpectus, Carpz. *in Proc. tit.* 9 *art.* 5 *n.* 15. vel (2) bonis ſuis abuti incipit (tunc enim poteſt, actore potente, judex reo injungere cautionem *judicatum ſolvi*, etiam in ſecunda inſtantia. Mev 1. D. 177. & 3. *D.* 75. Stryk *V. M h.* §. 3.) vel (3) ſi cautionem promiſit: Mev. 3. D. 75. vel denique (4) ſi prorogavit jurisdictionem.

11. Actor (I) cavere debet *de lite proſequenda in caſu contumaciæ:* Martin *cit. l.* §. 1. *n.* 5. Dn. Stryk. *cit. l.* §. 6. (2) pro reconventione, inprimis in Saxonia, aliquando etiam jure communi. Vid. *Tit. de jurisdict.* §. 17. & denique (3) de expenſis. Coppen. 2. *Obs.* 101. *n.* 7. Martin. *cit. l. n.* 23. ſi immobilia ſub eo foro, quo agit, non poſſidet.

TEXT. NOTAB.

L. 1 L. ſi fidejuſſor, 2 L. ſi vero, 5. §. 1. L. quoties, 6 L. ſi fidejuſſor, 7. §. 1. & 2. L. 8. §. 2 in f. L. 10. L. ſciendum eſt, 15.

Tit. IX.

Si ex noxali cauſa agatur.

IN *actione noxali* præter cautionem *de judicio ſiſti* cavere debebat dominus, (1) ſe ſervum velle ſiſtere *in eadem cauſa*. Huber. *h.* (2) *donec judicium accipiatur*. Lite enim con-

contestata, res facta erat litigiosa. Hahn. *ad W. h.*

Tit. X.

De eo per quem factum est, quo minus quis in judicio sistat.

PRoponitur *h. t. actio in factum rei persecutoria competens ei, cujus interest, vocatum impeditum non fuisse, adversus eum, qui dolo malo impedivit, ne actor, vel reus judicio se sisteret, ad interesse.* Facile distinguitur ab actione pœnali contra eum, qui *vi* exemit. Adversus heredem hæc non datur: bene tamen *in factum* ex æquitate naturali, si locupletior est. *L.* 1. §. *ult. h.* Huber. *h.* §. 4. Si utriusque & actoris, & rei dolus concurrit, compensatur dolus utrinque. *L.* 3. §. 2. *h.* Hodie non adeo ingens damnum ex tali *impedimento* oriri potest, uti quidem olim, *L.* 3. §. 1. *h. t.* Dn, Stryk. *V. M. h* §. 2. adeoque hæc actio vix usum obtinebat.

TEXT. NOTAB.

L. 3. §. 3. h.

Tit.

Si quis cautionibus in judicio ſiſtendi cauſa factis non obtemperaverit.

1. Eo ſe non ſiſtente, qui tamen vadibus ſeu fidejuſſoribus caverat, *vadimonium deſerebatur*, & actori eo nomine contra vades dabatur actio. *Eremodicium* autem *deſertum* dicebatur, ſi vel actor non occurrebat vadimonio, vel reus liti poſt L. C. ſe ſubducebat. Vid. *L.* 11. *&* 13. *ff. judic. ſolv.* Dn. Lynck. *in Protribun. p.* 37. Huber *h.* §. 4. Et quidem, eremodicio deſerto, lis deſerebatur: non vero vadimonio.

2. Non tantum vero fidejuſſores, vadimonio deſerto, tenentur: ſed etiam ipſe, qui contumax fuit, *L.* 2. §. *ult. qui ſatisd. cog. L. ult. ſi quis in jus voc.* vel ad id, quod vere intereſt, vel ad quantitatem promiſſam petendam. Vid. *L. ult. de prætor. ſtipul.* Prius æſtimatur ex veritate ejus, quod petitur, *L.* 2. *in f. qui ſatisd. cog.* quod a reo obtineri potuiſſet, ſi liti adfuiſſet, id, quod, ubi contra fidejuſſores agitur, probandum eſt.

3. Ut vero contumacia ſuos effectus habeat, requiritur (I), *ut legitima antecesſerit citatio*. Carpz. *P.* 1. *C* 9. *d.* 17. Sane ante tertiam citationem contra contumacem in cauſa procedi nequit. Mev. *ad Jus Lubecens. p.* 5. *t.* 4. *art.* 1. *n.* 3 Sic nec qui citatus eſt ad domum, cujus alia ratione potuit haberi copia, contumax dicendus. Idem. *P.* 7. *dec.* 257.

4.

4 *Terminus* (II) *præfixus ſit præterlapſus neceſſe eſt. L.* 1. *h.* Et quidem ſi *certus dies* comparitioni præfixus eſt: illo ipſo die comparendum. Si dilatio *eine Friſt*, præſcripta; dies inſinuationis non computatur in termino; bene tamen ultimus dies termini. Struv. *Ex.* 5. *th.* 31. Et ſufficit, ſi horis matutinis citatus poſt meridiem compareat, quouſque ſcil. eo die jus dicitur. Dn. Stryk *Introd. ad prax for C.* 4. §. 14. Aliud ergo eſt, ſi horis pomeridianis ceſſat ſeſſio judicialis.

5. *Accuſanda* (III) *in termino*, *vel elapſa dilatione*, *contumacia* abſentis, Gail. *I.* O. 55. *n.* 7. Mev. 8. *Dec.* 428. ubi accuſans docere debet, ad *ſcientiam contumacis* citationem judicis veniſſe. Carpz. *cit. L. def.* 16. In criminalibus judex, contra contumacem procedit ex officio. Mev. *P.* 8. *dec.* 257. Exprimendum quoque in accuſatione contumaciæ, quo remedio contra contumacem ſibi conſulere velit. Mev. *P.* 3. *dec.* 290.

6. *Judex* (IV) *ſententiam interlocutoriam adverſus contumacem ferre debet*: *ante eam purgari contumacia poteſt*. Mev *cit. Dec.* 428. *n.* 3. Richter *Vol.* 2. *conſ.* 209. *n.* 2. Quod de *termino a judice præfixo* intelligendum; non de *termino legis*. Mev. *Part.* 8. *dec* 170. *n.* 3. Zaunſchliffer de *Off. judic. ſuppletor. p.* 2. *concl.* 17. §. 3.

7. Tandem (V) neceſſe eſt, ut abſens *nulla legitima impedimenta pro ſe allegare poſſit*, quæ liberant a pœna contumaciæ. Dicuntur alias *Ehehafften*. Vid. Stryk. *h. V. M.* §. 6. quorum plura recenſentur in *L.* 1. *h.* &c.

Digitized by Google

h. &c. Martini *in Process. Sax. t.* 10. §. 4. *n.* 52. Dn. Engelbr. *ad ff. h.* §. 33. Ceterum tota doctrina de *legitimis impedimentis* arbitrio prudentis Judicis committenda, qui ad has respiciet qualitates, (1) ne sint affectata, (2) de facili removenda, (Vid. Mev. *Part.* 8. *D.* 438.) (3) vel alias injusta: Idem *ad Jus Lubecens. cit. loc. n.* 26. (4) ne in specie impedimentis illis sit renunciatum. *L.* 4. §. 4. *h. t.*

8. Probandum impedimentum summarie Carpz. *P.* 1. *C.* 9. *d.* 10. In dubio præstat adhuc audire contumacem, quam inauditum condemnare. Mev. *Part.* 8. *dec.* 289. Unde condemnatio *bis auf die Ehehaffte conditionem* in se continet, nisi docuerit legitima impedimenta. Mev. *ad Jus Lub. c. l. num.* 21

9. Actore contumace ante L. C. petere reus potest, ut *ab instantia* absolvatur, refusis expensis, nec ante refusionem reus ad ulteriorem obligatur responsionem *L. Sancimus.* 15. *C. de jud.* Dn. Stryk. *in Introd. ad prax. for. C.* 6. §. 3. Quin & insuper cautionem de lite prosequenda præstare debet, Berl. *P.* 1. *concl.* 17. *n.* 19. Et sic citatio dicitur *circumducta*, omnesque effectus perdit. Mev. *ad Jus Lub. cit. loc. n.* 9. Potest etiam, porrecto jam libello, procedere secundum *Nov.* 112. *C.* 3. *X. de dol & contum.* & petere, ut definitiva feratur sententia: Alibi *amissio causæ* imminet.

10. Lite jam contestata, reus præter modum jam designatum petere potest, ut

in

in *causa principali* procedatur, maxime si reo principaliter probatio incumbit. Quod si intentionem suam probavit: eo casu judex super ipsa causa pronunciat, & reũm absolvit definitive: *Auth. qui semel C. quom. & quand. jud.* alias pro contumace pronunciat, *L. 73. pr. de judic.* semper tamen eo in expensas contumacia causatas condemnatur. Dn. Stryk. *cit. l.* §. 4. Mev. 5. *D.* 18 Vid. R. I. de *Anno* 1654. *n.* 44. Dn. Textor. *Disp.* 4. *th.* 23. *seq.*

11. Reus contumax varie coercetur (1) *mulctæ dictione L.* 2. § 1. *si quis in jus voc.* & *captis pignoribus*, si mandata pœnalia contra eum decreta: *L* 5 §. 10. *de agnosc. vel al. lib.* (2) *missione in possessionem* absentis, vel latitantis post trinam citationem: *L.* 19. *pr. ff. de in jus voc. L.* 3. *C. de proc. L.* 13. §. 3. *C. de judic. C. ult. X. de eo, qui mitt. in poss.* (3) *restitutione expensarum* post primam & secundam citationem: *L.* 15. *C. de judic.* (4) pœna *confessi, & convicti*, quæ potissimum in Saxonia decernitur contra illum, qui sub ea citatus est: (5) De jure communi actor petit, ut lis habeatur pro negative contestata, & sic admittatur ad probandam suam intentionem. Dn. Stryk. *ibid.* §. 5. Hoc facto, reus amittit omnes exceptiones tam dilatorias, quam peremtorias.

TEXT. NOTAB.

L. non exigimus, 2. §. 8. L. sed & si, 4. §. 4. L. 8. L. 10. §. 1. & 2. L. qui autem, 12. §. 1.

Tit.

De feriis, dilationibus, & diverſis temporibus.

1. TRes ſunt hujus Tituli partes. (I) Agitur de feriis, quæ *juridice* conſideratæ, ſunt *tempora, quibus ſilet forenſis ſtrepitus*, alias dictæ dies *nefaſti*. Huber. *h. t.* §. 1. Differt ab his *juſtitium*, ut oſtendi *diſs. de eo quod juſt. eſt, dur. juſtitio*.

2. Sunt vel *divinæ*, vel *humanæ*: utræque vel *ſolennes*, ſeu *ordinariæ*: vel *repentinæ*. *L.* 1. & 4. *C. h. Divinæ* ad Dei cultum: *humanæ* vero ob utilitatem publicam conceduntur. In eo conveniunt, (a) quod proſint *omnibus*, modo judicia eo tempore ubique ſint clauſa: Dn. Stryk. *in Comment. ad Laut. h. V. omnibus*. (b) quod conſtituantur a *ſumma Majeſtate*. *L.* 4. *C. h. t.* Ziegl *de Jur. maj. L.* 1. *C.* 17. §. 1. Stryk *V. M. h.* §. 1. *ſeqq.* Determinatio tamen feriarum jam conſtitutarum aliquando fit a magiſtratu ſubalterno: *L.* 4 *h.* alicubi vero a Principe per legem publicam. Sic tempus meſſium eſt a die D. Margarethæ ad diem S. Bartholomæi. Vid. Carpz. *T.* 10. *in Proceſs. art.* 1. *n.* 9.

3. Differunt in eo: (1) quod divinis privata autoritate renunciari nequeat: bene tamen humanis, etiam tacite; *L.* 1. §. 1. *L.* 6. *h. t.* (2) quod illæ computentur a veſpera ad veſperam, *C* 1. & 2. *X. h.* hæ vero, ſicuti alii dies, a media nocte ad mediam noctem, *L.* 8. *h. t.* Franzk. *h. t. n.* 21. (3) quod

quod in his quilibet actus peragi possint valide: in divinis actus *jurisdictionis contentiosæ* absque nullitate fieri nequeunt, *L.* 7. *& ult. C. h.* Dn. Stryk *c. l.* §. 10. nisi (*a*) necessitas, vel periculum in mora sit, *L.* 10. *C. h.* vel (*b*) causæ sint admodum favorabiles, ut *alimentorum*, *pupillorum*, & aliarum *miserabilium personarum*: Vmm. *ad Process. disp.* 7. *n.* 41. Gail. *I. O.* 53. *n.* 13. denique etiam *transactiones*. *Vid. cap. ult. X. h. L.* 2. *C. h.*

4. Voluntariæ jurisdictionis actus facilius admittuntur, qui *causæ cognitionem* non requirunt, nec adeo differri possunt. *L.* 8. *C. h.* Franzk. *h. n.* 26. *seqq. Extrajudiciales* causæ necessitatem non habentes expediri nequeunt. Sic prohibentur comœdiæ, spectacula, *L. fin. C. h.* mercimonia, *C.* 1. *h.* cura agricolturæ certo modo tamen permissa *in L.* 3. *C. h. t.* Vid. *Nov. Leon.* 54. *& C.* 3. *X. h.* Quæ ad publicam curam spectant, facilius admittuntur, ut cura annonæ publicæ, & disciplinæ militaris. *L.* 3. *&* 9. *C. h.*

5. In feriis humanis, *invitis partibus*, procedi nequit. *L.* 1. *&* 6. *h.* Causæ tamen publicæ, fiscales, aliæque magni momenti, & quæ moram non patiuntur, fieri possunt, *L.* 1. *&* 3. *ff. L.* 5. *C. h.* ut causæ ædificiorum. Mev. 6. *Dec.* 261

6. Deinde (II) agitur de *dilatione*, quæ est in genere *spatium quoddam actibus judicialibus peragendis destinatum*: quatenus vero a *prorogatione* distinguitur, tunc prædicatur de assignato primo spatio, sive certus dies

com-

comparitioni præfixus, sive generatim spatium actui peragendo destinatum sit: *prorogatio* autem de assignati termini, & nondum elapsi ulteriore extensione: Hahn. *ad W. h. n.* 9. Gail. 1. *Obs.* 91. *n.* 21. Unde, lapso termino, non prorogatio, sed nova dilatio est. Interim impedimentum perdurans ipso jure prorogat dilationem. Mev. 8. *Dec.* 203.

7. Dividitur in *legalem*, quæ a lege, & *conventionalem*, quæ conventione partium, & *judicialem*, quæ a judice determinatur. Hanc judex prorogare potest: Berlich. 1. *Dec.* 118. non arctare. Klock 3. *Cons.* 172. *n.* 13. Circa *legalem* terminum distinguendum est, an sit *partibus* præscriptus, an *judici*. Hoc casu ad arbitrium judicis pertinet, qualis est *executionis*, *L.* 2. *de re judic.* quem ampliare, imo etiam ex juxta causa coarctare licet. Struv. *Ex.* 5. *th.* 37. Illo vero interest, utrum *præcise*, & *sub pœna juris amittendi* sit præscriptus, ut fatale decendii, & hic mutari prorsus nequit: *Auth. hodie*, *C. de appell.* an vero solum *ordinarie* seu *regulariter*, & hujus prorogatio admittitur. *L.* 1. *C. h.* Struv. *ibid.* Denique *conventionalis* mutatio a conventione partium dependet.

8. Dilationum *judicialium* varias species recenset Brunn. *in Proc. C.* 6. *n.* 2. *Citatoria* ordinarie hodie absorbet *deliberatoriam*, cum, libellus ipsi citationi inseratur. *R. I. de anno* 1654. §. 34. *in f.* Ab hac differt *probatoria*, quæ conceditur illi, cui probatio injuncta, & regulariter est *peremtoria*. Franzk. *h. n.* 36.

9. In dilationibus concedendis obſervandum, (1) *ne nimis multiplicentur:* alias lites protrahuntur. Jure civ. in *civilibus* regulariter una conceditur; *L. f. h.* in *criminalibus* tres reo, binæ vero accuſatori. *cit. L.* Sed hodie inverſam eſſe faciem, merito dolet Stryk. *in V. M. K.* §. 16. cum in *civilibus* hodie conceſſio hæc arbitrio judicum committatur, Franzk. *h. n.* 40. (2) ut concedantur *ex cauſa juſta*. Hæc ſi notoria eſt, aliquando *ex officio* indulgetur Mev. 2. *D.* 369. alias probanda. Dn. Stryk. *Introd. in prax. for. C.* 8. §. 7. Mev. 9. *D.* 24 Si tertia vice petitur, juramentum calumniæ a petente exigitur, *Nov.* 90. *C.* 4. *C. pen. X de teſtib.* Mev. 5. *D.* 315 Myns. 1. *O.* 72. niſi de impedimento ſatis conſtet: Gail. 1, *Obs.* 91. *n.* 6. Brunn. *ad L.* 7 *h. n* 7. (3) adhibeatur *cauſæ cognitio*, *L.* 4 & 6. *C. h. C.* 5. *X. ut lite non conteſt.* & quidem levior quoad primam dilationem; quoad ſecundam, & ulteriorem major. *R. I. de A.* 1654. §. 50. Brunn. *ad L.* 7 *h. n.* 4. *ſeqq.* conf. Vmm. *in proc. dis.* 7. *th.* 5. *n.* 17.

10. Effectus dilationis ſunt, (1) quod utrique parti fiat communis: *L. petendæ*, 6. *C. de temp. reſtit.* (2) a contumacia excuſet; *L.* 2. §. *pen. de judic.* (3) pendente ea, nihil ſit innovandum: *L.* 3. *C. h.* (4) perimat actum, qui in aſſignato termino fieri debuit, nec tamen factus eſt, modo terminus ſit *præjudicialis*. Declaratoria tamen ſententia judicis requiritur. Hahn. *ad W. h. n.* 14. Dn. Pagenſtech. *Sicil.* 4. *p.* 31. Martin. *in Proc. Sax. tit.* 20. §. 5. *n.* 58. *ſeqq.*

11. Tertia pars agit *de diverſis temporibus*, quo pertinet, *L. more majorum*, 8. *ff. h.* ubi de computatione dierum agitur. Conf. Gothofr. in Rot. *ad cit. L.* In hac vero multum ſitum eſſe oſtendit Stryk. *V. M. h.* §. 15. cetera expendit Dn. Lynk. *in Comment. h.* §. *ult.*

TEXT. NOTAB.

L. ne quis, 1. L. 2. L. 3. L. 4. L. 6. L. more majorum, 8. L. Divus Trajanus, 9.
Ex Cod. L. quoniam, 1. L. ſive pars, 3 L. 4. *de Dilat.* L. omnes judices, 3. L. a nullo, 4. L. actus, 8 L. provinciarum, 10. L. Dies feſtos, 11. *de feriis.*

Tit. XIII. (C. II. 1.)

De edendo.

QUis in jus vocabat, reo non ſtatim, ſed tunc demum, ubi in jus ventum eſſet, tenebatur edere actionem. Franzk. *h.* §. 2. Schilter *Ex* 7. §. 32. *Vid. L.* 1. §. 1. *h.*

2. Eſt vero EDERE, *demonſtrare, & deſignare genus futuræ litis, ut reus ſecum deliberare poſſit, utrum cedere, an contendere velit. L.* 6. §. 7. *ff. L* 3. *C. h.* Modi edendi olim varii erant. *L.* 1. §. 1. *h.* Hahn. *ad W. h. n.* 1. Erat vero hæc rudis; accuratior poſt impetrationem formulæ ſequebatur. Revard. *Protrib. C.* 4 Interim *nomen actionis*, quod *doctrinæ gratia* inventum eſt, exprimere haud tenebatur, Stryk. in *V. M. h.* §. 1.

§. 1. Struv. *Exerc.* 5. §. 40. Zigler. *in Prælect. publ ad jus canon. C.* 6. *de judic.* quod nec hodie desideratur, quamvis fiat utilirer. Schilt. *Exerc.* 1. §. 7. Novo jure editio actionis fit per *libellum. Auth. offeratur, C. de lit. contest. N.* 53. *C.* 3. *X. de libell. oblat.* Est vero LIBELLUS *legitima actoris petitio, intentionem, & futuræ litis speciem continens. L.* 3. *C. h.* Huber *h.* §. 5. Concipitur vel *in scriptis* in ordinario processu, Textor. *in Prax. judic. p.* 1. *C.* 3. *n.* 1. Carpzov. *in Prax. crim. p.* 3. *qu.* 106. *n.* 76 vel *fine scriptura* in causis summariis, *Clem sæpe, de V. S.* modicis, *Nov.* 17. *C.* 3. & executivis. Vmm. *ad process. disp* 6. *th.* 10.

3 Dividitur in *civilem*, & *criminalem*, ubi differenria in modo *concludendi*, & *concipiendi* noranda. Ille rursus est vel *solennis*, vel *minus solennis*. Ille locum habet in *processu ordinario*, & solenni forma constar: hic vero in processu summario, ubi in foris Saxoniæ multum interest respectu *modi petendi*. Dn. Stryk. *in Colleg. pract. ad Cap.* 1 §. 13. Ille facilius impugnari potest ob nimiam solennitatem: hic facilius sustinetur.

4. Requisita libelli solennis alia sunt *necessaria*, alia *arbitraria*. Illa consistunt in his. (I) Libellus sit *simplex*. Articulatus justa ex ratione in *R, I. de A.* 1654. §. 34. & 64. prohibitus, & adeo ipso jure nullus est: ut etiam hæc exceptio posr L. C. adhuc opponi possit: Carpz. *P.* 1. *C.* 2. *d.* 1. *n.* 6. Imo ipse libellus *ex officio* a judice ab actis rejici debeat. Dn. Jo. Sam. Stryk, *de Reject*

ab

ab act. c. 2. *n.* 53. In criminalibus tamen admittitur. Carpz. *in Prax. crim. p.* 3. *qu.* 113. *n.* 22. & *in Process. tit.* 6. *c.* 1. *n.* 55.

5. Sit (II) *brevis*, remotis omnibus superfluis, maxime illis, quæ ad *exceptiones rei* pertinent: alias magnopere turbatur processus. *L. ult.* §. 1. *C. de appell. C.* 15. *X. de judiciis C.* 8. *X. de except.* Unde nihil adducendum, quod probari nequit. Dn. Stryk. *Introd. ad prax. forens. c.* 7. §. 5.

6. Sit porro (III) *clarus*, & *perspicuus*. Huber. *h. t.* §. 8. *arg. auth. offeratur C. de litis contest.* Vitanda quoque est obscuritas ratione scripturæ & lectionis. Zaunschliffer *de Off. jud. suppletor. n.* 2. *concl.* 17. §. 1.

7. Ulterius (IV) *sit actus* h. e. ipsi negotio conveniens. Quod ex genere actionis, & conclusione colligendum. Huber. *h.* §. 7. Ineptus a judice *ex officio* rejiciendus. Gail. *I. O.* 56. *n.* 4. Quantum tamen fieri potest, judex curare debet, ut sustineatur. Gail. *cit. loc. n.* 9. Brunnem. *Proc. civil. c.* 3. *n.* 14. *cit. Disput. de Reject. ab act. n.* 30.

8. Oritur etiam ineptitudo ex *inepta cumulatione actionum*, Zanger. *de except. P.* 2. *c.* 19. tali scilicet, quæ nullo modo sustineri potest. Mev. *P.* 8. *dec.* 134. Scilicet concursus actionum, quæ ad diversa tendunt, est vel *cumulativus*, vel *electivus*: §. 5. *I. quod cum eo, qui in al. pot.* §. 16. *I. de obl. quæ ex delicto*: vel *Alternativus*, ut si publiciana cumuletur cum rei vindicatione: vel *successivus*. In hoc concursu regulæ, quas *Tr. de Action. sect. III.* tradidi, sunt observandæ: alias libellus est ineptus.

9. Sit etiam (V) *certus*, ut reus intelligas, quid quantumve a se petatur, Huber. *h.* §. 8. Unde rejicitur libellus *generalis*, & *alternativus*. Sed *alternativus* per se nullam ineptitudinem habet. Nec contrarium colligitur ex *L.* 7. §. 4. *de injur.*, ut ostendi *Diss. de Libellis alternat.*

10. Denique (VI) requiritur, ut *rite, & secundum stylum judicii* concipiatur. Carpz. *P.* 1. *c.* 1. *d.* 2. *n.* 1. Hinc necesse est, (*a*) ut exprimatur *nomen judicis*, & *partium* litigantium, & quidem omnium, si plures sint: (*b*) *causa agendi*. In reali sufficit expressio causæ proxime, quanquam utiliter remota, seu titulus adjiciatur: in personali autem necessario remota, seu *specialis*, vel titulus, unde nascitur actio, exprimendus. *C. f. X. de libell. obl.* Gail. *I. O.* 61. *n.* 6. *seqq.* (*c*) *Narratio facti perspicua*, & brevis, ut inde judici constare possit, quæ sit instituta: (*d*) *litis contestationis petitio*: (*e*) commoda ex natura actionis desumta *conclusio*, Dn. Stryk. *Intr. in prax. for. c.* 7. §. 3. Gail. *I. O.* 61. quæ tamen in causis criminalibus omitti potest. Gail. *c. l. n.* 19. Dn. Engelbr. *ad ff. h.* §. 41. *in f.*

11. Arbitrariæ partes libelli sunt variæ clausulæ, quæ tamen quoad maximam partem otiosæ. Vid Huber. *h.* §. 9. Dn. Stryk. *ad Laut. h. pag.* 90. *& in V. M. h.* §. 4 *& seqq.* Pertinet huc imprimis *clausula salutaris*, cui ingentes adscribuntur vires præter meritum: Dn. Stryk. *in V. M. h.* §. 7. quin quod, si rem penitus consideramus, erro-

neis

neis nitatur fundamentis, ceu pluribus ostendi in *Tr. de Jure eccles. potest. tit. de offic. judic.*

12. Libellus ita legaliter confectus *emendari* quidem omni tempore ad usque sententiam potest: Carpz. *P.* 1. *constit.* 11. *def.* 12. Fachin. 1. *Controv.* 91. difficilius autem mutari, præsertim post litem contestatam, *Vid. L.* 3. *C. h. L* 25. *d. R. V. L.* 5. *&* 23. *de judic.* Conf. Huber. *h. t.* §. 11. quamvis adhuc varient Doctores hac in re *propter* §. 34. *&* 35. *I. de actionibus*. Praxis tamen magis certa est, ut mutatio tantum usque ad L. C. permissa sit. Dn. Stryk. *in V. M. h. t.* §. 20. Interim renunciare liti permissum est, refusis expensis. Quo facto, omnia ex integro agenda. Engelbr. *cit. l.* § 42.

13. Cum vero ideo editio libelli fiat ut reus deliberare queat, utrum cedere, an, contendere malit: *L.* 6. §. 7. *h.* præter libellum reo edenda quoque sunt documenta, quibus actor usurus est non alia, *L.* 1. §. 3. *h. t.* nisi præsumtio adsit, reum illa habere. *L.* 2. *h. t.* Idem quoque approbatum est in R. I. de Anno 1654. §. 34. in f. quamvis in foro Saxon. aliud obtinere testetur Stryk. *in V. M. h. t.* § 12.

14. Edenda sunt hæc instrumenta (I) *sine die, & consule*, quo instrumentum conscriptum, *L.* 1. §. 2. *h. t.* etiam sine subscriptione edentis, *L.* 11. *h. t* exceptis rationibus: *L.* 1. §. 2. *L.* 4. *pr. h. t.* (II) *integra*, nisi diversa contineant capitula: tunc enim solum illa pars, quæ ad instruendum reum

 per-

pertinet, editur. *L.* 10. §. 2. *h. t.* *C.* 5 *X. de fide instrum.*

15 Ab hac editione differt illa, quæ desideratur post L. C. ad *probationem* instruendam vel a colligantibus, vel a tertio. Hoc casu generaliter requiritur (I), *ut præsumtio adsit, adversarium, vel tertium instrumenta edenda possidere;* quam edi illa desiderans adducere debet. Carpz. *Tit.* 14. *art.* 4. *n.* 7. Si tertius, vel adversarius negat, se illa possidere: juramento se purgare debet. Mev. 7. *dec.* 280. Si in amiſsione se fundat: illam docere fas est. Idem 3. *Dec.* 10. (II) *Ut editio petatur circa calumniam.* *L.* 6. §. 2. *L.* 9. §. *pen. h. t.* Inde interesse summarie docendum. Gail. 1. *obs.* 106. *n.* 3. Imo aliquando juramentum calumniæ petenti defertur. *L.* 6. §. 2. *L.* 9. §. 3. *h. t.* (III) ut in originali edantur, quia alias non probant.

16. Inter *litigantes* principaliter obligatur *actor* *L.* 1. §. 3. *h.* *L.* 5. 6 *&* *ult.* *C. h.* ad edenda etiam illa, quæ reo proficua sunt ad excipiendum, licet actor iisdem non sit usurus. *L.* 5. *C. h.* Conf. Brunnem. *ad L.* 1. *n.* 9. *h.* Faber. *in Cod. h. d.* 16 Casus exceptos recenset Martini *ad proc. Sax.* *t.* 26. §. 1. *n.* 12.

17. Reum eodem modo leges obligare noluerunt ad edenda instrumenta actori, *L.* 1. & *fin.* *C. h.* modo (*a*) veritas alter haberi possit, *L.* 1. *C. h.* (*b*) causa actoris non sit favorabilis, qualis est Fisci, *L.* 3. *h. t.* *L.* 2. §. 2. *de jure Fisci,* non item ex quorundam sententia Ecclesiarum (Vid. Tract. *de jure eccles.*

cles. protestant. lib II. tit. 22 §. 14.): (*c*) Instrumenta sint rei propria. Aliud est, si ad actorem pertineant jure dominii, *L.* 4. *pr. L.* 6 §. 6. *h.* vel sint communia: *L.* 5. *fam. ercis. L.* 7. *C. L.* 9. *ff. h.* (d) actor illa petat adfundandam actionem: secus si ad replicationem, *L. fin. C. h* vel etiam tantum ad adjuvandam ejus intentionem Faber. *in C. Lib.* 2. *T.* 1. *def.* 1. *n.* 5. Conf Hahn. *ad W. h. n.* 12. Martin. *cit l. n.* 25. *seqq*

18. Tertius adstringitur ad edenda documenta actione in factum *L.* 1. §. 2. *L.* 2. 3. 4. §. 1. *h.* quoties justa causa, quæ semper hic supponitur, doceri potest, præsertim si circumstantiæ §. *antec.* hic occurrant. *L.* 7. *C. h.* Gail. *I. O.* 106. *n.* 4. 5. & 6.

19. Modi cogendi ad editionem sunt varii. Si actor detrectet editionem: ulterior audientia ei denegatur. Si reus: habentur pro editis, & recognitis. Hahn. *ad W. h.* Si tertius detineat: hodie die actione ordinaria non amplius est opus, sed decernuntur *compulsoriales*, vel *requisitoriales*, si tertius alienæ subsit jurisdictioni. Carpz. *in Process. tit.* 14. *art.* 4. *n.* 61. conf. Mev. 3. *dec.* 117. Dn. Engelbr. *h.* §. 44.

TEXT. NOTAB.

L. 1. pr § 2 3. L. senatus, 3. L. 8. pr. L. quædam, 9 § 3. L. argentarius, 10 § 2. 3. in f.
Ex Cod. L. 1s, apud quem, 2. L. qui accusare, 4. L. non est novum, 5. L. procurator, 7. Auth. si quis L. 8. in f.

Tit. XIV. (*C. II.* 3.)

De pactis.

1. CONVENTIO, SEU PACTIO in *generali sensu est duorum, pluriumve in idem placitum consensus. L.* 1. *§* 2. 3. *h.*

2. Requiritur itaque (I) *consensus*. Unde (*a*) qui plane consentire nequit, ad paciscendum non admittitur, veluti infans, *L.* 18. *§* 3. *C. de jure delib.* sed totum negotium cum tutore peragendum. Dn. Stryk. *de Cautel. cont. sect.* 1. *c.* 2. §. 3. Exceptio est *in L.* 3. *C. de acquir. poss.* Idem dicendum de furiosis, & mente captis, *L.* 1. §. 12. *de O. & A.* §. 8. *I. de inutil. stipul. L.* 2. §. 3. *de jur. Codicill.* scilicet *qua talibus*: aliud si dilucida habeant intervalla. *L* 18. §. 1. *de acquir. poss.* Ebrii in statu ebrietatis furiosis comparantur. Dn. Stryk. *cit. l.* § 12.

3. Deinde (*b*) arcentur a paciscendo qui *juris declaratione* velle non creduntur, quales sunt *prodigi*, *L.* 40. *ff. de R. I. L.* 12. §. *f. ff. de curat. dat. L.* 18. *qui testam. fac. poss.* quando agitur de *obligando* personam propriam, vel *alienando*. *L.* 6. *de V. obl.* Huc pertinent quodammodo, qui parent imperio patris, vel domini. *L.* 4. *ff. de R. I.* In servos enim nulla obligatio cadit, quanquam domini per servos possint contrahere. *T. I. de stipul. serv.* Filiifamil vero cum patre non contrahunt, §. 4. *I. de inutil. stipul.* excepto peculio castrensi, & quasi: *L.* 2. *ff. ad SCt Ma-*

ced.

ced. L. 14. *ff. de judic.* imo etiam adventitio extraordinario. Cum aliis tamen valide contrahunt, *L.* 39. *de O. & A. L.* 57. *de judic. L.* 44. *de pecul.* excepto mutuo.

4. In quibus vero (*c*) imperfectius judicium, vel aliud impedimentum circa consensum occurrit, illi non *in totum*, sed *in tantum* a contrahendo arcentur. Huc pertinent infantiæ proximi, qui alium sibi efficaciter obligant: *L.* 59. *de O. & A L.* 41. *de cond. indeb.* §. 9 *I. de inutil. stip.* se ipsos ne naturaliter quidem obligant, *cit. L.* 59. nisi in tertii præjudicium, *L.* 1. §. 1. *de novat. L.* 127. *de V. O. L.* 6. *de V. O.* quia eorum obligatio claudicat. Dn. Stryk *cit. l.* § 18. & 20. Idem dicendum de pubertate proximis, qui tamen se *naturaliter* obligare dicuntur, sed citra ullum sui præjudicium. *L. cit.* 127. *L.* 25. § 1. *quand. dies leg. L.* 111. *de R. I. L.* 21. *pr. ad L. Falcid.* Tutore vero auctore, efficaciter obligantur, *pr. I. de auct. tut.* Struv. *Ex.* 6. *th.* 39 sicuti etiam aliquando *ex æquitate*, vel quasi contractu. Engelbr. *ad ff. h.* §. 9. *in f.*

5. Minores perfectius judicium habent. Hinc subsistit negotium ab iis celebratum, salva restitutione. *L.* 3. *C. de in integr. restit. L.* 13. *pr. de excus. tut.* Sed per indirectum tamen aliquando se ipsos obligare non possunt, quando curatores acceperunt; modo patrimonium eorum respiciat negotium: *L. cit.* 3. secus, si personam tantum. Quo pertinet obligatio *sponsalitia*, *L.* 20. *de*

R. nupt. L. 8. C. eod. vel *ad factum: L.* 101. *de V. O.* Dn. Stryk. *cit. l.* §. 21.

6. Muti & surdi contrahere possunt, *L.* 4. §. 1. *h.* si mentem sufficienter exprimere possunt: alias curatore indigent, Dn. Stryk. *de Jur. sens. Diss.* 4. *c.* 3. *n.* 6. nisi præcise verba ore nuncupata requirantur. §. 7. *I. de inutil. stipul. L.* 1. § 14. *de O. & A.*

7. Ulterius consensus (II) debet esse *specificus*. Neque enim pactum habet vim, si *causa* nulla, vel erronea subest. Conf. *L.* 25. §. *fin. de probat. C. si cautio, X. de fide instrument. L.* 2. §. 3. *de doli mal. & metus except.* Neque ex tali pacto donatio præsumitur, nisi ubi agitur de *liberatione*. *L.* 40. *pr. h* Hahn *ad W. h. n.* 5 Dn. Stryk. *de Cautel. contr. s* 2. *c.* 7. §. 5. *seqq.*

8. Quicquid porro impedit consensum, impedit etiam pactum. Quo pertinent metus, *L.* 116. *de regul. juris.* dolus, *Tit. ff. de dolo*, error. De dolo, & metu suo loco. Quoad *errorem* varie distinguere solent. Generaliter, si utriusque paciscentis error doceri possit: nihil agitur, *L.* 57. *de O. & A. L.* 51 *h. L.* 15. *de jurisdict. L.* 9. *pr.* §. 21. *L.* 41. §. 1. *de contr. emt. vend.* si substantiam negotii ingreditur: secus, si tantum *accidentia* ejus concernit. *L.* 9 §. 1. 2. *L.* 11. § 1. *L.* 34. *pr. L.* 45. *de contr. emption. L.* 21. §. 2. *de act. emt. vend.* Ceterum si unus tantum erraverit: ipsius sola culpa est, modo alter contrahentium non sit erroris conscius.

9. Debet vero consensus esse (II) *mutuus*. Nam unius *promissio*, alteriusque *ac-*

ce-

ceptatio requiritur, alias deest obligatio. *L.* 55 *de obl. & act.* In quo a *tractatibus*, nuda *assertione*, & *oblatione* differt. *L.* 1. §. 3. *h. t.*

10. Quin & (III) *sincerus* esse debet, remota omni simulatione. *L.* 54. *de obl. & act.* Si negotium gestum non est, quod geri simulabatur: illud ipso jure nullum est, quod geri simulabatur: illud ipso jure nullum est. *L.* 6. *C. si certum petatur*, *L.* 21. *de transact.* *L.* 56. *de judic.* Conf. Dn. Coccei. *Disput. de simul th.* 16 *seqq.* Quod autem vere gestum est, subsistit, si nihil aliud impediat. *L.* 3. & 9. *C de contrahend. E. & V.* Exemplum est in simulata emtione venditione sub pacto de retrovendendo ad celandam usurariam pravitatem. Vid. Berl. *P.* 2. *c.* 1. In contractu *in scriptis* negotium plane non valet. Neque enim quod scriptum est, valet, quippe simulatum: neque quod vere gestum, quippe non scriptum. Faber. *in C. Lib.* 4. *T.* 17. *d.* 3. Quod si negotium dissimulatum jure subsistere non possit: idem dicendum, Dn. Coccei. *cit. loc.* §. 50. *seqq.* Unde quoque frustranea est simulationis renunciatio. Id. *c. l.* §. 57. Interim ab allegante probanda per varias conjecturas. Myns. 3. O. 62. Faber. *cit. loc.* d. 5. Dn. Coccei. *cit. loc* §. 72.

11. Ulterius consensus sit (IV) *certus*, & *indubius*, quod inprimis tunc observandum, quoties per *scripturam* contrahitur, quem in finem *prælectionem* requirunt leges. Vid. *constit.* Maximil. *de anno* 1512. §. 14. 16. 17. *L.* 77. *de regul. jur. L. f. C. plus*

val.

ſiul. quod agitur. Conf. *Diſput. noſtr. de Contract. non prælect.*

12. Si conſenſus dubiam admittit interpretationem circa *pacta adjecta*: imprimis reſpiciendum ad id, quod actum inter partes: *L. 33. de contrah. emt. vend. L. 3. de reb. credit. L. 125. de V. S. L. 34. de R. I. L. 9. 114. 56. 76. eod.* alias facienda interpretatio contra eum, qui clarius loqui debuiſſet. *L. 39. h. L. 21. & 33. & 34. de contrah. emt. vend.* Quam regulam latius explicui *Diſs. de Interpr. fac. contra eum, qui clar. loqui deb.*

13. Certitudo autem conſenſus dependet ex ejus *expreſſione*, quæ fit *verbis* vel *factis*, unde oritur diſtinctio inter conſenſum *expreſſum* & *tacitum*. Ad hunc requiruntur *facta concludentia*. Sic creditor, reddens chirographum, *tacitum* videtur iniiſſe *pactum* de non petendo. *L. 2. §. 1. h. L. 3. §. 1. de liberat. legat.* Qui pignus reddit hoc remiſiſſe videtur. *L. 3. h.* Admittuntur tamen probationes in contrarium. *L. ſi chirographum, 24. de probat.* Prodeſt hoc pactum ei ſoli, cui redditum eſt: non tertio, qui in inſtrumento eſt nominatus, Dn. Stryk. *de Inveſt. act. ſ. 1. m. 3. §. 23.* niſi aliquando per indirectum. Vid. *L. 2. C. h. L. 23. 24. 25. & ult. D. h. t.* Brunnem. *ad cit. L. 25.*

14. Cum tacito conſenſu minime confundendus *fictus*, ubi re vera nullus adeſt conſenſus, ſed tantum adeſſe fingitur. Differentias utriusque exacte tradit Dn. Thomas. *in Juriſpr. diur. lib. 2. c. 7. n. 24. ſeqq.* Vid. *L. 4. D. h. L. 7. pr. in quib. cauſ. pign. tac.*

Google

15 Fundatur in hoc *ficto consensu* tota ratio *quasi contractuum*. Imo cum horum obligatio primario ex *legis dispositione* dependeat, & propter æquitatem inducta sit: illos quoque efficaciter obligat, qui nec consentire, *L. 46. de obl. & act.* nec se obligare possunt. *L. 66. in f. de solut. L. 1. §. 15. de poss.* Et sic actionem hoc ultimo casu immediate ex lege esse, asserit Hahn *ad W. h. n.* 5. Diss. Struv. *Ex. 6. th.* 39. *in f.*

16. Consensus hoc modo comparatus debet (V) esse susceptus de *re in potestate nostra posita*, quo pertinent *res* & *facta*. Circa res speciatim requiritur, (*a*) ut vel sint *in rerum natura*, vel sperentur. *L. 46. h. L. 8. pr §. 1 ff. de contr. emt.* Valet itaque conventio de re *sperata*, ut & *spe*, quæ duo inter se *quoad effectum* differunt. Dn. Stryk. *ad Lauterb. tit. de contr. Emt. V. p.* 499. *& in caut. contract. s. 1. c. 3. §. 4.*

17. (*b*) Ut *sint in commercio privatorum*: *L. 38. §. 5. de verb. obl.* alias Principis, a cujus dependent nutu, consensu opus est, ut in rebus publicis, religiosis, ecclesiasticis, &c. Dn. Stryk. *cit. l. §. 7. seqq.* (*c*) *Ut lex aliis de causis*, quæ variæ esse possunt, *conventionem non interdixerit*. Sic ex ratione legis Cinciæ, prohibitum pactum de quota litis. *L. 53 L. 5 C. d. procur. h. L. 1. § 12. de extraord. cogn.* Improbata quoque sunt pacta successoria de hereditate viventis, *L. 15 & ult. C. h.* quæ moribus tamen valent. Schilter. *Ex. 8. th.* 46. Dn. Stryk. *in V. M h. §* 13. *seqq.* Item super re litigiosa, *Tit. ff. de re litigios.* ut & su-

super re aliena, quoties de *jure in re transferendo* agitur. Dn. Stryk. *ad Lauterb. h. t. p.* 105.

18 In factis requiritur (1), ut sint *propria*: §. 3. *Instit. de inutil. stipul. L.* 38. *pr.* & §. 1. *de verb. oblig.* Mev. *Part.* 6. *dec.* 406. Hert. *Diss. de oblig. alium daturum facturumve*. (2) Alteri utilia: *L. pen. h. t. L.* §. 7. *de distract. pign. L.* 15. *de serv. L.* 61. *h. t. L.* 38. §. 17. *de verb. obl.* Conf Hertius *Diss. de pacto, ne dominus rem suam alienet*. (3) *possibilia*, & honesta. *C. ult. X. h. t. L.* 50. *h. L.* 26. *de V. obl.* §. 7. *I. mand.* Non liberat tamen impossibilitas *secundum quid* talis, & quam quis sua culpa contraxit: *arg. L.* 3. *pr. ff. si quid in fraud.* Mev. 2. *D.* 368. *n.* 7 *&* 5 *dec.* 45. Brunn. *ad L.* 5. *in fin. ff. de reb. cred.* (4) *mere privata*. Jus *publicum*, & *prohibitivum* enim pactionibus privatorum immutare non licet. *L* 7. §. 14. *L.* 38 *L.* 42 *h. t.*

19. Restringi vero consensus in conventionibus potest conditione, die, modo, aliove pacto. *Conditio* vel *suspendit* negotium in futurum eventum incertum: vel aliquando sub tali eventu *resolvit*, quo casu dicitur *resolutiva*. Hoc casu negotium statim est perfectum: non vero illo, sed tantum spes. §. 4. *I. de V. O* Effectus tamen suos habet. *L.* 6. *ex quib. caus. in poss. eatur L.* 4. *de separ. L.* 11. *pr. qui pot. in pign.* Existens retrotrahitur ad initium actus. *L.* 78. *pr. de V. O. L.* 18. *de reg. jur. L* 11. *pr. qui pot in pign.*

20. Dies vel adjicitur ut *terminus, a quo*, & tunc statim cedit, licet nondum venerit,

§. 2.

§. 2. *I. de V. O. L.* 213. *de V. S.* Hinc ante diem debitum nec peti, nec solutum condici potest *L.* 10. & 17. *de condict. indeb.* Struv. *Ex* 18. *t.* 39. Vel ut terminus, *ad quem*, & tum de *stricto jure* obligatio *solemnis* est perpetua: § 3. *I. de V. O. L.* 44. *de obl. & act. naturalis* vero, tempore lapso, exspirat. *L.* 52. *in f. h. t.*

21. *Modus* causam finalem designat, & hactenus puram relinquit obligationem: ut cum effectu ex illo agi possit. Carpz. *P.* 3. *C.* 13. *d.* 20. Resolvit tamen negotium post non impletum *L.* 1. *C. de don. quæ sub. mod.*

22 Obligant conventiones legitimæ initæ debitorem ad præstandum id, quod promissum est, idque ex *fide humana*. *L.* 1. *pr. h. t.* Distinguunt tamen (I) inter obligationem *faciendi*, & *dandi* ita, ut huic insit præcisa necessitas tradendi, non illi: sed debitor liberetur præstando interesse. *L.* 75 §. *fin. L.* 72. *pr. L.* 68 *de V. O.* Ungepaur *Exerc. Justin.* 11. *qu.* 2 De qua tamen sententia merito dubitant Huber *ad I. tit. de V. O.* § 5 Dn. Thom. *de pret. affect. in res fung. non cadent. c.* 2. § 9.

23. Olim quoque (II), quoad effectum obligandi, interesset, utrum quis *sibi*, an *alteri* pactus fuerit, ita, ut hoc casu nulla obligatio nasceretur. *L.* 27. § 4. *L.* 28. §. 2. *L.* 30 *pr. h.* Quod tamen hodie non amplius attenditur Mev. 4. *d.* 112. *n.* 5. Dn. Stryk. *in V. M. h* § 12. Conf. *L.* 3. *C. de donat. sub. mod. L.* 53 *ff. de A. R. D.*

24 Ulterius (III), quoad obligationem heredum, videndum, utrum pacta sint *in rem*,

an

an *in personam* concepta. Illa pertinent etiam ad heredes, *L.* 7. §. 8. *h. tit.* quod etiam in dubio præsumitur. *L.* 13. *C. de contrah. stipul.* Remiſſoria etiam tertio ſucceſſori ſingulari proſunt. *L.* 17. §. 5. *h.* Conf. Struv. *Exerc.* 6. §. 48.

25. Denique (IV) circa *efficaciam obligandi*, de jure Romano erat differentia inter *conventionum* species diverſas. Erant enim vel *contractus*, qui in aliud nomen proprium tranſeunt, & in ſuo generali nomine non ſtant: *L.* 1. *in f. L.* 7. §. 1. *h. t.* vel *pacta* stricte dicta, quæ ad certum contractum referri nequeunt. Hæc rurſus erant vel *nuda* exceptionem tantum producentia, non actionem: vel *non nuda* actionem *extra ordinem*, & per modum *exceptionis* operantia, *L.* 7. *pr. h.* idque (*a*) vel ex *speciali legis confirmatione*, *L.* 6. *h.* (*b*) vel ex *adjectione* efficaci contractui, *L.* 7. §. 5 (*c*) vel propter traditionem *L.* 48. *h.* Dn. Stryk. *Tract. de Act. for. invest. sect.* 1. *m.* 3. & 40. Sed hæc hodie otioſa ſunt poſtquam juris Germanici principia ubique retenta ſunt ita, ut ex omni conventione *deliberata* efficax obligatio, & actio detur: Struv. *Exer.* 6. *th* 17. Dn. Stryk. *V. M. h. t.* §. 1. & *seqq* imo, *quoad effectum obligandi*, nullum inter ipſos contractus ſupereſſe videatur diſcrimen. Dn Stryk. *de Prob. vers. cred.* §. 3. & 4.

26. Non tamen omnes conventiones *obligant*: ſed quædam etiam *liberant*, & obligationem tollunt. Uſus hujus diſtinctionis eſt, (1) quod in dubio pro liberatione pronunciandum: *L.* 47. *de O. & A.* (2) quod non deſideret

ret acceptationem, & ignoranti fieri possit: *L.* 53. *de solut.* (3) quod inutilis acceptilatio vim taciti pacti habeat: *L.* 8. *pr. de acceptil.* (4) quod causam non requirat: *L.* 40. *pr. h.* (5) quod tertio etiam prosit: *L.* 17. §. 5. *h.* (6) imo aliquando aliis quoque noceat *L.* 7. *in f. L.* 8. *seqq. h. t.*

TEXT. NOTAB.

L. Labeo, 2. §. 1. L. 4 pr. L. legitima, 6. L. Juris gentium, 7. pr. §. 2 4. 5. 7. 12. 15. 19. L. majorem, 8 L. si tibi, 7. pr. § 2. 5. L. 21. §. f L. si unus, 27 §. 3. 4 L. contra juris, 28. L. avus 33. L 35. L. veteribus, 39 L. in traditionibus, 48 L. ab emtore, 58. L. Nemo, 61. *Ex Cod.* L. pacta 6. L. pacta novissima, 12. L. si pacto, 14. L. pactum, quod dotali, 15. L. 19. L. 26. L. si certis, 28. L. si quis, 29. L. de quæstione, 30.

Tit. XV. (*C. II.* 4.)

De transactionibus.

1. TRANSACTIO est *rei dubiæ, seu ancipitis conventa decisio, dato aliquo, vel remisso, vel retento* *L.* 1. *&* 2. *h.* Differt a *pactis remissoriis*, quæ gratuita sunt, interim etiam de rebus dubiis fieri possunt. *L.* 18. *C. h. L.* 29. §. 1. *ff. & L.* 18. *C. de donat.* Engelbr. *ad ff. h.* §. 13.

2. Species transactionum sunt variæ. Sic alia est *generalis*, quæ tamen ad ignorata non trahitur: *L.* 35. *d. pact.* alia *specialis*. *L.* 29. *&*

31.

31. *C. L.* 9. & 32. *ff. h. t.* Alia est vel *jurata*, vel *non jurata*, cujus usus in *L.* 41. *C h.* Alia *pænalis*, alia *non pænalis*, cujus usus in *L,* 15. & 16. *ff. h. t. L.* 37. *C. h.*

3. In omni transactione requiritur (I) *consensus partium*. Hinc (*a*) scriptura non desideratur. *L.* 28. *C. h. t.* Mev. *P.* 8. *d.* 342. (*b*) Litigantes ad transigeudum cogi nequeunt, excepto casu utilitatis publicæ Dn. Stryk. *ad Lauterb. h.* p. 113 Schilt. *Ex.* 9 §. 25. (*c*) Error, dolus, metus transactionem, sicuti aliam conventionem, infirmant. *L.* 29. *C. h. L.* 13. *ff. h. L.* 4. 19. *C. h.*

4 In transigentibus (II) requiritur *facultas plene disponendi, & alienandi*. Hinc facile patet, qua ratione tutores, & curatores transigere possint, si simul res immobilis dimittenda. *L.* 22. *C de administ. Tutor. L.* 54. *in f. L.* 56. §. 4. *de furt. L.* 46. §. *fin. ff. eod.* Procurator vero non transigit, *L.* 7. *C. h.* ibique Brunnem. nisi sit generalis, *L.* 12. *d. pact. L.* 58. *de procur. L.* 17. § *ult. de jurejur.* & utilitas Domini evidens id suadeat. Mev. 8. *D.* 3. Engelbr. *ad ff. h.* §. 15 Facilius Pater de bonis adventitiis filiifamilias transigit, accedente consensu filii, si per ætatem fieri potest, *L. ult.* §. 3. & 4. *C. de bon. quæ liber. L.* 1. *C. de bon. matern.* Gail. 2. *Observ.* 72 *n.* 14. *seqq.* De administratorum bonorum ecclesiasticorum potestate circa transactionem vid. *disp. nostr. de Admin. bon ecclesiast. c.* 2. §. 11.

5. Requiritur (III) *dubietas causæ: L.* 1. *h.* Schilt. *Ex* 9. §. 4 & 10 & quidem sufficit timor litis probabilis, *L.* 65. §. 1. *de cond.* in-

indeb. Quocirca de *re judicata*, & jam *decisa* transactio olim non valebat *per L.* 32. *C. h. t.* quæ tamen hodie forsan facilius admittenda ob difficultates adhuc in *executione* imminentes. Du. Stryk. *in V. M. h. t.* §. 7. *& in Cautel. contract. P.* 3. *c.* 7. §. 4.

6. Constare autem ante omnia debet, an res sit dubia. Unde est, quod non liceat transigere de relictis in testamento, nisi prius inspectis tabulis, *L.* 6. *D. h. t. L.* 1. §. 1. *testament. quemad. aper. L. f. C. d. reb. cred.* Stryk. *Cautel. contr. cit. loc.* §. 6. *& in V. M.* §. 10. Vid. tamen Dn. Pagenstecher *in Sicil. manip.* 4. *p.* 60. Schilter. *Ex.* 9. *th.* 6. *seqq.*

7. Negotium (IV), de quo transigitur, debet esse *nostri arbitrii*. Interim ex ratione speciali de *alimentis* futuris, ultima voluntate relictis, aliter transigi nequit, nisi auctore Prætore, & accedente causæ cognitione, cujus capita plenius excutiuntur *in L.* 8. §. 8. *seqq. h.* Ceterum prodesse sibi alimentandus transactione potest, inconsulto Prætore; *L.* 8. §. 22. imo de præteritis quoque transactio valet. *L.* 8. *C. h.* Quo posito, nec remissorium pactum absque judicis autoritate subsistere potest. Du. Stryb *V. M. h.* §. 10.

8. Fluit ex hoc requisito, transactioni non esse locum in rebus spiritualibus, *C.* 4. *X. de pact. C.* 5. *de rerum permutat. C.* 4. 7. 8. 10. *X. h. t.* & matrimonialibus, quatenus de ipso vinculo constat, Heig. *Lib.* 2. *q.* 16. & transactio ad *matrimonii* dissolutionem tendit.

9 Idem dici deberet de *delictis*, maxime *publicis*. Sed hic leges distinxere. In privatis

ad-

admittitur transactio, ut tamen infamia transigentem sequatur, *L.* 4. §. *ult. L.* 5. *L.* 6. §. 3. *ff. de his qui not. inf.* licet protestatus fuerit, se tantum transigere pro redimenda vexa. Brunn. *ad cit. L.* 5. *n.* 4. Gratuita remissio valet. *L.* 6. § 3. *h.*

10. Quoad crimina *publica præterita*, interest, utrum sint *capitalia*, seu sanguinis pœnam ingerentia, an non. De illis licet transigitur, quoad interesse partis, *L.* 5. §. *f. ad l. Jul. de vi publ.* Carpz. *P.* 4. *C.* 13. d. 10. & ut aliquando, ubi delictum magis rem privatam respicit, conducat ad pœnæ mitigationem, Id. *pr. crim.* p. 2. *q.* 80. *n.* 80. & 88. Dn. Lynk. *in Comm. h.* §. 13. Excipitur tamen (*a*) adulterium, *L.* 18. *C. h. v.* (in qua exceptione agnoscunt nonnulli minus recte emblema Triboniani. Lynk. *h.* § 14. Cornel. Van-Ek. *in Princ. jur. h.* § 14.), (*b*) crimen læsæ majestatis. *L.* 5. *C. ad l. Jul. Maj.* Cujac. 6. *Obs.* 11. Zœs. *h.* n 14. Huber. *h.* §. 4.

11. De *non capitalibus* post institutam accusationem (v. *L.* 1. §. 3. *ad SCt. Turpill.*) transigere haud licet citra crimen falsi, *L.* 18. *cit.* h. e. accusator in falsum incidit, & reus videtur confiteri, Huber *h.* § 4. Interventu tamen judicis, imo hodie etiam sine eo, transactio valet. *L.* 6. §. 3. *ff. de his qui not. inf.* Dn. Stryk. *V. M. h.* §. 19. Carpz. *pr. crim. q.* 55. *n.* 14.

12. Denique (V) requiritur, *ut aliquid datum, vel remissum, vel retentum sit*. Si (*a*) modicum quid dicis gratia intervenerit: non est transactio. Brunn. *ad L.* 38. *C. h.* Conf.

An-

Andræol. *Contr.* 288. Nec (*b*) statim quælibet præstatio habenda pro pretio, niſi hoc animo intervenerit, ut a lite desisteretur. Huber. *h.* §. 2. Interim nec (*c*) præciſe proportio intuitu rei desideratur, de qua transigitur, adeoque nec remedium *L.* 2. C. *de resc. vend.* hic locum habet. *L.* 78. §. *f. ad SCt. Trebell.* V. tamen D. Stryk. *V. M. h.* §. 22 Schilt. *Ex.* 9. §. 14. *seqq.* Engelbr. *ad ff. h.* §. 19 *in f.*

13. Vim habet transactio inter transigentes: aliis nec nocet, nec prodest, *L.* 3. *pr. h.* nisi aliquando ex æquitate. *L.* 14 Vid. Noodt. *Probab. Lib.* 1. *c.* 2. Huber. *h.* §. 11. Hinc inter illos vim rei judicatæ obtinet, scil. ratione *decisionis*, *L.* 20. *C. h.* ibique Dn. Brunn. nulloque prætextu facile rescindi potest, v. c. instrumentorum noviter repertorum, *L.* 19. *C h.* quod nulla res media fuerit, *L.* 65 §. 1 *ff. de cond. indeb.* *L.* 23. *C. h.* aut rescriptum principis id permittat *L.* 16 *C. h.* Multo minus unius dissensu infirmatur. *L.* 39. *C. h.* Si tamen contraventionem alter acceperit: pristina actio per transactionem sopita alteri restituitur. *L.* 14 *C. h.* Dn. Stryk. *Caut. C. S.* 3. *c.* 7. §. 22. *seqq.*

14 Ad servandam hanc transactionem quis cogi potest variis remediis, prout transactio est inita. Hahn. *ad W. h. n.* 7. Si pœna adjecta: peti potest pœna: *L.* 48. *de Act. E. V. L.* 122. §. *f. de V. O. L.* 17. *C. h.* Imo aliquando etiam alter adigi, ut transactionem præterea servet. *L.* 15 16. *ff. h.* Gravior adhuc

huic pœna obtinet, si quis juratam transactionem infirmare annititur. *L.* 41. *C. h.*

15. Effectus suos amittit transactio, (1) si ex falsis inita instrumentis: *L. pen. C. h. L.* 33. *de re jud.* imo (2) etiam ob reperta noviter instrumenta in causa pupillari, & reipubl. *L.* 35. *de re judic.* (3) si causa transigendi calumniosa evidenter ex post facto apparet. *L.* 65. §. 1, *in f.* de *cond. indeb.* Berl. 2. *D.* 263.

TEXT. NOTAB.

L. qui transigit, 1. L. 3. pr. l. de his controversiis, 6. L. cum hi, 8. pr. §. 2. 6. 8. 9. 17. 21. in f. L. 9. 10. §. 2. L. pacto convento, 15. L. 16.

Ex Cod. L. cum te proponas, 2. L. fraeris, 10. L. si diversa, 14. L. causas, 16. L. transigere. 18. L. sub prætextu, 19. L. 21. L. 29. L. si causa, 32. L. 38. L. si quis major, 41. L. si ex falsis, 42.

Lib. III. Tit. I. (*C. II.* 6. 7. 8. 9. 10. 11.)

De postulando.

1. **P**OSTULARE *est desiderium suum, vel amici in jure apud eum, qui jurisdictioni præest, exponere, vel alterius desiderio contradicere. L.* 1. § 2. *h.* Qui alterius desiderium proponit, *Advocatus*, vel *Patronus* in

in specie dicitur. Hill. *ad Donell. P.* 2. *L.* 18. *c.* 3. *lit. b. c.* A procuratore differt, quod tantum jus suggerat partibus, non vices litigantium suscipiat. Idem *cit. l. lit. O. seqq.* Huber. *h.* §. 17.

2. Officium advocatorum utile est Reip., si recte exercetur, *L.* 14. *C. de Advoc. diu. jud.* nec in rabulisticam degenerat, de qua Ziegl. *pecul. tr.* Vid. Dn. Stryk. Diss. *de Process. abbrev. per pœn. mend.* §. 42. Hahn. *ad W. h. n.* 6. Hinc nemo facile debet prohiberi per alium postulare, licet satis jurium peritus sit. Hill. *ad Donell. cit. l. in not. lit. I.*

3. Advocati sunt vel *privati*, vel *publici*. Horum officium est publicum, & publica constituuntur auctoritate. Hinc cogi possunt, & privilegiati sunt, quamvis etiam horum privilegia ut plurimum ad quosvis soleant extendi advocatos contra juris rationem. Item alii sunt *ordinarii*: alii *supernumerarii*. Illi intra numerum sunt, & itidem facilius compelli possunt ad partes alterius suscipiendas, *L.* 7. *C. h.* etiam pauperum, & quidem gratis, Gail. *I. O.* 43. *n.* 11. præstito prius juramento paupertatis.

4. In advocatis requiritur inprimis (1) *prudentia, & peritia*. Hoc intuitu a postulando arcentur imperiti, *L.* 2. *C. h.* minores XVII. annis, *L.* 1. §. 3. *h.* imo & mulieres, *L.* 1. §. 5. *h.* quæ pro se tamen admittuntur.

5. Prudentiam consistere in tribus hisce, *scientia, applicatione & notitia praxeos*, recte docet Huber *h.* §. 14. Unde imprimis stylum curiæ noscat, & rite agat. *L.* 4. *C.*

de sent. & interl. Quod si erravit; non præjudicat clienti, si intra triduum revocavit errorem, modo præsens fuerit: *Tit. C. de error. advoc.* aliud, si absens: *L. 2. l. 1. eod.* vel pars adversa errorem non acceptaverit. Carpz. *P. 1. C. 16.* § 21.

6. Deinde (II) *integritas corporis & famæ.* Hoc intuitu a postulando Prætor removet surdos, *L. 1. §. 3. h.* cœcos, *L. 1. §. 5. h.* vid. Huber. *h.* §. 2. infames, §. 8. *h.* vel qui pro talibus habentur, ut sunt Hæretici. *L. f. c. h.* Engelbr. *ad ff h.* § 12.

7. Desideratur (III) in eo *sinceritas animi.* Hoc intuitu judex quandoque per sententiam quibusdam advocatione interdicit. *L. 6. §. 1. L 7 h.* ob calumnias vel alias artes fraudolentas: quidam autem quoad certas causas tantum prohibentur, uti potentiores, *Tit. C. ne liceat potent.* arbitri, & judices *L. 6 C. h.* scil. in secunda instantia, contra sententiam, quam ipsi tulerunt.

8. Ex hoc requisito etiam determinatur officium advocatorum, ut scil. (*a*) *conscientiæ rationem habeant,* nec suscipiant causam malam. Vid. Dn. Stryk. Diss. *de conscien. Advoc.* Huber. *h.* § 11. Hahn. *ad W. h. in f.* Dubiam utique suscipere possunt. Struv. *Ex. 7. th. 5.*

9. Præterea commendat advocatum (*b*) *fidelitas*, ne prævaricetur, *L. 1. §. 1. de prævar.* sed diligenter parti assistat, non remorando inutiliter causas, quod etiam fit inutilibus deductionibus, nimiisque allegationibus, *L. 6. §. 4. h. R. I. de anno* 1654 §. 96.

Hu-

Huber. *h.* §. 12. (*c*) *modeſtia*, *L.* 6. § 1. *C. h* Id. §. 13. Dn. Stryk. *in V. M. h.* §. 10. Mev. 8. *D.* 359. (*d*) *Candor*, ne doloſ, fraudeſque adhibeat, ne quidem in bona cauſa. *L.* 14. §. 1. *C. de judic.* Struv. *cit. l.* §. 8. Quo etiam pertinet, quod judex cavere debeat, ne ab una parte ſtent peritiſſimi. *L.* 7. *C. h* Dn. Stryk. in U. *M. h.* §. 7.

10. Quod ſi advocati officio ſuo deſunt; varie coercentur, prout varie poſſunt delinquere, & præterea clientibus ob damna, & intereſſe tenentur temere eos liti involventes. Vent. de Valent. *in Parthen. litigioſ. l.* 2. *cap.* 7. *n.* 19 Regulariter tenentur ad culpam levem, Vinn. *de proceſs, diſpu.* 9 *n.* 30. niſi per imperitiam peccaverint, ubi etiam leviſſima præſtanda. Interim judex ſupplere illa tenetur, quæ deſunt advocatis, *Tit. C. ut quæ deſint advocat.* & eos in rectam viam deducere. Brunnem. *in Proceſs. C.* 5. *n.* 14. Conf. *Diſſ. de Judic, ex offic. proced. c. ult.*

11. Hæc pertinent ad obligationem advocatorum. Cliens vero advocato obligatur ad ſolvendum honorarium, quod aut conventione determinatum eſt aut non. Hoc caſu illud æſtimat judex pro modo litis, facundia advocati, & fori conſuetudine, *L.* 1. §. 10. *de extraord. cognit.* & quidem olim intra modum præſcriptum in *L. cit.* 1 §. 12. *L.* 3. *C. h.* ex ratione legis Cinciæ. Hill. *ad Donell. P.* 2. *l.* 18. *c.* 3. *lit. H. h. h.* Determinatio ſemel per judicem ſalario, judex ſtatim ad executionem agere poteſt. Gail. *I. O.* 44. *n.* 7. Illo caſu, ſi annuum ſalarium conſtitutum eſt advo-

catis, statim ab initio anni debetur, & sic ab heredibus integrum peti potest, licet intra annum decesserint. *L.* 1. §. 13. *de extraord. cognit.* *L.* 15 §. 1. *C. de Advocat.*

12. Datur advocato pro salario consequendo actio ex pacto, vel stipulatu, si certum salarium promissum. Si nil promissum, per implorationem officii judicis res expeditur. *L.* 1. §. 10. *de extraord. cogn.* Quin & acta tamdiu retinere potest, donec ipsi satisfiat. Brunn. *ad L.* 25. *n.* 3. Ipsa actio instituitur in judicio, in quo causa principalis ventilata est, idque ob connexitatem causarum. Mev. *I. D.* 234.

13 Fruuntur advocati beneficio competentiæ, Carpz. *P.* 1. *C.* 32. *d.* 18 Hillig. *ad Donell. l.* 27. *c.* 9. *lit. n.* fori privilegio, & immunitate. Dn. Stryk. *in V. M.* §. 11. Quæ per advocaturam adquirunt, ea peculii castrensis jure censentur. *L.* 4. *C. h. t.* Conf. *L.* 8. *&* 11. *C. de Advoc.* &c. Conf. Dn. Engelbr. *ad ff. h.* §. 26.

TEXT. NOTAB.

L. 1. §. 2. 3. 5. 6. L. quos prohibet, 7. L. Imperator, 8. L. Ex ea causa, 9.

Ex Cod. L. 5. L. quisquis, 6. L. providendum, 7. *de postul.* L. fori tui, 4. L. advocati, 14. L. 15. §. 1. *de Advocat. diu. judicior.* L. 3. §. 2. L. laudabile, 4. pr. *de advoc. diu. judic.* L. 1. L. 3. *de adv. fisc.* L. 1. L. 3. *de error. advoc.* L. un. *ut quæ des.*

Tit. II. (*C. II.* 12. *X.* 57.)

De his, qui notantur infamia.

1. INfamia ſecundum Hahn. *ad W. h. n.* 1. dicitur *macula ex turpi facto contracta*: vel, cum *exiſtimationi* opponitur, eſt *privatio bonæ exiſtimationis, indeque dependentium jurium ob vitæ turpitudinem contracta.* Exiſtimatio definitur in *L.* 5. §. 1 *de extraord. cognit.* Conf. Hillig. ad *Donell. L.* 18. *c.* 6. *lit. f.*

2. Requiritur generaliter in omni infamia (I) *delictum*, vel *turpe factum*, quamvis non omne delictum infamet. Unde & culpa lata, & dolus hoc reſpectu non æquiparantur, niſi lex in ſpecie factum culpoſum notaverit. *L.* 11 §. 4. *h.* (II) *Notatio legis* vel *generalis*, vel *ſpecialis*, abſque qua nulla infamia contrahitur. Quin & mores idem efficiunt. Sæpe enim aliquid moribus turpe reputatur, quod olim non fuit tale. Dn. Stryk. *in V. M. h.* §. 1. Verum hoc ipſum ad ineptam vulgi opinionem non extendendum eſt. Hahn. *ad W. h. n.* 2.

3. Hinc fluit diviſio infamiæ, quod alia dicatur *juris*, alia *facti*. *L.* 2. *de obſeq. parent. & patron L.* 27. *C. de inoff. Teſtam. L.* 20. *h. t. L.* 13. *C. h. L.* 25. *C. ad L. Jul. de adult.*

4. Infamia *juris* eſt, *quæ contrahitur ex turpi facto in ſpecie a lege notato.* Notat lex facta turpia vel *immediate*, vel *mediate*. Illud

 fit

fit per verba juris, in delictis notoriis, & nullam amplius causæ cognitionem requirentibus. Huc pertinent prodeuntes in scenam lucri causa: *L.* 1. §. 5. *h.* Dn. Stryk *V. M* §. 7. *&* 8 mulieres intra annum luctus nubentes absque dispensatione: *L.* 9 *seqq. h. t.* (vid. tamen *C. ult. & pen. de secund. nupt.*) sponsalia bina contrahentes: *L.* 13. §. 1. *h.* tutores pupillam ante redditas rationes ducentes: *L.* 7. *C. de interd. matrim. inter pup. & tutor.* transactionem juratam violantes: *L.* 41. *C. de transact.* lenocinium facientes. *L.* 4 §. 2. *h.* &c.

5. *Mediate*, & per sententiam condemnatoriam lex infamiam irrogat in delictis non adeo per se notoriis. *L.* 7. *pr. de injur.* Hic itaque præcise requiritur *sententia condemnatoria*, *L.* 7. *C. de public. Judic. L.* 20. *h.* Quo etiam refert Hahn *ad W. h.* n. 3. transactionem. *L.* 4. §. *fin. seqq. h.* Huc pertinent fere omnia delicta præter legem Aquiliam. Hilliger. *ad Donell. l.* 18. *c.* 8.

6. Qui condemnatur ob dolum in *contractibus*, regulariter infamis non fit, nisi in quatuor speciebus: tutela, mandato, societate, deposito. *L.* 1. *h.* modo (1) condemnatio fiat ex *directa*, non contraria actione: *L.* 6, § *fin. h.* (Exceptio est in *L.* 6. §. 5. *h.*) (2) *præcise sententiæ sequatur*: Neque enim hic transactio, ut in delictis, effectum sententiæ habet: *L.* 7. *h.* (3) mentio in sententia fiat *doli*: *L.* 4. §. 1. *&* 2. *de suspect. tutor.* (unde ex contumacia condemnatus infamis non fit. Carpz. *prax. crim.* Q. 94. n. 89. *&* 90.

& 90.) (4) sententia non fuerit suspenſa *appellatione*; *L.* 6. §. 1. *h.* (5) proprio nomine reus condemnatus fuerit, *L.* 6. §. 2. *h. t.* Interim qui per procuratorem condemnatur, infamiam facti contrahit. *L.* 2. *de obſeq. parent.* Dn. Schilter. *Ex.* 10. §. 14 (6) Fama *non fuerit in ſententia reſervata*, quod aliquando hodie in praxi fit, ſed contra juris rationem. Dn. Stryk. *V. M. h* §. *ult.*

7. Excludit hæc infamia a dignitatibus, etiam jam obtentis, *L.* 8. *C. de decur.* *L.* 2. *C. de dignitat.* Minuit fidem *L.* 3 *pr. de teſt.* In fratribus querelæ inofficioſi teſtamenti locum facit. *L.* 27. *C. de inoffic. Teſt.* Perpetuo inhæret perſonæ: *L.* 26. *de pœn.* non tamen heredes ſequitur (exceptio eſt in *L.* 5. §. 1. *C. ad L. Jul. majeſt.*), etiamſi pœna tantum temporalis dictata, *L.* 6. *C. h. t.* *L.* 63. *de furt.* *L.* 4. §. 4. *de re militar.* niſi gravior pœna inflicta. *L.* 10. §. *f. de pœn.* *L.* 13. §. *penult. h.* *L.* 4. *C. h.* *L.* 5. & 15 *pr. de decur.* Specialiter tamen hic privilegiati ſunt decuriones, & advocati. *L.* 8. *de poſtul.* *L.* 15. *pr. ad municipal.* Conf. Schilt. *Exer.* 10. §. 24 & *ſeqq.*

8. Infamia FACTI itidem oritur ex turpi facto, *quod lex in ſpecie non notat, ſed generaliter tantum diſponit, hujuſmodi homines turpiter, & indecore viventes apud graves, & honeſtos viros pro infamibus haberi*, *L.* 13. *C. h. t.* licet eam præciſe certo jure non determinet. Unde hæc infamia non ex mera vulgi opinione dependet. Conf. Hillig. *ad Donell. L.* 18. *c.* 6. *lit. I.* Pertinuiſſe huc vide-

 tur

tur *censura morum* apud Romanos, qui mores intemperantes civium ignominia aliquando notabant. Dn. Thomas. *Diss. de censur. mor. c.* 2. § 21. *seqq.*

9. Hæc infamia a dignitatibus obtentis non removet, sed tantum ab obtinendis: nec simpliciter a testimonio dicendo repellit, sed judicis arbitrio relinquitur, quanta his fides habenda. *L.* 3. *de testib.* Alios effectus enarrat Hahn. *ad W. h. n.* 8. Facilius quoque tollitur infamia juris per restitutionem principis specialem; *L.* 7. *C. de sent. pass.* quæ aliquando per consequentiam a magistratu fieri potest. *L.* 1. §. 10. *de postuland.* Schilt. *Exer.* 10. *th.* 23.

10. Cum hac infamia non confundenda *levis notæ macula*, quæ non ex delicto, sed moribus (I) ex *sordido vitæ genere* oritur, quo referuntur excoriatores, carnifices, lictores, Dn. Stryk. *in V. M.h.* §. 3. & *seqq.* non autem liberi horum: Id. *c. l.* §. 6. vel (II) *ex illegitimis natalibus*, secundum principia juris canonici, contra *L.* 6. *de decur.* & *L.* 3. §. 2. *eod.* conf. *C.* 3. & 5. *D.* 56. Minime vero huc pertinet, qui ducit imprægnatam ab alio, Vid. *L.* 23. *C. de nupt.* aut qui sustinuit torturam.

11. Operatur hæc macula exclusionem a dignitatibus, & collegiis opificum. Dn. Stryk. *cit. loc.* §. 5. Sed locum querelæ de jure civili non facit, quo ignoratur. Similiter, an fides eorum minuatur, vel inde dubium est, quod mali mores, non officii, vel nascendi conditio, suspectam fidem faciant. *TEXT.*

TEXT. NOTAB.

L. quod ait, 2. §. 2. L. 3. L. 4. in f. L. quoniam, 5. L. 6. §. 2. 3. L. in actionibus, 7. L. solet, 10. L. liberorum, 11. L. quid ergo 13. §. 7. L. ob hæc verba, 20. L. Lucius Titius, 21. L. Ictus fustium, 22

Ex Codice. L. infamiæ, 1. L. si Possidonium, 4. L. debitores, 11 L. ea quæ, 13. L. nullam, 14. L. verbum, 17. L. Non damnatos, 18. L. improbum, 20.

Tit. III. (*C. II.* 13.)

De Procuratoribus, & Defensoribus.

1. PROCURATOR est, *qui negotia aliena mandato domini administrat. L.* 1. *h.* Differt ab eo tutor, Giphan. *in Rubr. h. n.* 24. *seqq.* defensor, *L.* 51. 61. 76. *h* Syndicus, actor, Dn. Hopp. *ad* §. 6. *I. de Curat.* negotiorum gestor, executor ultimarum voluntatum, institor, nuncius, &c.

2. Ab *objecto* procurator (1) dividitur in *judicialem*, & *extrajudicialem*. In effectu inter se differunt, quod hic facilius substituere possit, quam ille: *C.* 1. 3. *h. t. in* 6. quod ad negotia extrajudicialia citius minus idoneus admittatur, quam ad judicialia: (2) in *particularem*, & *universalem*. Hujus potestas ordinarie est amplior. *L.* 12. *de pact. L.* 20. *in f. de novat. L.* 12. *pr. de solut. L.* 87. *eod. L.* 17. *in f. de jurejur.*

3. A *potestate* iis competente alius est vel cum *libera*, vel *sine libera*. *G.* 5. *h. t. in* 6. Ille omnia facere potest, quæ ipse dominus, si præsens esset, facere posset, & vellet. Unde *donare* nequit, quia nec ipse principalis hoc facturus præsumitur. *L.* 28. *in f. de pact.* Exemplum est in *A. B. cap.* 19. Hic vero restrictam habet potestatem, & tantum peragit, quantum ipsi concessum.

4. Faciunt etiam leges procuratores in *rem propriam*, & *alienam*. Illi, si ab actore constituti sunt, mandato non indigent, sed loco *dominorum* habentur, *L.* 13. *de pact.* & legitimant suam personam *cessione*. A reo constituuntur, contra quos alias ei datur regressus, & hi propius accedunt ad naturam verorum procuratorum.

5. Requiritur vero, ut (I) constituens *sit dominus* *L.* 23. *C. h.* Tutor solus procuratorem non constituit, sed tantum actorem, vel ipse pupillus auctoritate tutoris constituit procuratorem. §. 6. *I. de curator.* *L.* 11. *C. h.* Gail. 2. O. 107. *n.* 1. Pater vero cum consensu liberorum procuratorem constituit. *L.* 1. *C. de bonis matern.* De Episcopis vide *C.* 9. *h.* & *Tr. jur. eccl. protest.* *l.* 1. *tit.* 38. §. 11.

6. (II) Ut constituatur *habilis*. Inhabilitas æstimatur (*a*) a dignitate: *L.* 30. *C. de locat.* (Vid. tamen Dn. Stryk. *in V. M. h.* § 18.). (*b*) a singulari officio, unde clerici, & milites repelluntur; *Nov* 123. *c.* 6. § *ult. I. de except.* (*c*) a sexu. *L.* 18. *C. h.* (*d*) ab ætate, unde minores repelluntur, Dn. Stryk. *in V. M.* §. 23. quod de jure civili dubium; Huber. *h.* §. 2. (*e*) a potentia *Tit. C. ne liceat. potent.*

7. Habiles possunt plures constitui, & quidem vel conjunctim, quod in dubio censetur factum: *Cap.* 6. *h. t.* vel sub clausula, *in solidum conjunctim, aut separatim*, ut & : *si non omnes*: non vero pro rata. *L.* 38. *h.* Schilter. *Ex.* 10. §. 52. Dn. Stryk. *cit. l.* §. 25. *& seqq.* Ziegl. *in Lancell. lib.* 3. *t.* 2. §. 6.

8. (III) Constituatur *libero partium consensu*; *L.* 25. *h.* per *mandatum* scil. Sicut enim invitus non recipit procuratorem, exceptis personis illustribus. *L.* 25. *C. h.* Dn. Stryk. *c. l.* §. 13. & pluribus litis consortibus: ita nec invitus quis cogitur, ut sit procurator, *L.* 17. *C. h.* exceptis rursus ordinariis judiciorum procuratoribus, Myns. 4. *O.* 32. Unde mandatum in judicio producendum, cum non præsumatur. *L.* 8. §. 1. *h. t.*

9. Præsumitur tamen mandatum (1) in personis conjunctis, *L.* 40. §. *fin. h. cit. L.* (2) affinibus, *L.* 35. *h.* (3) in marito, *L.* 21. *C. h.* (4) consortibus litis, *l. fin. C. de consort. ejusd. lit.* Mev. 3. *d.* 99. Dn. Stryk. *c. l.* §. 44. *& seqq.* ut & (5) eo, qui documenta ad causam pertinentia penes se habet. Menoch. 2. *præs.* 34. Dn. Engelbr. *ad ff. h.* §. 3. *in f.* Modo (*a*) de veritate aliter non constet, (*b*) Cautio de rato præstetur, Barbos. *ad L.* 1. *C. h.* Conf. Hill. ad Donell. *L.* 18. *c.* 12. *lit. h seqq.*, (*c*) actus speciale mandatum non desideret, & (*d*) persona principalis expresse consentire queat.

10. (IV) Requiritur *ut, legitime, & secundum stylum curiæ mandatum conficiatur*. Charta blanca utique non sufficit. Carpz. *P.* 1. *C.* 1. *def.* 28. Conf. disp. nostr. *de Contr. non præl. c.* 2. §. 20. *seqq.*

11. Constituitur vero procurator vel *judicialiter* apud acta, & tunc constitutus censetur cum omnibus clausulis: Dn. Stryk. *de C. C. S.* 2. *c.* 11. §. 13. Carpz. *in Proc. tit.* 5. *art.* 1. *n.* 115. 117. vel *extrajudicialiter*, ubi solemniter conscribendum mandatum, cujus requisita optime recenset Dn. Stryk. *Introd. in pr. for. c.* 10. §. 4. in his consistentia: (1) Nomen principalis & hæredum: *R. I. de an.* 1654. §. 99. (2) Nomen procuratoris, & (3) adversarii: (4) Causa: *L.* 65 *h.* (5) Nomen judicis, & judicii: (6) expressio actuum speciale mandatum requirentium, de quibus, §. 13. (7) Insertio clausularum. (8) Anni, & diei expressio. (9) Subscriptio & subsignatio mandantis. In defectu sigilli addi debet clausula: *in Mangel meines Petschafftes meine eigene Hand.* Carpz. *cit. l. n.* 69. *seqq.*

12. Clausulæ, quæ mandato adjiciuntur, sunt variæ: (*a*) *De rato, & indemnitatis* est supervacua. Dn. Stryk *cit. l.* § 6 & in *V. M. h* § 32. Hill. *ad Donell. l.* 18. *c.* 12. *lit. ee.* Utilior est (*b*) *de hypotheca omnium bonorum*, si forsan post concursus moveatur, ut & (*c*) *de substituendo*: Dn Stryk. *Caut. C. S* 2. *c.* 11. §. 8. (*d*) clausula, *cum libera*, majorem potestatem procuratori concilians.

13. Dixi, *exprimi debere actus magni momenti, qui speciale mandatum exigunt*, quales sunt omnes, qui ingens præjudicium continent, v. c. solutio, renunciatio, transactio, juramenti delatio, compromissum, *C.* 9 *X. de arbitr.* impugnatio facti Domini, restitutio in

in-

Google

integrum, recognitio documentorum. Vid. *Tr. de jure eccleſ. proteſt. lib. I. tit.* 38. §. 10.

14. Requiritur ulterius, (V) ut conſtituatur *in cauſis privati arbitrii*, Dn. Stryk. *V. M.* §. 2. & ſic non facile in cauſis *matrimonialibus*, Brunn. *l. Eccl. l.* 3. *c.* 3. §. 1. ut & *criminalibus* adeo, ut nec accuſator procuratorem conſtituere poſſit. *L. pen.* §. 1. *ff. de publ. judic.* Hodie tamen poteſt, Id. §. 4. *C. Crim. Car. art.* 12. Hill. *ad Donell. cit. l. c.* 11. *lit. e.* niſi in caſu ſuccumbentiæ accuſatori pœna corporis afflictiva immineat. Dn. Stryk. *cit. l.* §. 5.

15. Diverſa ratio eſt inquiſiti, pro quo, ſi (*a*) *præſens* eſt, non admittitur procurator, niſi in cauſa, quæ pœnam mere pecuniariam habet, *L.* 1. *ff. an per al. cauſ. appell.* quemadmodum ſi pœna ullo modo in pecuniariam verti poteſt, præſtita ſufficiente cautione, dimitti ſolet, Dn. Stryk. *cit. l* §. 11. ut tamen ipſe prius reſponderit ad articulos inquiſitionales. Si (*b*) abſens eſt, ita ut etiam condemnari poſſit, defenſor admittitur: *L.* 33. §. 2. *h.* alias non, niſi ad cauſas abſentiæ allegandas, *L. pen.* §. 1. *de publ. jud.* & ad alios actus accidentales peragendos. Conf. Hillig. *ad Donell. cit. l.*

16. Officium procuratoris judicialis conſiſtit in diligenti cura adhibenda circa cauſam in judicium deductam, & cuſtodiendis finibus mandati, etiam *tacite* præſcriptis. *L.* 10. *C. h. L.* 5. *ff. mandat.* Sic qui ad agendum datus eſt procurator, defendere principalem debet in reconventione, *L.* 33. §. 34. *h.* Conf. *L.* 33.

33. §. 5. *L.* 34. *h. L.* 70. *h.* tum etiam appellare, si ad universam causam datus est: *L.* 17. *C. h. C. penult. X. h.* alias sufficit appellationem interponere, quod jure canonico, & moribus probatum est. *cit. C. penult.* Dn. Stryk. *in V. M. h. t.* §. 43. Hahn. *ad W. h. n.* 11.

17. Effectus legitimæ constitutionis principalis in eo consistit, quod procurator per litis contestationem fiat *dominus litis*. *L.* 22. *&* 23. *C. h.* Schilt. *Ex.* 10. §. 46. Hujus dominii varii sunt effectus, (*a*) quoad facultatem substituendi, (*b*) quoad continuandum processum post mortem mandantis, (*c*) quod omnes actus judiciales in procuratorem, tanquam dominum, concipi debeant: *L.* 1. *C. de sentent. & interl.* (*d*) quoad acquisitionem actionis directæ: (*e*) quod post litem contestatam temere revocari non possit, nisi prius causa cognita. *L.* 17. *h. &c.* De praxi hujus dominii egi *in Tr. de jure eccles. protest. tit. de procurat.* §. 41. *seqq.*

18. Agitur hoc titulo etiam de DEFENSORIBUS, *qui reum sine mandato in judicio defendunt*, *L.* 76. *L.* 43. §. *ult. h.* præstita tamen cautione de judicato solvendo, §. 2. *I. de satisdat.* & in actione reali de rato, si ante litem contestatam petatur. *L.* 40. §. 3. *h.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. L. filiusfam. 8 pr. 1. 2. L. si defunctus, 15. §. 1. L. ante L. C. 16. L. post litem, 17. L quæ omnia, 25. L. si actor, 29 L pluribus, 32. L. servum, 33. § 2. 4. 5. L. Non solum, 39. in f. L. Pomponius 40. §. 3. f. L. feminas, 41. L licet

cet, 42. §. 4 L. 43. §. 1. L. 46. § 2 ſeqq L. ignorantis, 49 L Minor, 51. L. ad rem mobilem, 56. L. procurator, 58. ſeqq L. 62 L. procurator totorum, 63 L. procurator, 67 L. 68 L 72 L. ſi reus, 73. L. Titius, 76.
Ex Cod. L. quia abſente, 4 L. reum criminis, 6. L. militem, 7. L qui ſtipendium, 9. L. ſi procurator, 10 L. Exigendi, 12 L. Ita demum L. Non eo minus, 14 L. invitus, 17 L. alienum, 18 L. Mariſus, 21. L procuratoribus, 22.

Tit. IV.

Quod cujusque univerſitatis nomine, vel contra eam agatur.

1. Quibus permiſſum eſt corpus habere collegii, vel alterius ſocietatis, iis ſimul proprium eſt ad exemplum reipublicæ habere res communes, arcam communem, & Syndicum. *L.* 1. *§.* *t. h.*

2. UNIVERSITAS eſt *collectio plurium perſonarum in republica unitarum ad eundem finem publice approbata.* Frantzk. *h. n.* 3. Hahn. *ad W. h. n.* 2. Huber. *h. §.* 1. *&* 2.

3. Cum itaque collegia perſonæ unius vicem ſuſtineant: *L.* 22. *de fidejuſſ.* ſuos quoque habent procuratores, qui *Syndici* vocantur, qui omnino diſtinguendi a curatoribus, ut & adminiſtratoribus univerſitatis, vel reipublicæ. *T.* 1. *ff. de adminiſtrat. rer. ad civit. pertin.*

4. Differt Syndicus a privato procuratore, (1) quod procurator plerunque voluntarie conſtituatur: Syndicus vero neceſſario,

L. 1.

L. 1. §. 1. *L.* 2. 3. *h. t.* modo adversa pars id urgeat, alias admitti potest universitas, præsertim si parva sit. *L.* 5. §. 7. *jud. solv.* Brunnem. *ad L.* 2. *h. t.* (2) Syndicus in plurimis locis *officium publicum* tenet. Hinc (3) ad hoc suscipiendum potest cogi: imo (4), cum universitas non moriatur, nec morte constituentium desinere potest, adeoque (5) syndicatum non est extendendum ad heredes, quæ omnia secus in procuratoribus. Quin (6) Ziegl. *ad Lanc. l.* 3. *t.* 3. §. 7. in eo etiam quærit differentiam, quod, pluribus procuratoribus simpliciter constitutis, alter absque altero in praxi agere nequeat: bene tamen alter ex pluribus syndicis. Sed contrarium ostendi in *Tr. de jur. eccles. protest. tit. de Syndic.* §. 4.

5. Quoad modum legitime constituendi syndicum, multum interest, utrum universitas sit *ordinata*, an vero non. Struv. *Ex.* 7. *th.* 41. Posteriori casu omnia membra universitatis concurrere, *L.* 2. *h.* & duæ partes ad minimum præsentes esse debent, *L.* 3. *h.* & sic quem major pars constituit, Syndicus est. *L.* 19. *ad municipal.* Vocandi etiam sunt pupilli, minores, & viduæ, adeoque horum tutorum *tutoria*, & *curatoria* simul producenda: Carpz. *P.* 1. *C.* 13. *d.* 8. Unde & singuli subscribere debent, etiam tutores. Carpz. *cit. loc. d.* 8. & *P.* 3. *dec.* 205.

6. Priori casu constituunt Syndicum, qui Universitati præsunt, *L.* 3. *D.* 6. §. 1. *h.* Mev. 2. *dec.* 36. & tunc sufficit sigillum universitatis publicum absque speciali subscriptione, Carpz. 3. *R.* 9. cum appositio *nominis collectivi sufficiat.*

7.

7. Qui partes procuratoris ſuſtinere poteſt, ille etiam ſyndici, niſi quod infames etiam olim potuerint eſſe procuratores, ut adeoque regulam potius negative concipiendam putet Dn. Stryk. *h.* §. 4. Non tamen requiritur, ut eligatur ex membris ipſius univerſitatis *L.* 1. § *ult. h.* Martin. *in proceſs. Sax. t.* 7. §. 5. *n* 21. *ſeqq*

8 Legitimant ſyndici ſuam perſonam per *Syndicatum*, in quo poteſtas eorum determinata, nec nudum procuratorium ſufficit, Vid. tamen Mev. 2. *dec.* 35. His tamen, qui *perpetuo officio* gaudent, etiam futuræ cauſæ commiſſæ cenſentur abſque novo mandato ad ſingulas cauſas. Theſaur. *D.* 59 Dn. Stryk. *c. l.* §. 13. Deſtituti omni mandato ægre admittuntur, licet caveant de rato, & ſint membra illius univerſitatis, Schilter. *Ex.* 10. §. 56 *ſeqq* niſi cauſa concernat intereſſe ſingulorum de illa univerſitate. Stryk. *c. l.* §. 7.

9 Circa *revocationem* diſtinguendum, utrum ſint *perpetui*: an *temporales*. Illi difficilius revocantur, quia eorum officium publicum eſt. Stryk. *c. l.* §. 16. Qui tantum ad tempus in collegiis minoribus ad certam aliquam cauſam ſunt conſtituti, facilius revocari poſſunt,

TEXT. NOTAB.

L 1. §. quibus autem, 1. L. ſi municipes, 2. L. nulli, 3. L. 4. L. 5. L. ſunt, 7. §. 1. 2. in f.

Tit.

Tit. V. (C. II. 19)

De negotiis geſtis.

1. QUod *defenſor* eſt reſpectu *negotiorum judicialium*: id negotiorum geſtor eſt reſpectu extrajudicialium. Eſt vero NEGOTIORUM GESTIO *quaſi contractus, quo quis ignorantis negotia in ejus utilitatem ſine mandato gratis adminiſtrat animo alterum obligandi.* Frantzk. *h. n.* 3.

2. Ut itaque alter inde obligetur, requiritur (I) *geſtio negotii alieni*, quod variis modis contingere poteſt. Vid. Hahn. *ad W. h. t. n.* 4. Hilliger. ad Donell. *L.* 15 *C.* 17. Proinde (*a*) non adeſt hoc negotium, ſi quis ſuum negotium in propriis bonis, quamvis in gratiam alterius geſſerit. *L.* 6. §. 4. *h.* (*b*) Error in perſona tertii, cujus negotia ſunt geſta, non nocet, modo negotia re vera fuerint aliena. *L.* 5. § 1. *L.* 4. 5. §. *ult. h.* Conf. *L.* 29. *ff. comm. divid.* Imo (*c*) qui proprium geſſit negotium, licet in effectu fuerit alienum, de ſtricto jure alterum non obligat: aliud tamen eſt de æquitate. *L. fin. h.*

3. (II) *Ut alienum negotium geratur alterius cauſa.* Qui ſui lucri cauſa ad negotium alienum accedit, eatenus tantum ſumptus repetit, quatenus dominus locupletior factus. *L.* 6. §. 3. *h.*

4. (III) *Ut geratur utiliter*, licet effectum non habuit. *L.* 10. §. 1. *h.* Ex hoc enim ori-

oritur æquitas obligationis ultro, citroque. *L.* 2. *h.* Obligat tamen negotium inutiliter gestum, si a Domino comprobatum. *L.* 9. *h.* Fluit quoque exinde obligatio ad diligentiam exactissimam: *L.* 25. §. 16. *fam. ercisc.* §. 1. *in fin. I. de obl. quæ quasi ex contractu.* *L.* 6. §. *fin. h. L.* 21. *C. mandat.* Struv. *Ex.* 7. *th.* 50. Schilt. *Exer.* 10. *th.* 67. aliquando tamen etiam ad casum, *L.* 10. §. 1. *h.* sicuti etiam aliquando tantum ad culpam latam. *L.* 3. §. 9. *h.*

5. (IV) Ut negotia *ignorantis* gerantur, quamvis *præsens* fuerit. Frantzk. *h. n.* 10. 11. Hinc *inviti* negotium non geritur, nisi utilitatis publicæ ratio aliud suadeat, ut in *actione funeraria.* Dn. Stryk. *de C. C. S.* 3. *c.* 1. §. 2. Nec statim *ratihabitio* subsequens mandatum inducit, præsertim si negotium in totum absolutum. *L.* 9. *h.* Secus est, si, dum negotium adhuc geritur, superveniat. Frantzk. *h. n.* 13. Effectus consistit in eo, quod negotiorum gestio non infamet, sicuti mandatum. Interim majorem diligentiam requirat.

6. (V) Ut geratur cum *intentione alterum obligandi*: alioquin non oritur ultro, citroque obligatio, veluti si ex *pietate*, vel *amicitia* negotium gestum, *L.* 11. & 15. *C. h.* *L.* 31. & 34. 44. *h.* quo casu præsumitur animus donandi. Possunt tamen contrariæ præsumtiones adesse, quæ præsumtionem ex *pietate* elidunt, utpote si avia nepotis negotia gessit, & impensas in rationes retulit: bona ejus administravit, simulque pro-

te-

testata est. *L.* 34. *h.* Tota hæc res non in jure, sed facto consistit, *cit. L.* 34. & sic res ex circumstantiis dijudicanda.

7. Ex negotiorum gestione ita comparata actio oritur tum *directa*, tum *contraria*. Illa oritur ex obligatione principali gestoris, competitque domino adversus gestorem ad rationes administrationis reddendas, & restituendum quod ad eum pervenit, vel pervenire potuit, etiam cum usuris, & denique ad resarciendum damnum quavis ejus culpa datum. *L.* 2. *L.* 19 §. 4. *L.* 38. *h.* Tenetur quoque aliquando etiam de non gestis, quæ gerere debuit. *L.* 16. 21. §. 2. *ff. h.* Hillig. *ad Donell. lib.* 15. *c.* 15. *lit. D.*

8. Ex obligatione domini *secundaria*, datur actio *contraria* competens ei, qui utiliter gessit negotium, ad *indemnitatem consequendam*. Hæc consistit (I) in repetitione impensarum necessariarum, & utilium, *L.* 2. *L.* 27. *pr. L.* 45. *pr. h.* intra modum factarum: *L.* 25. *h.* (II) ejus quod gerenti alias abest ob causam negotii gesti, *L.* 10. *C. h.* etiam ratione usurarum, *L.* 18. *C. h.* vel abfuturum est, si forsan se obligavit. *L.* 28. *in fin. h.*

9. Alio sensu etiam *directa* opponitur *utili* actioni, quæ ex æquitate contra formulam præscriptam competit. Vid. *L.* 19. §. 2. *L.* 3. §. 10. *L. ult. ff. h. L.* 11. & 17. *C. eod.* Sed in effectu inter utramque nihil interest. *L.* 47. *h.*

TEXT

TEXT. NOTAB.

L. si quis, 2. L. 3. §. 9. 10. L. item si, 5. in f. L. si pupilli, 6. §. 3. 6. 9. L. quia tantundem, 7. L. Pomponius, 9. L. sed an ultro, 10. §. 1. L. si negotia, 11. L. atqui natura, 19. §. 4. L. 21. §. 2. L. 27. in f. L. Neſennius Apollinaris, 34. L. ſolvendo, 39. L. si communes, 40. L. is qui, 44. L. actio negot. gest. 47.
Ex Cod. L. cum Tutores, 1. L. curatorem, 6. L. alimenta, 11. L. quod in uxorem, 12. L. si paterno affectu, 15. L. tutori, 20. L. si quis nolente, 24.

Tit. VI. (C. IX. 46.)

De Calumniatoribus.

1. C*Alumniatores* vario in sensu accipiuntur Schilter. *Ex* 10. §. 71. Hic denotant ejusmodi *homines, qui pecuniam, aliamve rem accipiunt, ut alteri calumniosam litem faciant, vel non faciant*. *L.* 1. §. 2. & 3. *L.* 7. *h.*

2 Proposuit contra eos Prætor actionem in factum pœnalem in quadruplum intra annum, post annum in simplum. *L.* 1. *pr. h.* Datur hæc actio ei, cujus intuitu pecuniæ data, ut negotium per calumniam ipsi fieret, vel non fieret. *L.* 3. §. *ult. L.* 7. *h.* Contra dantem *injuriarum* agitur. Illi vero, qui dedit, ne alteri negotium fieret, datur *condictio ex turpi, vel injusta causa*, ad repetendum datum. In hæredem prior non competit, nisi ad extorquendum turpe lucrum, quod ad

eos

eos pervenit, *in factum* agatur. *L.* 5. *pr. h.*

3. Plura alia remedia sunt prodita contra calumniatores, quæ congessit Schilter. *c. l.* §. 73. Hodie quoque calumniam coerceri in confesso est: sed an hæc actio adhuc in quadruplum locum habeat, merito dubito. Vid. Stryk. *in V. M. h.* §. 2. Schilter. *c. l.* §. 74. *seqq.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. §. 3. L. & generaliter, 3. §. 3. L. in heredem, 5 L. 7. pr.
Ex Cod. L. malo, 2. L. fallaciter, 9. L. quisque, 10

Lib. IV. Tit. I. (C. II. 20. seqq.)

De in integrum restitutionibus.

1. Restitutio in genere est *amissæ causæ redintegratio, & in pristinum statum deductio.* Obtinet (I) in *criminalibus*, ſitque vel ex *mera gratia*, & a solo Principe conceditur: *L.* 27. *pr. de pœnis.* vel ex capite *innocentiæ*: *Tit. de sent. pass. & restit.* (2) in *civilibus* ex singulari *æquitatis* ratione propter læsionem iniquam, quæ hujus loci est.

2. Hoc sensu est vel *prætoria*, vel *civilis*. Ad civilem vulgo referunt casus in *L.* 31. *de jurejur. L.* 53. *de re judicat. L.* 2. *C. de resc. vendit.* quin etiam præterea restitutionem reipublicæ. Dn. Stryk. *in V. M. tit. de min.* §. 12. Differentiæ ratio consistit in duratione. Vid. Hahn. *ad W. h. n.* 5.

3. O-

3. Omnis restitutio requirit, (I) ut *fiat a magistratu majori*: *L. ult. C. ubi & apud quem cogn. in integ. restit.* hodie a quocunque, Stryk. *c. l.* §. 6. etiamsi ab ipso læsio oriatur. Mev. 2. *dec.* 152. Debet esse competens vel respectu domicilii, vel rei sitæ, non vero contractus Engelbr. *ad ff. h.* §. 3. Struv. *Exer.* 8. *th.* 4. Arbitris jus restituendi non competit, quia jurisdictione destituuntur. *L.* 3. *C. ubi & apud quem.*

4. (II) *Petatur a parte læsa*: ipso jure non competit. Sichard. *ad Rubric. C. h.* Petitur vero vel per modum *actionis*, Hill. *ad Donell. L.* 21. *c.* 4. *lit. e.* vel exceptionis, *L.* 24. §. *fin. de minor. L.* 9. §. 4. *jurejur.* vel separato processu, vel incidenter, *C.* 6. *X. h.*

5. (III) Fiat *ad præcedentem causæ cognitionem*, *L.* 3. *h.* Unde & pars adversa citanda, *L.* 39. *de adopt.* Frantzk. *h.* § 12. (IV) Probetur *læsio* haud *culposa*, quæ (*a*) ex ipso debet resultare negotio, (*b*) esse alicujus momenti. *L.* 3. 4. *h.*

6. (V) adsit *justa causa*, quales in jure vel sunt *determinatæ*, vel *indeterminatæ*, sub generali tamen regula comprehensæ: (VI) *non adsit contra eandem personam remedium ordinarium*. (Est enim restitutio *extraordinarium*, *L.* 16. *de min*), nisi restitutio sit utilior; *L.* 13. *in fin. ff. de min.* (VII) Petatur *intra legitimum tempus*, quod olim annale erat, *L.* 18. *&* 19 *de min.* postea mutatum in quadriennium continuum, *L. ult. C. de integr. restit.* a die remoti impedimenti computandum. Frantzk, *h. n.* 29. Aliquando tamen remedium hoc mi-

nori

nori tempore durat *L.* 26. § 8. *ex quib. cauſ. major.* Frantzk, *c. l. n.* 25. & 26.

7 Hoc modo valide intentatur hoc remedium, a perſonis læſis, & heredibus, *L.* 6. *h L.* 18 §. *ult. de min.* imo etiam ſucceſſoribus ſingularibus, *L.* 24. *pr. de min.* quia non tam perſona, quam res, reſtituitur Frantzk. *c. l. n.* 39. adverſus lædentes, niſi obſtet reverentiæ reſpectus. *L.* 2. *C. qui, & adverſ. quos.*

8. Agitur ad *reſcindendum negotium* ſtricto jure validum, & priſtinum jus reſtituendum. Quod tamen propterea non expeditur duplici judicio, reſcindente, & reſciſſorio. Struv. *Exerc.* 8. *th.* 3. Pagenſtecher. *in Sicil. ad Lauterb. manip.* 3. *p.* 47.

9. Effectus *petitæ* reſtitutionis eſt, quod, pendente controverſia, nihil novi fieri poſſit, *L.* 11. *C. in integr. reſtit. poſtul.* cum ſit inſtar remedii ſuſpenſivi. Exceptio eſt in *C.* 6. *X. h. t. Impetratæ* vero, quod omnia in priſtinum ſtatum ſint reducenda *L.* 22. §. 1. *ex quib. cauſ. maj. L.* 24. §. 4 *L.* 39 § 1. *de min.* ab utraque parte, modo ſint connexa. Vid. *L.* 28 *ff. de min.* Greve *Exer* 6. *ad ff h.* 13.

TEXT. NOTAB.

L. omnes, 3. L. ſcio, 4. L. non ſolum, 6. L. Divus, 7.
Ex Codice. L. quoniam, 2. L. cum ſcimus, 3. *ubi & apud quem.*

Tit.

Tit. II. (C. IV. 2.)

Quod metus cauſa geſtum eſt.

1. VIS eſt *majoris rei impetus, qui repelli non poteſt. L.* 2. *h.* Metus vero *inſtantis*, *vel futuri*, *vel præſentis periculi cauſa mentis trepidatio. L.* 1. *L.* 9. *pr. h.* De jure Nat. negotium metu geſtum eſt nullum. De jure Romano idem obtinuit in negotiis b. fidei, *L.* 116. *de R. I. L.* 1. *C. de reſcind. vendit.* Noodt *de Formul. emend. dol. mal.* Stricti juris vero negotia valebant.

2. Inde oritur prima cauſa reſtitutionis, quæ, ut locum habeat, ſupponit (I) quod aliquid ſit *geſtum*, h. e. per alienationem, liberationem, promiſſionem, negotium ſtricti juris cum altero initum. Frantzk. *h. n.* 8. Ad teſtamenta, aliosque actus ſolitarios non pertinet, qui ipſo jure nulli ſunt.

3. (II) Ut gerens per *vim præſentem compulſivam* ad hoc adigatur. Reliquæ ſpecies violentiæ huc non ſpectant, quæ pariunt alia remedia. Neque etiam ſufficit omnis ſuſpicio inferendi mali. *L.* 9. *pr. h. L.* 9. *C. h.* Hinc (III) *agens per vim*, *aliquid ad actum conferre debet.* Si enim mere paſſivum ſeſe habuit: actus in totum eſt nullus. Dn. Stryk. *in Not. ad Lauterb. h. ab init.*

4. (IV) Ut metus ſit juſtus, ſeu *non vani hominis*, ſed qui in conſtantiſſimum hominem cadit. *L.* 5. & 6. *L.* 7. *pr. h.* Non ſufficiunt metus reverentiæ, infamiæ, *L.* 7. *cit. l.* Huber.

h. §. 2. aut minæ verbales, *L.* 9. *C. h.* nisi a tali homine proficiscantur, qui potest, & solet minas exequi. Huber. *cit. loc.* Aliud in metu mortis, verberum, vinculorum, carceris. *L.* 7. §. 1. *h. L.* 6. *C. h.*

5. (V) Ut vis *a parte inferentis sit injusta*, vel contra bonos mores. *L.* 7. *in f. L.* 8. *pr. h.* Aliud est, si jure licito inferatur, *L.* 3. §. 1. *h. L.* 84. §. *ult. de legat.* 1. veluti a magistratu, nisi & hic modum excesserit. *c. L.* 3. *l.* 7. §. 1. Unde nec *urpheda*, quam tortus, vel incarceratus inique præstitit, magistratum liberat. *art.* 20. *C. C. crimin.* Hahn. *ad W. h n.* 3.

6. (VI) Ut *damnum* sit illatum. *L.* 12. & 13. *h.* In negotiis itaque nullis non adest læsio, & sic nec restitutio. *L.* 21. §. 3. *h.* Sic etiam, si verus debitor solvere coactus est, hoc edicto non juvatur, ut creditor jus crediti amittat. *L.* 12. *L.* 13. *h. t.*

7. Hisce concurrentibus requisitis, datur læso actio, vel etiam exceptio, *quod metus causa.* De hac infra *Tit.* de *dol. mal* & *met. exc,* Illa est in rem scripta, arbitraria, & pœnalis mixta, competens metu læsis adversus quemcunque possessorem, ad rem restituendam, aliquando etiam in quadruplum. Metus tamen antea doceatur. *L.* 23. *pr. h.* Heredes *ex æquitate* tenentur, quatenus ad eos pervenit aliquid, *L* 16. *h.* & quidem perpetuo, *L.* 19. *h.* & sufficit semel pervenisse ad primum heredem, quo casu heredis heres omnimodo tenetur. *L.* 17. *h.*

8. Hoc peculiare habet, quod detur contra quemvis possessorem *L.* 1. *L.* 14. §. 1. *h.* Hoc tamen interest, (I) quod tertius bonæ fidei possessor non teneatur de periculo: *L.* 14. §. 5. *h.* re autem extante, tenetur. Quorsum pertinere videntur verba *cit. L.* 14. §. 5. *h. vers. Unde quidam*: ast ipse metum inferens indistincte de casu fortuito tenetur. (II) Quod ipse metum inferens & fructus percipiendos restituere teneatur: *L.* 12. *pr. h.* non vero bonæ fidei possessor, nisi in quantum locupletior redditus. L. 18. *h.* Brunn. *parat. h. q.* 26.

9. In quadruplum non datur simpliciter, sed (*a*) *intra annum*; *L.* 10. *L.* 14. §. 1. *h.* (post annum autem in simplum ad 30. annos, §. 27. *de action.* qui mutatus est in quadriennium continuum *l. ult. C. de tempor. restit.* Stryk. *in V. M.* §. 4. *h.*) (*b*) tunc demum, *si ad arbitrium judicis ante sententiam actori non restituerit*. *L.* 14. §. 4. *h.* Quadruplatur autem res cum fructibus & omni causa. *L.* 14. §. 7. *h.* Aliquando etiam pretium restituendum, si quis videlicet ad rem suam vendendam coactus fuerit. *L.* 3. *C. h.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. L. vis, 2. L. metum, 6. L. hec timorem, 7. L. isti quidem. 8. § 2. L. metum autem, 9. pr. §. 4. 6 f. L. si quis, 11. L. sed & partus, 12. in f, L. extat, 13. L. item, 14. § 2. 3. 4. 13. L. quod diximus, 16. in f. L. videamus, 17. L. si res ipsa, 18. L. quod autem, 19 L. si mulier, 21. §, 5. L. non est verisimile, 23. pr.

Ex Cod. L. cum te non solum, 2. L. metum, 9.

Google

Tit. III. (C. II. 21.)

De dolo malo.

1. GEneraliter *dolus* denotat quodvis pessimum consilium data opera alteri nocendi, & omnibus delictis inest, & sic etiam metui. *L.* 14. §. 13 *quod metus caus.* Huic aliquando, si de *interesse civili* agitur, æquiparatur culpa lata, quæ proinde dicitur *præsumptus* dolus. Vid. *L.* 26. *de V. S. L.* 32. *deposit.*

2. Speciali in sensu *dolus malus* est omnis *calliditas*, *fallacia*, & *machinatio ad circumveniendum*, *fallendum*, *decipiendum adhibita*: *L.* 1. §. 2. *h.* vel est *calliditas*, *qua lædendi*, & *circumscribendi alterius causa aliud agitur*, & *aliud agi simulatur*. *L.* 7. §. 9. de *pact.* De hac specie hic sermo est, ex qua datur restitutio.

3. Requiritur vero (I) *dolus malus*, uti §. 2. descriptus, conjunctus cum inexcusabili quadam calliditate. *L.* 7. §. *ult. h.* Hinc (*a*) sine dolo malo aliud agentes, aliud simulantes, ut tueantur sua, vel aliena, huc non pertinent. *L.* 1. §. 2. 3. *h.* Frantzk. *h. n.* 6. Multo minus (*b*) dolus, qui dicitur *ex re*, sufficit: *L.* 36 *de V. O. L.* 2. §. 3 *seqq. de dol. mal.* & *met except.* parit tamen, si læsio est ultra dimidium, restitutionem *ex L.* 2. *C. de rescind. vendit.*

4. (II) *Ut negotium stricti juris dolo malo gestum sit*. Equidem, quemadmodum metus,

ita

ita multo magis dolus de jure naturæ negorium facit ipso jure nullum: sed leges Romanæ id non admisere in contractibus stricti juris, *L.* 36 *de verb. obl.* in quibus quod non expressum, pro omisso habendum, *L.* 99. *eod.* & sic propter hos inventa hæc restitutio, *L.* 7 § 3. *h.* quamvis semel introducta ad alia negotia extra contractus dolose gesta postea applicari cœpit, ut agi possit ad interesse. *L.* 7. *C. h. L.* 8. *L.* 9. §. 2. *ff. h*

5. In negotiis vero *bonæ fidei* distinguunt Dd. inter dolum *dantem causam contractui*, ubi quis fraudibus inducitur ab alio ad contrahendum alias non contracturus, *L.* 7. *pr. h.* & *incidentem*, ubi quis in negotio decipitur, non vero ad contrahendum inducitur. *Priori* casu nullum esse volunt negotium: *L.* 7. *pr. h.* electione tamen decepto salva, velitne negotium dicere nullum, an servare, & quanti intersit petere. Struv. *Ex.* 8 *th.* 28. Posteriori vero tantum agi posse censent ex illo contractu, in quo dolus admissus, ut læsio, salvo contractu, resarciatur. *L.* 7. *pr.* & §. 3. *h. L.* 13. §. 4. & 5. *de actio. empt. vend.* Verum rectius etiam hic electio decepto danda, malitne contractum nullum dicere, an vero servare, propter *L.* 5. *C. de rescind. vend. L.* 12. §. 1. *de jur. dot. L.* 16. §. *penult. de min. L.* 3. *C. commun. utriusque jud. L.* 11. §. 5. *D. Act. E. V.* Noodt. de *Formul. emendand. doli mali.*

6. (III) Ut *nulla alia ordinaria actio competat*, *L.* 1. §. 4. *h.* nisi (*a*) dubitetur, an

alia adsit actio: (*b*) actio concurrens æque sit famosa: *L.* 7. §. 3. *L.* 9. §. 2. *h.* Hahn. *ad W. h. n.* 5. (*c*) actio, quæ competit, inanis sit: *L.* 5 & 6. *L.* 7. §. 8. *h.* vel (*d*) tempus, intra quod instituenda, dolo adversarii effluxerit. *L* 1 §. 6. *h.* Conf. Cornel. Van-Eck. *in Princ. jur. h.* §. 11. Frantzk. *h n.* 20. Inde jam explicari potest. *L.* 5. §. 2. & 3. *de P. U. junct. l.* 2. *h.*

7. (IV) *Læsio non modica*. *L.* 10. *ff. h.* Unde causæ cognitio prætoris requiritur, *L.* 9. §. *ult. h.* & speciatim exprimendum, quid dolo malo factum sit. *L.* 16. *h.* Ob læsionem tamen modicam facilius admittitur actio in factum. Hahn. *ad W. h. in fin.*

8. (V) Ut *ratio personarum habeatur*, contra quas instituitur. Neque enim instituenda contra personas, quibus reverentiam debemus: sed utendum actione *in factum*, verbis in factum temperatis, *L.* 11. §. 1. *h.* quia infamat. *L.* 15. §. 3. *h.* Unde quoque contra heredem non datur. Si tamen locupletior ex dolo defuncti factus sit, actio *in factum* perpetuo competit. *L.* 28 *L.* 29. *h.*

9. (VI) Ut *intra biennium continuum* instituatur, quod hodie sufficit, quamvis de jure Romano intra biennium finiri debuit: sed actio subsidiaria in factum perpetua est, *L.* 28. *in fin. h.* Schilter. *Ex.* 11. *th.* 21. & adhuc, elapso biennio, competit in quantum dolosus locupletior factus. *L.* 28. *cit.* Frantzk *h. t. n. ult.*

10. His concurrentibus requisitis, datur *actio de dolo* personalis, arbitraria; compe-

Google

petens ei, qui dolo alterius malo deceptus est, contra decipientem ad rei dolo amissæ restitutionem cum omni causa, quæ aliquando per juramentum in litem æstimatur, si decipiens non restituat, secundum arbitrium judicis: *L.* 18. *h.* aliquando etiam ad interesse. Vid. §. 4. *in f.* Qood si in negotio b. f. dolus est admissus: agitur vel remedio *nullitatis*, vel ex ipso contractu purgatur dolus, ut recipiat actor, qoanti sua intersit. Utrobique intra 30. annos agendum est.

TEXT. NOTAB.

L.pr.1. §. 2. 3. 4. L. Nam is, 6. L. & eleganter, 7. pr. §. 3 L quod si, 8. L. si quis adfirmavit, 9. §. 2. L. non debet, 11. seq. L. sed ex dolo, 15 pr. §. 1 3. L. arbitrio, 18 pr. L 22 L. in heredem, 26 L. Itaque, 28 L si duo, 36.
Ex Cod. L 2 L. si superstite, 5. L. Dolum, 5. L optimum, 8.

Tit. IV. (*C. II.* 21.)

De minoribus XXV. annis.

1. CONtinetur hic *restitutio minorum* lapsorum in negotiis civilibus ob lubricum ætatis, *L.* 1. *pr.* 2 quæ summarie peragitur. *L.* 24. *in f. h.* Requiritur vero (I) *minorennitas*. *Minorennes* bic illi sunt, qui annum xxv. non impleverunt, quod tempus a momento in momentum spectatur, *L.* 3. §. 3. *h.* & sic XI. dies nuper calendario subtracti computandi. De die intercalari vid.

 Fran-

Frantzk. *h ab init.* Hic terminus de jure communi quidem certus, variat tamen ex Statutis locorum. Vid. Stryk. *in V. M. h.* §. 2. *seqq.* Schilt. *Ex.* 11. §. 24. *seqq.* Imo & qui minorennes revera sunt, possunt quandoque haberi pro majorennibus (1) ob juramentum corporale præstitum: *L.* 1. cum *Auth. sacramenta puberum*. C. *si advers. vend.* Hillig. *ad Donell. L.* 21. *C.* 13. (2) Si princeps minorem pro majorenni declaraverit. *L.* 2. *C. de his qui ven. ætat. impetr.* Et hactenus non restituuntur, nisi contra ætatem. *L* 1. *C. h.* Engelbr. *ad ff. h.* §. 22.

3. Probanda autem est hæc ætas. *L.* 9. *C. de probat. L.* 4. *C. h.* olim libris censualibus: *L.* 3. *pr. L.* 4. §. 5. *de censib.* Hodie plerumque libris baptismalibus, si de præcisa die non est quæstio: alias tantum baptismus inde probatur. *Vid. Jus Paroch. sect.* 4. *c.* 1. §. 30. Strauch. *Diss.* 27. *th.* 18. C. I. A. *h. th* 102. Dn. Harprecht. *Vol.* 1. *Cons. Tub* 12. *n.* 10. *seqq.* Professio parentum quoque recipi potest, *L* 16. *de probat.* quæ hic æque, ac in quæstione de genealogia, probat. *C.* 5. & 22. *X. de testib.* Quod si dolo se majorem dixerit; cessat restitutio. *Tit. C. si minor se major.*

4. (II) *Ut aliquid cum minore fuerit gestum.* *L.* 1. §. 1. *h* Quo etiam pertinent quæ a minore sunt neglecta *L* 44 *h.* sive in judicio, sive extra judicium. Quod explicatur in *Titulis C. si advers. rem judicat. &c.* etiamsi minor curatorem habuerit. *L.* 3. *C. de in integr. restit. L.* 2. 3. *ff. C. si tut. vel*

cur.

cur interv. Non vero datur (1) contra delicta dolosa: *L.* 37. *pr. h. L.* 1. *C. si advers. delict.* bene tamen culposa. *L.* 2. *eod.* Huber. *h.* § 9 (2) Contra gesta cum parentibus, & patronis, qua talibus: *L.* 2. *C. qui, & advers. quos. Novell.* 55 *c.* 1. (Conf. Hillig, *ad Donell. Lib.* 21. *c.* 8. Dn. Berger. *special. Comment. ad cit. L.* 2. §. 6. *seqq.*) (3) contra dationem libertatis: *Tit. C. si advers. libert.* (4) contra omissionem actionis injuriarum, *L.* 37. *C. h.* (bene tamen querelæ inofficiosi. *L.* 1. *C. de in integr. restit.*) & (5) contra matrimonium. Hill. *ad Donell. cit. l. c.* 12 Engelbr. *c. l.* §. 44. Struv. *Exerc.* 8. *th.* 57.

5 (III) Ut minor *manifesto læsus* fuerit. *L.* 24 §. 1. *h. L.* 12. § 1. *de administr. tutor.* Unde negotia ipso jure nulla huc non spectant, quia ipso jure tuti sunt. *L.* 16 §. 1. *L.* 3. *C. h. L.* 24. *de re judicat.* Ipsa læsio est æstimanda ex tempore contractus. Hilliger. *ad Don. lib.* 21. *c.* 9. *lit. A.*

6. (IV) Ut læsio contingat *propter lubricum ætatis*. Neque enim huc spectant damna fatalia, qua talia: *L.* 11. §. 4. & §. 5. *h.* aliud, si & hic quædam imprudentia præcesserit, quo pertinet, si rem sorti commiserint. *L.* 11. §. 5. *h.* Huber. *h.* §. 4. Lubricum tamen ætatis non attenditur in iis negotiis, in quibus certæ artis peritiam profitentur. Struv. *Ex.* 8. *th.* 55.

7. Probanda est ante omnia hæc læsio. *L.* 9. §. 4. *de injur. L.* 5. *C. h.* Hillig. *ad Donell. L.* 21. *c.* 10. Aliquando vel sola allegatio negotii gesti sufficit, si læsionem per

se continet. *L.* 7. §. 3. *h.* Struv. *Ex.* 8. *th.* 48. Mev. 7. *dec* 287.

8. (V) Ut negotium in minorennitate gestum *major factus non comprobaverit*. Quod fieri potest vel *expresse: L.* 1. & 2. *C. si major fact. rat. hab.* vel *tacite*, si (*a*) negotium in majorenni ætate *scienter* geritur, quod necessariam approbationem negotii antea gesti continet, *L.* 3. §. 1. & 2. *h.* veluti si pretium rei alienatæ petit, si solvit, si annuos reditus accipit, si (*b*) tempus restitutioni præstitum, (*quadriennium* scilicet a primo die anni XXVI. computandum. Engelbr. *cit. l.* § 25.) labi patitur. *L. ult. C. de tempor. in integr. restit.* Si veniam ætatis impetravit minor: quadriennium non ante finiendum, nisi obtenta vera majorennitate. *L.* 5. *C. de tempor. in integr. rest.* Schilt. *Ex.* 11. § 27.

9. (VI) Ut *semel antea non fuerit denegata*. Sic enim ex eadem causa non amplius conceditur. *Tit. C. si sæp. restit. in integr. postulet.* A rejecta tamen restitutione appellari potest.

10. Denique (VII) requiritur, *ut non æque sit privilegiatus, contra quem restitutio petitur*, *L.* 34. *L.* 11. §. 6. *h.* nisi privilegium ætatis sit fortius: *L.* 11. §. 7. *L.* 12. *h.* vel alter certet de damno, & alter de lucro captando.

11. Concurrentibus his requisitis, restitutio haud deneganda minori, & *ex ejus persona* heredi. *L.* 18. §. 5. *L.* 19. Imo propter minorem aliquando quoque simul restituitur major, si (*a*) ei cedere debet restitutionis bene-

beneficium: *L.* 24. *pr. h.* (*b*) ſi minor alias reſtitui non poteſt, veluti ſi minor ſocium majorennem in *cauſa individua* habet: *L.* 4. §. 4. *ſi ſerv. vindic. L.* 29. §. 1. *h.* alias ſoli minori reſtitutio prodeſt, *L.* 3. §. 4. *h.* ut nec fidejuſſores inde liberentur, *L.* 13. *pr. h.* quin potius minor adverſus utrumque, & fidejuſſorem, & creditorem reſtituatur, *c. L.* niſi alia cauſa majoribus communis concurrat, quæ quoque fidejuſſori prodeſſe debet. Struv. *Ex.*8. *th.* 60. Ex eodem fundamento reſtitutio filiifam. non prodeſt patri. *L.* 3. §. 4. *h.*

12. Reſtituitur minor adverſus eum, quocum negotium geſtum eſt, etiam contra fiſcum. Non facile adverſus *tertium poſſeſſorem*, niſi (1) minor rem ipſam potius habere, quam intereſſe velit: *L.* 9. *pr. L.* 13. *in fin. L.* 14. & 15. *h.* (2) is non ſit ſolvendo, quocum negotium geſtum: *L. cit.* 13. (3) tertius m. f. emerit. *L.* 13. §. 1. *L.* 14. *h. t.*

13. Utuntur hoc eodem beneficio *Eccleſiæ, reſpublicæ*, aliaque pia corpora, quæ comparantur minoribus, in *C.* 1. & 3. *X. de reſtit in integr. L.* 3. *C. de jur. reipubl.* Cum vero nunquam ad majorennitatem perveniant; Stryk. *in Not. ad Brunn. Jus eccleſ. l.* 2. *c.* 14. §. 7. quadriennium computandum eſt a tempore læſionis cognitæ. *L.* 1. & 2. *de reſtit. in integr. in* 6. Gales. *ad Clem. un. de reſtit. in integr. n.* 43. Proinde illud non currit, durante vita Rectoris male alienantis: ſed demum incipit currere tempore

successoris, ut primum scivit illicitam alienationem. Ziegler. *ad Lancell. lib.* 3. *t.* 81. §. 3. Rectius tamen hæc restitutio ad civiles referri deberet, ceu supra jam dictum. Linck. *ad Decret. t. de in integr. restit.* §. 4.

14. Sunt etiam in perpetua cautela feminæ Saxonicæ, & Hamburgenses, aliæque secundum Statuta locorum. Mev. *ad jus Lubec. L.* 1. *tit.* 7. *art.* 4. *n.* 8. Unde disputant, utrum etiam hæ restituendæ sint. Quod Saxones negant. Vid. Jacobi *Disput. de in integr. restit mulierum. c.* 2.: Alii affirmant. Dn. Jo. Sam. Stryk. *Disp. jur. singul. fem. Hamburg. c.* 1. §. 13. Schilt.. *Ex.* 11. *th.* 9. Prior tamen sententia probabilior est.

TEXT. NOTAB.

L. 1. pr. §. 2. 3. L. Denique Divus, 3. §. 1. 2. 3. 4. L. Minoribus, L. ait Prætor, 7. §. 3. 6. 9. L. minor etiamsi, 8. L. si ex causa, 9. §. 3. 5. L. Verum vel de dolo, 11. §. 4. 6. 7. L. si apud minorem, 12. L. in causæ cognitione, 13. pr. L. plane, 14. L. in causæ cognitione, 16. pr. §. 4. L. interdum, 19. L. quod si minor, 24. §. 1. 2. 4. L. illud, 25. L. etiamsi patre, 29. L. si minor, 34. L. auxilium, 37. pr. §. 1. L. 38. L. si index, 41. L. de ætate, 43. L. minor se in id, 48.

Ex Codice. L. Illud, 1. L. si curatorem, 3. L. minoribus, 8. L. Non videtur, 9. *de in integr. restit. minor.* L. postquam, 1. L. si ea 2. *de fidejuss. min.* L. si jam, 1. L. etiam, 3. L. si creditor, 4. L. etiam tutoribus, 5. *si Tut. vel Cur. interv.* L. un. *si in communi*. L. adversus, 3. *si adv. rem judic.* L. si minor, 1. Auth. sacramenta puberum, *si adv. vendit.* L. 1. *si adv.*

adv. transact. L. in delicto, 2. *si adv. solut.* L. in criminibus, 1. *si adv. delictum* L. 1. *si adv. cred.* Auth. si omnes, *si minor ab hereditate.* L. 1. *si ut omissam* L. 2. L. in minorum, 3. L. sancimus, 5. *quib. caus. in integr.* L. 1. L. 2. *qui, & adv. quos* L. 2. 3. *si minor se major.* L. 1. L. 3. *si sep. in integr.* L. omnes, 2. L. eos, 3. *de his, qui veniam.* L. 1. *si maj. fact.* L. quoniam, 2. L. 3. *ubi, & apud quem.*

Tit. V.

De capite minutis.

1. PErtinet hoc edictum restitutorium *ad minimam capitis diminutionem*. Qui maximam, & mediam passi sunt, conveniri nequeunt, nec ulla restitutionis æquitas est; quamvis utili actione teneantur illi, ad quos bona pervenerunt. *L. 2. pr. l. 7. in fin. h.*

2. In *minima*, restitutione vel ideo opus erat, quod filiusfamilias tam emancipatione quam adoptione in servilem causam deduceretur, *L. ult. C. de emancip. L. ult. C. de adopt.* adeoque jura privata, & actiones *stricti juris* extinguerentur. *L. 2. L. 5. §. 2. L. 6. 7. 8. h.* Non vero quæ in æquitate naturali consistebant. *L. 8. & 10. h. L. 38. §. pen. pro soc.*

3. Desierunt vero emancipationes, & adoptiones fieri per imaginarias venditiones, & manumissiones, *L. 11. C. de adopt. L. ult. C. de emancipat.* sic emancipationem hodie esse *simplicem resolutionem* patriæ potestatis,

non

non capitis diminutionem, recte arbitratur Huber. *h.* §. 3. ut sic restitutione non opus videatur. Frantzk. *h. in fin.*

TEXT. NOTAB.

L. pertinet, 2. pr. §. 2. 3. L. liberos 3. §. 2. L. Tutelas, 7. L. legitum, 10. L. ult.

Tit. VI. (C. II. 54.)

Ex quibus causis majores XXV. annis in integrum restituuntur.

1. PRoponitur in hoc titulo duplex restitutionis causa, altera *specialis*, altera *generalis*. Ad specialem pertinet *absentia*, quæ ut restitutionem pariat, imprimis requirit, *ut sit justa*, *&* *ut quis propter absentiam læsus sit*. *L.* 44. *h.*

2. Læditur vero quis vel *absentia tertii*, vel *propria*. Illo casu quælibet sufficit absentia. *L.* 21. *h.* Sed postquam *in L.* 2. *C. de annal. except.* præsentibus remedium *protestationis* præscriptum, provocare amplius nequeunt ad restitutionem, ordinario quippe remedio tuti. Hoc si non fuerit usi; propriæ culpæ pœnam ferunt. Stryk. *in Not. ad Lauterb. h. p.* 164.

3. Posteriori casu ad causam absentiæ, *an sit excusabilis*, respiciendum. Est enim absentia vel *necessaria*, vel *voluntaria*: utraque vel *laudabilis*, vel *vituperabilis*, vel *indiffe-*

Google

ferens. Frantzk. *h. n.* 5. *& seqq.* Ubique ad *æquitatem* reſpiciendum. *L.* 26. §. 9. *h.* Sic qui *necessario* absunt ex *causa laudabili*, indistincte restituuntur, sive procuratorem habeant, sive non. *L.* 26. §. 9. *L.* 28. *pr. h.* Frantzk. *h. n.* 15. Quod etiam dicendum est de absentibus *necessario*, quamvis ex causa indifferenti. Frantzk. *h. n.* 14.

4. In aliis absentiæ causis, modo excipias dolosam, & malitiosam, *L.* 2. §. 8. *Si quis caut. indic.* eodem modo respicitur, utrum procuratorem reliquerit, vel relinquere facile potuerit absens, & ab eo facile defensus fuerit: & si non defensus sit, utrum regreſsu contra procuratorem possit sibi consulere. *L.* 21. §. 1. *L.* 26. §. 1. *L.* 39. *h.* Quibus circumstantiis perspectis, judex prudens facile arbitrabitur, utrum restitutio sit indulgenda, nec ne. Neque hic præcise ad privilegium absentiæ respicitur, sed ad justum impedimentum. *L.* 46. *L.* 29. *h.*

5. Ad *generalem causam* restitutionis pertinent varia, & justa impedimenta, ob generalitatem clausulæ *in L.* 1. *in fin. h.* ubi respiciendum puto ad sequentia requisita: (1) *ut læsus tale impedimentum avertere, & prævidere non facile potuerit*: *L.* 16. *h.* (2) ut sit *impedimentum facti*. Si enim in jure consistat; obtinet regula: *non valenti agere non currit præscriptio* (3) Ut ipsum *impedimentum* tale sit, *quod non fuerit reprobatum aliis edictis, vel legibus*. *L.* 1. *in fin. h.* Unde metus inanis, non dat restitutionem ex hac clausula generali.

6. Pos-

6 Poſſet itaque huc referri (1) *juſta ignorantia*, & *error* probabilis, Brunn. *ad L. 1. ff. h. n.* 4. quatenus per errorem negotium non eſt nullum. Exempla ſunt in §. 33. *I. de action. L.* 1. § 9. *de itin. actuque priv. L.* 1. §. *fin quod falſo tut.* §. 5. *I. de hered. qual. & diff. L.* 15. *&* 5. *quod vi aut clam.* (2) *Morbus ſonticus*, aliusve caſus fortuitus, *L.* 35. *de S. P. R.* (3) *factum tertii*, qui non eſt ſolvendo. *L.* 3. §. 1. *de eo per quem fact.*

7. Hoc poſito, etiam nonnulli indulgent reſtitutionem *contra præſcriptionem completam* ex capite *ignorantiæ*. Quæ ſententia etiam fere moribus recepta, Dn Stryk. *in V. M. h. in fin.* quamvis alias de jure *ſimpliciter* ſubſiſtere nequeat. Struv. *Ex.* 8. *th.* 76. Hahn. *ad W. h. n.* 10.

8. Præterea praxis docet, reſtitutionem in integrum contra ſententias ex hac clauſula indulgeri, Hahn. *cit. l* & quidem in Camera expeditur vel *brevi manu*, vel *prævia citatione*. Dn. Stryk *in V. M h.* §. 4. Plenius totum proceſſum hujus reſtitutionis inſtruit Blum. *in proceſs. cam. tit.* 78. conf. Schilter. *Ex.* 11. *in fin. in coroll.*

9. Petitur hæc reſtitutio vel *actione reſciſſoria*, ſi quis jus *acquiſitum* aliquod amiſerit: *L* 18 *in fin. h.* vel nova actione, quam *inſtitutoriam* vocant, ſi forſan lucrum *acquirendum* amiſſum eſt. *L.* 17. *pr.* §. 1. *L.* 41. *&* 43. *h.*

TEXT.

TEXT. NOTAB.

L. 1 L. Item hi, 4. L. succurritur, 9 L. non enim negligentibus, 16. L. sciendum, 18 L. Nec utilem, 20. L. 23. §. 1 L. sed etsi, 26. §. 1. 6. 7. 8. L. videlicet, 29. L. si is, 31. L. 38 § 1. L. is, qui Reip. 39 L. 44.
Ex Cod. L. in contractibus, 3. L. Respubl. 4.

Tit. VII. (*C. II.* 55.)

De alienatione judicii mutandi causa facta.

1. HÆc restitutio est *irregularis*. Neque enim ad rescindendum negotium, sed ad *meum interesse* agitur, *L.* 1. *in fin. L.* 3. §. 4. *L.* 4. §. 5. *h.* Huber. *h.* § 1. & eo nomine datur *actio in factum*.

2. Præsupposita requisita hujus actionis sunt (I) *alienatio dominii*, vel possessionis, *L.* 4. §. 2. *h.* (Detentio enim alii concessa non impedit, quo minus verus possessor *actione directa* conveniri possit. *L.* 9. *de R. V*): & quidem facta *ante litem contestatam*. *L.* 8. *pr. h.* (nam post litem contestatam alienatio est nulla. *L.* 2. *C. de litigios.*): (3) *inter vivos*, *L.* 8. §. 2. 3. *h.* (4) *citra necessitatem*, *L.* 10 *h* (5) ex *dolo* malo, *L.* 4. §. 1. & 3. *h.* (6) judicii *futuri* mutandi causa, *L.* 4. §. 1. *h.* (7) ut *durior* sit adversarii condictio facta *L.* 2. *L.* 3. *pr. h.*

3. Post introductum hoc remedium recepta est actio *utilis in rem*, contra eum, qui dolo desiit possidere. *L.* 27. §. 3. *de R. V.*

V. Pinguis tamen aliquando est beneficium Prætorium, Stryk. *in V. M. h.* §. 2. Oldendorp. *claſs.* 1. *art.* 11. ut adeoque concurrant elective. Hahn. *ad W. h. n.* 6. Quandoque tamen hæc tantum competit. *L.* 3. §. 2. *seqq. L.* 4. *h. t.*

4. Datur hæc actio intra annum, *L.* 6. *h.* qui in quadriennium mutatus vix dici poteſt. Struv. *Ex.* 8. *th.* 94. Et quamvis rei perſecutionem contineat: *L.* 4. §. 6. *h.* in heredem tamen non datur. *c. l. L.* 7. *h.*

5. Affinis huic materiæ eſt alienatio actionum in *potentores*, quæ *in L.* 2. *C. ne liceat potent.* sub jactura juris prohibita eſt. Hic autem requiritur alienatio a parte *actoris*, Frantzk. *Lib.* 1. *reſol.* 10. n. 11. sicuti in priori requirebatur alienatio ex *parte rei.* Hahn. *ad W. h. in fin.*

TEXT. NOTAB.

L. 1, seqq. L. quia etiam, 3. §. 4. 5. L. item si res, 4. §. 1. L. 7. L. 8. §. 2. 4. L. Nam si obligatur, 10. pr.
Ex Cod. L. un.

Tit. VIII. (*C. II.* 56.)

De receptis, qui arbitrium receperunt, ut ſententiam dicant.

1. ARbiter hic denotat *judicem a privatis electum, ut ſententia ſua litem finiat. L.* 33. §. 2. *h.* Eliguntur autem arbitri vel ex ne-

necessitate legis, aut alius *dispositionis* (Vid. *L.* 16. *& fin. C. de jud. C.* 39 *X de offic. & potest. jud. deleg*) vel libera partium *voluntate* per *compromissum*, de quibus hic potissimum agitur.

2. Differunt hi arbitri tum a judice ordinario (Vid. Hillig. *ad Donell. lib.* 28. *c.* 14) tum *arbitratore*, & quidem quoad hunc potissimum in eo, (*a*) quod arbitri ad controversias decidendas dentur: *L.* 1. *ff h.* arbitratores etiam ad alia negotia concilianda, ubi nulla lis est. *L. ult. C. de contrah. E. V.* (*b*) Arbiter modum procedendi ordinarium observare: arbitrator amicabiliter partes componere debeat. (*c*) Sententiæ arbitri standum præcise, *L.* 27. §. 2. *h.* nec abinde appelletur, nisi in casu *L.* 32. §. 14 *h.* sed ab arbitrio arbitratoris iniquo detur reductio ad arbitrium boni viri. *L.* 76. *ff. pro socio*. (*d*) Arbitrator etiam femina esse possit: Brunnem. *ad L. ult. C. h n.* 3. sed non arbiter, nisi jurisdictionem de jure, vel consuetudine habet. *C.* 4. *X. h.*

3. In constituendis arbitris requiritur (I) *libera partium conventio*. Arbitrium recipere nemo cogitur, quamvis semel receptum, necessario finiendum sit, *L.* 3. §. 1. *h.* nisi justa causa arbitrum excuset. *L.* 9. §. 3. *seqq. L.* 10. *L.* 11. *pr. L.* 15. *h.*

4. Vocatur hæc conventio *compromissum*, *L.* 11 §. 1. *h.* quod hodie simpliciter obligat: non vero admittit juramentum, *N.* 82. *c.* 11. *auth. decernit. C. h.* nisi de jure ca-

no-

nonico. *C.* 2. *&* 9. *h.* Conf. Hillig. *ad Donell. L.* 28. *t.* 11.

5. (II) *Ut talis eligatur, qui judex esse non prohibetur.* Neque enim mulieres, *ult. C. h.* servi, *L.* 9. *h.* pupilli, surdi, muti, *L.* 9. §. 1. *h.* minores, *L.* 41. *h.* recipi possunt, sicut nec *soli* laici in causis spiritualibus. *C.* 8. *&* 9. *X. h.* Link. *ad Decretal. h.* §. 1. Ulterius ex ratione peculiari nec judices pedanei ad illam causam dati: *L.* 9. §. 2. *h.* bene tamen magistratus ordinarius, *L.* 3. *in fin. L.* 4. *h. C.* 2. *X. de præbendis. C.* 5. *h.* Mev. 1. *d.* 98.

6. (III) *Ut compromittentes liberam rerum suarum habeant administrationem.* Est enim compromissum res magni præjudicii. *L.* 27. §. 2. *h.* Vasalli tamen etiam sine consensu domini compromittere possunt, quatenus ad *forum commune* causa spectat. 2 *f.* 15. 34. §. *si autem. f.* 46. Itterus *de feud. Imperii c.* 25. §. 22. Dn. Stryk. *in exam. I. F. c.* 19. *q.* 21. Bitsch. *ad cit.* §. *si autem p.* 595.

7. (IV.) *Ut negotium in compromissum deductum sit privati arbitrii.* Unde compromitti nequit de judiciis publicis, delictis privatis criminaliter intentatis, *L.* 32. § 6. Petrus de Greve *Exerc. ad ff.* 6. §. 25. causis status, & popularibus, *L.* 32 §. 7. matrimonialibus, *C. pen. in f. de in integr. restit.* quatenus de his non valet transactio. Vid. *Jus eccl. protest. h. t.* §. 9.

8. Officium arbitrorum ex fine constituti compromissi est, servato juris ordine, litem sen-

Google

sententia sua decidere. *L.* 1. *h. L* 32. §. 15. *h.* Pluribus datis arbitris, omnium requiritur præsentia, nec arbitrium valet, licet reliqui, uno absente, consenserint, *L.* 17. §. *ult. L.* 18. *h.* nisi cum clausula dati sint, *si non omnes*. Mev. 4. d. 152. Conf *Cap. ult h. in* 6. ubi jus canonicum quodammodo recessit a jure civili.

9. Omnibus vero præsentibus, standum est parti majori. *L.* 27. §. 6 *L* 27. § 3. *h.* Si non adsir major (quod conringere potest, si in duos sit compromissum); videndum, utrum in compromisso certa persona expressa, quæ majora efficere debeat, an non. Priori casu compromisso standum. Non vero sufficit generalis conventio, ut rertius eligatur, *L.* 17. §. 5. & 6. *h.* ne quidem jure canonico: *C.* 12. *X. h. t.* facilius tamen moribus. Stryk. in *V. M.* §. 9 Posteriori arbitrium exitu caret. *L.* 17 §. 6. *h. t.* Conf *C.* 39. *de offic. & potest. jud. deleg. C.* 61. *X. de appell.* Denique si tantum dissensus est in quantitate; minor summa sequenda. *L.* 27. §. 3. *h.*

10. Laudo arbitrorum partes stare debent, *L.* 27. §. 2. ut nec ipse arbiter mutare illud possir. *L.* 19. §. *f. h.* licet etraverit, *L.* 20. *h.* quo tamen ipso declaratio ei non videtur adempta. Schilter. *Ex.* 12. §. 9. Hinc quoque nec appellationi, nec aliis remediis locus est, *L.* 1. *C. h.* Carpz. P. 1. C. 1. d. 13. n. 7. Brisson. *de Formul. L.* 6. p. 559. Schilter. *cit. l.* §. 6. quamvis erronee hodie admittere soleant rescissionem laudi ob læ-

sio-

sionem enormissimam, Stryk. *cit. loc.* §. 10. vel reductionem ad judicem ordinarium. Gail. 1. O. 149. 150. Huber. *h.* §. 9. Schilt. *c. l.* §. 7. *seqq.*

11. Ad laudum servandum comdemnatus cogitur, si *stipulatione* compromissum initum. Si *nudo pacto*: distinguitur, utrum *homologatum* sit, h. e. silentio decem dierum firmatum, *L.* 5. *pr. C. h.* quo casu partes compelluntur actione *in factum*, quasi ex re judicata: an vero intra decem dies per protestationem impugnatum sit, quo casu laudum effectu caret. Quod tamen ad mores nostros applicari nequit, cum pacta hodie vim stipulationis habeant. Stryk. *in V. M. h.* §. 11.

12, Solvitur compromissum (1) morte arbitrorum, *L.* 32. §. 3. *L.* 45. & 47. *h.* etiam unius, si plures fuerint *simpliciter* electi: *C.* 42. *X. de offic. & potest. jud. delegat.* (2) lapsu temporis præfiniti, *L.* 21. §. 8. *L.* 32. §. 31. (3) morte unius compromittentium, *C. fin. h.* nisi expresse mentio heredum facta: *L.* 27. §. 1. *L.* 49. § 2. *L.* 32. §. 19. (4) pronunciato laudo, *L.* 19. § *fin. h.* (5) transactione, *L.* 32. §. 3. *h* (6) cessione bonorum, seu moto concursu. *L.* 17. *h. &c.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. seqq. L Pomponius ait, 13 §. 2. L. licet autem, 15 L. item si unus, 17. §. 2. 4 5. 6. 7. L. sicut tribus, 18. L. 20. L. quid tamen, pr. § 5 6 7. 10. L. Labeo ait, 15. §. 1. L. Diem proferre, 27. § 1. 2. 3. 7. L. Ita demum, 31. pr. L. Non distinguemus, 32. § 4 6. 14. 15. 21. L cum pœna 38. L. cum lege Julia, 41. L. 49. §. f.

Tit. IX.

Nautæ, caupones, stabularii ut recepta restituant.

1. NEcessitas, & utilitas hujus edicti manifesta est. *L.* 1. §. 1. *L.* 3. §. 1. *h.* Comprehenduntur illo duæ actiones, quarum altera esr *ex negotio licito*, altera *ex quasi delicto*. ·

2. Actio DE RECEPTO *competit viatoribus adversus nautam, cauponem, vel stabularium, ut recepta restituat, & damna cujuscunque culpa data resarciat. L.* 1. *seqq. h.*

3. Ut huic actioni locus sit, requiritur (1) *receptum*, *rem salvam fore*, quod *pactum prætorium*, non *quasi contractus est*. Proinde utriusque consensus desideratur, Nec liberatur caupo ab hac obligatione, si protestationem interponat, nisi vectores prædictioni consentiant: *L. ult. pr. h.* imo nec sola clavium traditio periculum hoc a caupone avertit. Sruv. *Ex.* 8 *th.* 117. Stryk. *in V. M. h.* §. 3. & *in Tr. de act. for. invest. S.* 1. *m.* 9. §. 39.

4. Non vero requititur *expressa* promissio: sed sufficit, si, sciente caupone, res cauponæ immissæ sunt. *L. fin. h.* Et sic multo minus specialis designatio rerum illatarum necessaria est. Interim probandum, quænam res fuerint illatæ: & aliquando, si viator integræ ftontis, & præsumptio pro eo sit, quod hujusmodi res secum habuerit, admit-

titu

titur ad juramentum suppletorium. Mascard. *de Prob. conclus.* 833. *n.* 7. *seqq.* Struv. *Ex.* 21. *th.* 41.

5. (II) Ut res sint receptæ *a nautis, cauponibus & stabulariis, qua talibus.* Quod ad magistros postarum & aurigas ordinarios recte extenditur. Dn. Stryk. *de act. forens. invest. S.* 1. m. 9. § 35. *seqq.* Conf. Muller. *ad Struv. ex.* 8. *th.* 110. *lit.*). Engelbr. *ad ff. h.* §. 40. Non continentur itaque hoc edicto (*a*) illi, qui extra professionem, quam exercent, aliquem recipiunt: *L.* 3. §. 2. *h.* (*b*) qui recipiunt, potestatem recipiendi a caupone, vel stabulario non habentes: *L.* 1. §. 2. & 5. 2. *h.* (*c*) qui hujus professionis non sunt, ut res recipiant, tamquam publici caupones. *arg. L.* 1. §. 1. & *L.* 13. §. 3. *h.* Talis itaque receptio probanda est. Schilter. *Ex.* 12. *th.* 24.

6. (III) Ut *damnum datum* in navi, caupona vel stabulo *non sit mere casuale*, quippe quod caupo non præstat: bene tamen omnem culpam *L.* 3. §. 1. *h.* Prius tamen probandum a caupone, Schilt. *c. l.* §. 22. & 24. Hahn. *ad W. h. n.* 5.

7. Positis his circumstantiis, datur hæc actio adversus prædictas personas, quisquis demum damnum dederit, Stamm. *de servitut. l.* 2. *c.* 14. *n.* 11. *in fin.* ad res receptas restituendas, *L.* 3. §. 4. *h.* quæcunque illatæ sint. *L.* 4. §. 1. *h.*

8. Altera actio oritur *ex quasi maleficio,* quæ est in *factum personalis, competens contra exercitorem navis, cauponæ, vel stabuli,*

ad

ad pœnam dupli ob damnum datum ab iis, quorum opera utitur. *L.* 6. §. 3. *L.* 7. §. 4. *h.* t.

9. Singularia hujus actionis pœnalis requisita sunt (1), ut *damnum datum sit ab iis, quos caupo adhibet ad servitium*: non vero a servis, quorum nomine tenetur actione noxali. *L.* 7. §. 3. *h.* Neque etiam tenetur ob delicta a vectoribus, vel viatoribus commissa. *L.* 6. §. 3. *h.* (2) Ut *damnum in ipsa navi, vel caupona fuerit datum*, *L.* 7. *pr. h.* & quidem (3) in *re patrimoniali*. *L.* 5. §. *ult. de O. & A.*

10. Concurrit hæc actio cum ordinariis actionibus ex delicto descendentibus contra ipsas personas delinquentes elective. *L.* 3. §. *fin. L.* 6. §. *fin. h.* Aliquando hæc potest esse utilior, quia perpetua est, contra naturam actionum prætoriarum pœnalium. *L.* 7. §. 6. *h.* Hahn. *ad W. in fin. h.* Hodie tamen non præcise ad duplum agi, sed ad pœnam arbitrariam, existimat Struv. *h. th.* 116.

TEXT. NOTAB.

L. 1. §. 1. 7. 8 L. & ita de facto, 3. §. 1. ult. L. Nauta, 5. L. licet gratis, 6. pr. §. 3. 4. L. debet exercitor, 7. pr. §. 4. 6.

Lib. V. Tit. I. (C. III. 1. ſeqq.)

De judiciis, & ubi quisque agere vel conveniri debeat.

1. **P**Lura hoc titulo congeſta ſunt jura, quæ ordine recenſentur a Schiltero *Exerc.* 13. §. 1. Primario vero natura *Judiciorum* hic expenditur. Eſt vero JUDICIUM *ordo judiciarius, quo coram Judice competente cauſæ controverſæ diſceptatio inter actorem, & reum legitime peragitur, ut ſententia lis finiatur, & ſuum cuique tribuatur.*

2. Quotuplex eſt actio, totuplex etiam judicium dividi ſolet. Sed de his *ad Tit. de O. & A.* Propius huc ſpectat, quod judicium aliud ſit *ordinarium*, aliud *ſummarium*. In illo ordo judicarius ad unguem ſervandus eſt, *regulamque* conſtituit, & conſequenter in dubio præſumitur. Mev. 1. *D.* 171. In hoc vero de ſimplici, & plano proceditur, omiſſo ſolemni ordine præſcripto. Cauſas huc pertinentes recenſet Zanger. *de Except.* p. 1. *c.* 2. Martini *in comment. ad proceſs. Saxon. n.* 38. *ſeqq.* Caveas tamen, ne cum judicio ſummarie confundas *tumultuarium*, ubi abſque cauſæ cognitione omni procedi-tur, uti fuerunt occulta judicia apud Weſtphalus. Vid Schöttel. *de antiquis in Germania jur. c. ult.*

3. A-

3. Alia judicia porro sunt *realia*, alia *personalia*. *Realia* iterum vel *petitoria*, vel *possessoria*. Quæ duo distinguuntur in eo, quod ibi actor se fundet in *jure in re*; hic vero *in possessione*: ibi petat *declarationis juris in re*; hic vero experiatur ad defendendam, recuperandam, vel adipiscendam *possessionem*. Stryk. *Introd. ad praxin. forens.* c. 1. §. 17. Hoc semper illi præferendum. L. 24. *de R. V.*

4. Quatuor in primis hic consideranda veniunt. Primum caput est LEGITIMA PERTRACTATIO secundum ordinem præscriptum, ne nullitas in processu lateat. *L.* 4. *C. de sentent. & interloc. L.* 6. *C. unde vi*. Hodie orditur a *citatione*, etiam de jure canonico: *C.* 20. *X. de offic. & potest. judic. deleg. L.* 30. *eod. C.* 6. *&* 8. *eod. in* 6. *C. f. X. de offic. legat.* olim vero a *litis contestatione*, Schilter. *cit. l.* §. 3. Stryk. *in V. M. h. t.* §. 4. Hilliger. *ad Donell. L.* 24. *c.* 1.

5. *Litis contestatio*, ita dicta, quod testato olim fieret (vid. *Tr. de jur. eccles. protest. Tit. de litis contestat.*) consistit in negotii principalis facta narratione, & ad eam data responsione facta a reo animo litem contestandi. *L.* 16. §. 1. *C. h. t. L. un. X. d. L. C.*

6. Est vel *affirmativa*, vel *negativa*. Hic directo negatur intentio actoris: ibi intentionem quidem confitetur reus, sed per oppositam exceptionem rursus elidit. Hahn. *ad W. h. n.* 7. In affirmativa reus, in negativa vero ordinarie actor probat.

7. Deinde alia *solennis*, quæ in *judiciis ordinariis* locum habet, & dicitur *die Andvvort* alia *minus solennis*, quæ in processibus *summariis* sufficit, & in *qualicunque responsione* consistit.

8. Sit vero L. C. *solennis* (1) *specialis* (nam generalis *per R. I. de anno* 1654. §. 37. est prohibita): (2) *Categorica, clara & perspicua*. (Hinc difficulter admittitur per verbum, *credo, nescio, dubito*, multo minus, *Er stelle es dahin*, sive, *es Konne vvohl seyn*. Martini *c. l. n.* 74): (3) *Pertinens*, seu ut reus tantum ad illa respondeat capita, quæ statum, & nervum attingunt: irrelevantia autem prætereat. Carpz. *P.* 1. *C.* 10. *d.* 21. Brunnemann. *in Process. civil. c.* 14 *n.* 11. (4) *Eo animo responsio rei proferatur, ut lis contestetur*. Qui simpliciter exceptionem peremptoriam opponit, non censetur litem contestari, *C.* 2. *de L. C. in* 6. licet *quodammodo* ad actionem respondeat.

9. Præcise necessaria est litis contestatio in omni, etiam *summario*, processu. Vmm. *ad process. disput.* 12. *n.* 13. Blum. *in Process. camer. t.* 71. *n.* 13. & 14. Martini *c. l. n.* 36. *seqq.* In criminalibus responsio inquisiti ad articulos litis contestationem constituit, Dn. Born. *ad univ. jus disp.* 1. *th.* 47. *lit. a.* & in processu executivo jurata *diffessio*. Dn. Born. *c. l.* Coler. *de Proc. execut. p.* 3. *c.* 1. *n.* 97. Brunnem. *c. l. n.* 3.

10. Effectus ejus sunt. (1) Inducit fictam malam fidem: *L.* 25. §. 7. *de petit. hered.* (2) mutationem libelli impedit: Gail. *I. O.* 74.

n.

n. 4 (3) Procuratorem constituit dominum litis: *l.* 22. *C. de procurat.* (4) quas contractum novationemque inducit: *L.* 3 §. 11. *de pecul.* inde (5) facit actiones ad heredes transitorias, *L.* 164. *de R. I.* & temporales perpetuas: (6) reum in mora constituit: *L.* 22. *de R. C.* (7) excludit exceptiones dilatorias: *L. pen. & ult. C. de except.* (8) actionem personalem facit litigiosam. *Auth. litigiosa, C. de litig.* (9) In Saxonia juramenti delationem excludit.

11. Alterum est LEGITIMA JUDICIS PERSONA, *coram quo processus peragitur*. Huc hodie spectant personæ, *publica auctoritate constitutæ*, juris dicendi gratia. Nec in *statu civili* amplius licitum est per vim, & propria authoritate sibi jus dicere, *L.* 14. *C. de judæis*, *L.* 176. § 1. *de regul. jur. L.* 13. *quod met. caus.* nisi cesset Judex vel *continue* vel *momentanee. Tit. C. quand. lic. unic. sine judic, se vind. L.* 10. § 16. *quæ. in fraud. cred.* Grotius *de jur. b. & p. l.* 1. *c.* 3. §. 2. Huber. *h.* § 2.

12. In omni Judice requiritur (I) *habilitas*. Inhabilitas vero est vel *naturalis*, *L.* 12. §. 2. *h.* vel *civilis*, & hæc vel *absoluta*, vel *secundum quid*. Cœcus olim non prohibebatur judex pedaneus esse: *L.* 6. *h.* sed ad Magistratum haud admittitur. *L.* 1. §. 5. *de postul.* Olim & feminæ inhabiles erant, *L.* 12. §. 2. *h.* quæ tamen hodie propter jurisdictionem patrimonialem non amplius arcentur. Stryk. in *V. M. h.* 9. Inhabilis porro olim erat judex pedaneus minor annis XVIII.

L. 57. *de re judicat. c.* 41. *de offic. & poteſt. Judic. deleg.* Hodie Statuta quandoque ætatem determinant. *Secundum quid* judices inhabiles ſunt in propria cauſa. *Tit.* C. *ne quis in ſua cauſ. judic L.* 10. *de juriſd.* quamvis filius, vel pater judex pedaneus eſſe poterat in cauſa patris, vel filii. Huber. *h.* §. 7. 8.

13. (II) *Integritas*. Unde paſſim judici prædicatum *viri boni* adſcribitur. *L.* 137. §. 2. *de O. & A. L.* 4. §. 1. *famil. erc. L.* 18 *jud. ſolv. Art* 1. *conſt. crim. Carol.* Unde litigantibus permiſſum judices *ſuſpectos*, recuſare, *L.* 16 *C. h.* quo ipſo ei nulla infertur injuria. Mev. 1. *D.* 51.

14. Recuſari poteſt quilibet judex: *C* 10 *X. de for. compet. C* 5. *X. de except.* difficilius integrum collegium. Gail. *I. O.* 33. Strauch. *Diſſert Jur. publ.* 13. Dn. Stryk. *V. M. h.* §. 11. 12. Cauſæ eſſe poſſunt variæ. Nam in genere quæ teſtem ſuſpectum faciunt, illæ etiam multo magis judicem, quippe qui plus gravare poteſt. Cognitio de illa vel coram arbitris expeditur: *C.* 10. *in f. X. de for. compet. C* 41. & 61. *X. de apell.* vel ad ſuperiorem devolvitur: Gail. *lib. I. O.* 33. *n.* 11. vel, quod commodius eſt, committitur negotium *juramento perhorreſcentiæ*, *C.* 11. *de reſcript. in* 6. ubi cauſa ſuſpicionis ſpecialiter ne quidem allegauda, multo minus probanda. Vid. *Jus eccleſ. proteſt. l. II. c.* 1. §. 14 *ſeqq.*

15. (III) *Competentia*, quæ duplex, tum reſpectu *juriſdictionis*, ut illam *ſpeciem juris-*

di-

dictionis habeat, ad quam causa controverſa ſpectat: tum reſpectu *rei*, ex cujus perſona ordinarie competentia judicis æſtimatur. Dn. Coccei. *Diſs. de fundata in territor. & plur. loc. concurr. poteſt. tit.* 4. §. 1. Engelbr. *ad ff. h.* §. 7. *in f.*

16. Forum competens *intuitu rei* eſt vel *commune*, vel *privilegiatum*. Commune rurſus eſt vel *generale*, uti eſt originis, & domicilii: vel *ſpeciale*, uti contractus, rei ſitæ, delicti, continentiæ cauſæ, &c.

17 Forum *originis* olim erat vel *commune*, vel *ſpeciale*. *Illud* erat Roma. *L.* 24. *h. L.* 33. *ad munic.* Quod inepte hodie ad judicia ſuprema applicatur propter diverſum reipubl. ſtatum, & jus primæ inſtantiæ. *Hoc* vero dicitur ubi quis eſt oriundus reſpectu patris: non ſemper ubi quis natus eſt. *L.* 6. §. 1. *ad municip.* Felic. de Oliva *de Foro Eccl. p.* 3. *qu.* 21. n. 4. Filii illegitimi ſequuntur originem matris, *L.* 32. *eod.* & aliquando ex privilegio legitimi. *L.* 1. §. 2. *eod.* Et quia eſt naturale: hinc eſt immutabile. *L.* 6. *pr. eod.* Dn. Thomas. *Diſp. de Vagab. c.* 2. §. 62. Unde illud retinet etiam vagabundus. Sed hodie forum hoc, ſi alibi quis conſtituit domicilium, non attenditur. Quoties tamen de alibi conſtituto domicilio non conſtat, præſumitur quilibet in *origine* forum retinuiſſe, Schilter. *Ex.* 13 §. 22. Stryk. *in V. M h.* §. 17. licet forſan militiæ gratia in locis peregrinis longo tempore

 ver-

verſatus fuerit. Mev. 3. D. 71. & 5. D. 163. Hillig. *ad Don. L.* 17. *C.* 12. *lit. h.*

18. *Forum* DOMICILII æſtimatur ex eo, *ubi quis habitat ea mente, ut perpetuo ibi conſiſtere velit. L.* 56. *h. L.* 190. *L.* 203. *de V. S. L.* 7. *C. d. incol.*

19. Duo itaque copulative hic requiruntur: (I) *Habitatio* adeo, ut, ſi quis in duobus locis æqualiter instructus ſit, ut ibi habitet, utrobique domicilium habeat. *L.* 6. §. 2. *L* 27. §. 2. *ad Munic.* Exinde quoque quis Parochianus æſtimatur adeo, ut aliquando hoc ſolum requiſitum ſufficiat. Vid. *Jus Paroch. noſtr.* §. 3. *c.* 2. *per tot.* Engelbr. *ad ff. h.* §. 11.

20. (II) *Animus ſedem fixam ibi, ubi habitat, habendi.* Qui inducitur vel ex declaratione expreſſa, vel ex conjecturis urgentiſſimis. Tales ſunt, ſi quis majorem partem bonorum alicubi tranſtulerit: *L.* 2. *C. ubi ſenat. L.* 27. §. 1. *ad munic.* vel diu in aliquo loco verſatus ſit, *cit. L.* 2. niſi aliæ adſint circumſtantiæ, ut ſi ex neceſſitate belli, vel peſtis, vel religionis alibi quis commoretur: *L.* 17. §. 13. *ad municip. J. P. art. V.* §. 34. vel ſi aliud appareat ex ſingulari perſonæ conditione Struv. *Ex.* 9. *th.* 25. Mev. 5. *D.* 162.

21. Conſtituunt ſibi domicilium qui talem animum habere poſſunt, qui deeſt in infantibus, & furioſis. Unde retinent domicilium patris, cum facilius conſervetur, quam de novo conſtituatur. Quin etiam aliquando domicilium quis ex *neceſſitate* ſibi con-

constituere debet, veluti uxor, quæ nubendo marito transit in ejus domicilium, *L. f.* §. 3. *ad munic.* adeo, ut dotem, licet alibi promiſſam, in hoc foro repetere teneatur. *L.* 65. *ff. de judic.* Dn Coccei. *de Fund. in territ. poteſt. tit.* 4. §. 15. Dn. Thomas. *Diſs. Lips.* 2. *de Vagab c.* 2 §. 26. *seqq.*

22 Amittitur domicilium (1) *mutatione*, quæ itidem animo, & facto contingit: *L.* 31. *ad munic.* sed non præsumitur, niſi ex conjecturis urgentibus probetur Struv. *c. l.* §. 32. *seqq.* Interim hæc mutatio libera eſt, *L.* 31. *cit.* niſi malitioſe fiat, vel aliud vinculum illam impediat, *J. P. art. V.* §. 35. Conf. D. de Rhetz. *in Jure publ. Lib.* 2. *t.* 14. §. 6. *in f.* Stryk. *de Resign. jur. civit. c.* 2. quanquam mutantes certa onera ſubire debeant. Id. *cit l. c.* 5.

23. Deinde (2) *morte* quoque perit, nec tranſitorium hoc forum eſt in heredes. Lite tamen ſemel cœpta, defendendus eſt ibi reus, ubi defunctus debuit, *L.* 19. *pr. L.* 34. *D. h.* & ſic non tam *forum*, quam *instantia* in heredem tranſit. Dn. Thomas. *c. l. c.* 1. §. 70.

24. Hoc forum concurrit cum reliquis ſpecialibus, etiamſi agatur de re alibi ſita, *L.* 66. *in f. ad SCt. Trebell.* D. Coccei. *c. l.* §. 5 ubi §. 7. eleganter explicat *L.* 38. *h.* Conf. Huber. *h.* §. 49 *seqq.* Ceterum, ſi de *nudo facto*, *immiſsione*, &c. agitur: tunc per naturam illa alibi fieri nequit, quam ubi res eſt. *L. un. C. ubi de moment. poſs.* Id. cit. *l.* § 4. Excipiunt quoque caſum *geſtæ*

adminiſtrationis, quod actio tantum in loco, ubi adminiſtratio geſta, non domicilii inſtitui poſſit: *L. 1. C. ubi de ratiocin.* ſed illa exceptio in *cit. l.* haud fundata eſt.

25. Qui domicilio caret, *vagabundus* dicitur, *L. 27. §. 2. ad munic. L. 4. §. 5. ff. de damn. inf.* Dn. Thomas. *c. l. c.* 2. §. 124. quamvis forum originis retineat, & conveniri poſſit ubi reperitur, vel bona habeat. Quod tamen tantum intelligendum de iis, qui domicilium habere poſſunt. Ergo ſervi, deportati, & in metallum condemnati non poſſunt dici *vagabundi*. Dn. Thomas. *Diſp. Lipſ. c. l. c.* 2. §. 107.

26. Forum *contractus* eſt locus, ubi quis contraxit, *L.* 2. § 4. *L.* 19. § 1. *L.* 36. § *ult. h.* vel quaſi contraxit *L. 1. C. ubi de ratione.* adeo, ut domum revocandi exceptio ceſſet. *L.* 2. §. 4. *h.* Contraxiſſe autem ibi quis videtur, (1) *ubi ſolutio facienda: L. 21. de Obl. & A.* C. I. A. *h. n.* 231. (2) ubi *ad plenam perfectionem* contractus pervenit, veluti, ſi in ſcriptis factus, ubi ſcriptura acceſſit, *L. 17. C. de fid. inſtrum* C. I. A. *h.* §. 221. & ubi literæ acceptæ: Berlich *dec* 37. (3) ut tamen etiam *reus ibi inveniatur*, & aliquandiu ſubſiſtat. Frantzk. *h. n.* 38. Huber. *h.* §. 54. (Aliud itaque eſt, ſi quis cum advena contraxerit. *L.* 19 §. 2. *h.* Mev. 2. *D* 260. *n.* 3. Stryk. *in V. M. h.* §. 21. Huber. *cit. l.* §. 55.) (4) ut agatur *ex ipſo contractu ad ejus implementum*.

27. Forum *delicti* quis ſortitur, ubi vel *inchoatum* eſt delictum, vel *conſummatum*, *L.*

1.

1. *C. ubi de crimin.* & sic præventioni locus. Quod si delictum in duobus locis peractum uno actu, ex persona *delinquente* æstimandus locus delicti. Dn. Coccei. *cit. l.* §. 19. Si in confinio delictum commissum, & delinquens in fuga est: communem esse cognitionem volunt. Id. §. 20. Frantzk *h. n.* 41. Ceterum, si alter delinquentem apprehenderit: is potior erit propter forum *deprehensionis*, propter *L.* 1. *cit.* Huber. *h.* §. 58. Denique in *via regia* commissum delictum subest *regulariter* cognitioni solius principis. Engelbr. *ad ff. h.* §. 13.

28. Ulterius potest etiam delinquens conveniri in loco, ubi *deprehenditur*, *L.* 1. *C. ubi de crim.* quanquam, urgente judice fori delicti commissi, remittendus sit de jure civ. a judice deprehensionis *L.* 7. §. 4. *L. ult. de Accus. L.* 3. *de re milit. L.* 28. §. *pen. ff de pœn. Nov.* 134. *c.* 5 Frantzk. *h. n.* 43. *seqq.* Sed, mutata hodie jurisdictionum facie, remissiones sunt urbanitatis, exceptis quibusdam casibus, de quibus vid. Dn. Stryk. *in V. M. h.* §. 27. Frantzk. *h. n.* 46.

29. Forum *rei sitæ*, ubi in rem agitur, locum habet, *L. f. C. ubi in rem. L.* 38. *ff. h.* vel ubi actio datur *contra possessorem, qua talem*, sive singularem, sive universalem. *L.* 66. *in f ad Sct. Treb.* Hillig. *ad Donell. l.* 17. *c.* 17. *in f.* Diss. Dn. Coccei. *cit. l.* §. 24. Unde & actiones *in rem scriptæ*, & remedia possessoria hic institui possunt, *L.* 38. *in f. h. L. un. C. ubi de possess.* etiamsi res sint mobiles ad tempus alicubi translatæ. *L* 38.

§. *f h t. L. ult. C ubi in rem.* Mev. 4 *D.* 74. & 6 *D.* 347. Dn. Berger. *in Resol. LL. obst. h. p.* 122. Id parum refert, utrum reus absens, an præsens sit. Mev. 6. *D.* 346. Neque enim bona per se involvunt subjectionem, nisi ubi Landsassiatus receptus. Schilt. *Diss. de Landsassiis*.

30. In rebus tamen transeuntibus hoc forum cessat, quamvis per arrestum detineri possint ad effectum, ut reus ibi se defendere teneatur. Dn. Cocc *cit l. tit.* 2. §. 8. *&* 14. De arresti legitimis requisitis vid. Engelbr. *ad ff. h.* §. 14

31. De foro *continentiæ causarum* agetur infra *Tit. In quibus reb. ad eund. jud.*

32. Forum *privilegiatum* est vel *ratione causarum*, vel *personarum*. Ratione *causarum* huc pertinent causæ *ecclesiasticæ*, quales sunt matrimoniales, decimarum, Parochiales, jus Patronatus concernentes, modo agatur de ipso *jure*: secus ex aliquorum sententia, si tantum de *possessione*. Vid. *Jus Paroch. S.* 3. *c.* 1. §. 42. Similiter *feudales*, *status*, *fiscales*, &c. peculiare forum habent. Imo & hodie Princeps pro lubitu certis causis peculiaria fora assignare potest, veluti causis mercatorum, cambiorum, metallorum, salinarum, &c.

33. Ratione *personarum* privilegiatum forum sortiuntur (I) *miserabiles personæ*, quales sunt, orbati parentibus, viduæ, diuturno morbo defatigati, aliique fortunæ injuria miserabiles: *l. un. C. quand. Imp. inter pup.* non vero virgines, qua tales, & prodigi.

Hu-

Hube. *h.* §. 60. Hæ perſonæ & agentes, & conventæ poſſunt ſtatim provocare ad Imperatorem, vel hodie in ſtatuum territoriis ad ipſum Principem, niſi æque miſerabilis perſona concurrat. Id. §. 65.

34 (II) *Milites*, qui coram magiſtratu militum tantum conveniuntur. *L. 6. C. de juriſd. omn. jud.* Quod etiam in militaribus delictis verum eſt. *L. 9. de cuſtod. reor. L. 3. de re milit.* Sed in delictis communibus communi utuntur foro. Hub. *h.* §. 67.

35. (III) *Cives academici* cum univerſa familia coram magiſtratu academico conveniendi *Auth. habita, C. ne filius pro patre* ibique Richter. *in Comment.* Huber. *h.* §. 68. *ſeqq.* non tantum in *civilibus*, ſed in quibusdam locis etiam, uti in hac regia Fridericiana, in criminalibus. Competit vero Magiſtratui huic præter juriſdictionem etiam, quædam *cenſura morum* in ſtudioſos, quin etiam cauſæ pleræque ſtudioſorum *ſummarie* pertractantur. Huic foro ſtudioſos renunciare poſſe, arbitratur Huber. *h.* §. 71. Quod vel inde dubium, quia magis univerſitati, & ordini ſtudioſorum, quam ſingulis datum, eodem modo, quo clerici non poſſunt foro ſuo renunciare.

36. (IV) *Clerici* apud Proteſtantes coram conſiſtoriis conveniendi: jure canonico in foro eccleſiaſtico, *C. 6. X. de fòr. comp.* tum in civilibus, tum criminibus Eccleſiaſticis, *Auth. ſtatuimus, C. de Epiſc. & Cler.* niſi ratione rei moveatur quæſtio. *C. 6. cit. C. 5. eod.* ibique Ziegl. Conf. *Jus eccleſ. proteſt.*

test. lib. II. tit. 2. § 36. *seqq.* Sed hoc forum ecclesiasticum itidem apud Protestantes a politica principis potestate dependet. Ziegl. *in præl. ad Decret. ad rubr. hujus tit. p.* 17. *seqq. Jus eccl. potest. lib. I. tit.* 28. §. 38 *seqq.*

37 (V) *Ministri Principis* cum tota familia conveniuntur coram Principe. Stryk. *disp. de Foro ministr. princ. c.* 2.

38. Tertium caput est (VI) LEGITIMA LITIGANTIUM PERSONA, *actor* scilicet, & *reus*. *Is* dicitur qui *persequitur in judicio quod sibi debetur*. *Hic* vero qui *se defendit contra persecutionem actoris*, *ejusque intentionem elidit*. Utrique accedit aliquando tertius *interveniens* pro suo interesse, qui vel actoris vices simul sustinet, vel reo convento accedens actori sese opponit. C. I. A. *h. n.* 82.

39. In utroque requiritur, (I) *ut habeat legitimam personam standi in judicio*. Vid. *L.* 6 *C. de postul. L* 1. *C. de offic. civil. jud.* Nam actoris partes sustinere nequeunt (*a*) *servi*, *L.* 3. §. 8. *de pecul. L.* 32 *de R. J.* (*b*) *excommunicati*, *C.* 7. *X. h.* (*c*) *Majores magistratus*, durante officio *L.* 48 *h.* (quod ad hodiernos male applicatur), (*d*) *Minores*, & pupilli. *L.* 1. §. *ult. C qui legit. pers.* (sententia tamen pro minore lata valet, si ab initio exceptio ætatis haud fuit objecta. *L.* 14. *C. de procur.*), (*e*) *Prodigi* (*f*), *filiifamilias*. Hi, quoad peculium adventitium extraordinarium, agere debent consentiente patre, si pater potuisset usumfructum acquirere: *L. ult. in f. pr. de bon. quæ lib.* Donell. *Lib.* 17. *c.* 4. in ordinario pater ipse agit, consen-

tien-

tiente filio. *cit. L. ult.* Struv. *Ex.* 9 *th.* 6. Hilliger *ad Donell. l.* 17. *cap.* 4.

40. (II) *Ut nemo invitus ad agendum compellatur*, *L. un. C. ut nem. invit. ag. L.* 4. §. 1. *ff. de alien. mut. jud.* nisi (*a*) alterius intersit, alterum agere: *L.* 8 *in fin. de aption. legat. L.* 2. §. *penult. & ult. ad L. Rhod. de jact. L.* 13. §. 30. *de action. empt. vend.* (*b*) ex necessitate officii quis ad agendum teneatur.

41. Denique (*c*) nisi quis provocetur ad agendum per remedia ex *L diffamari*, 5. *L. de ingen. manumis. & L. si contendat*, 28. *de fidejuss.* Ut vero provocatio ex *L. diffamari* locum habeat, requiritur *præcedens diffamatio alterius*, quæ statim summarie docenda. Quo facto, diffamans citandus, Mynsing. 5. *O.* 81. *n.* 5. *&* 6. Gail. 1. *O.* 10. *n.* 7. ad judicem diffamati, Mev. 3. *D.* 213. qui diffamantem adstringit ad agendum sub pœna *perpetui silentii*, quæ tamen non habet effectum, nisi per sententiam fuerit imposita. Carpz. *part.* 3. *dec.* 213. *n.* 20. *& seqq.* Comparente diffamante, ordinarius processus, si causa est ordinaria, peragitur, & sic diffamanti probatio incumbit. Mev. 7. *D.* 123.

42. Alterum remedium ex *L. si contendat*, datur ad *conservandam exceptionem*, quæ in præsens est utilissima, sed lapsu temporis perire potest. Stryk. *Introd. ad prax. foren. c.* 5. §. 3. Fatetur hic provocans jus creditoris. Hinc actor non jurat de calumnia, neque cautionem præstat pro reconventione. Brunnem. *ad L.* 28. *ff. fidejuss. n.* 12. 13. Ille autem demum provocari potest ad agen-

gendum, qui facultatem præſentem agendi habet, & tamen per dolum ceſſat. Unde creditor conditionalis, vel cui in diem debetur, provocari nequit. Carpz. *in proceſs. tit* 20. *art.* 4. *n.* 9. Peragitur hoc remedium per *implorationem officii* judicis, & eodem modo proceditur, uti in remedio ex *L. diffamari*. Denique etiam huc pertinet provocatio, moto concurſu.

43. Qui agere nequeunt, ordinarie quoque non poſſunt partes rei ſuſtinere, excepti excommunicatis, ne alias beneficio afficiantur. *C.* 7. *X. hoc tit.* Alius tamen pro alio conveniri non debet, *Tit. ne uxor. pro marit. Tit. C. ne filius pro patr.* niſi aliquando per indirectum ob jus repreſſaliarum, de quarum requiſitis vid. Engelbr. *ad D. h.* §. 6.

44. Quartum caput hujus materiæ reſpicit CAUSAS PERAGENDAS, quæ ſunt varii generis, prout ipſa actio varia eſt. Intereſt vero, ut *juſto ordine* proponantur. Mev. 7. *D.* 379. Fundatur ordo imprimis hiſce regulis: (1) *Præcognoſcenda eſſe illa, ſine quibus cætera intelligi nequeunt uti ſunt præjudicia*les. Hert *de Ord. cauſ. in jud. tract.* §. 2. & 4. *ſeqq.* (2) *In illis, quæ non cohærent, aut ab altero dependent, præponendum eſt præſtantius.* Hinc criminalis præ civili terminanda. *L.* 5. §. 1. *ad L. Jul. de vi publ. L.* 33. *C. ad L. Jul. de adult. L.* 20. *C. ad L. Cornel. de falſ.* Hert. *c. l.* §. 13 *ſeqq.* Sic & cauſæ fiſcales præcognoſcendæ.) *L.* 35. *de jur. fiſci*. (3) *Præparatoria primum tradenda: deinde principalia.*

Hert.

Hert. *c.* 1. §. 2. Hinc cauſæ poſſeſſionum ante controverſiam de proprietate ſunt fiendæ, *L.* 35. *de A. vel A. P. L.* 13. *C. de R. V.* niſi in petitorio res ſit aperta. Mev. 6. D. 100.

TEXT. NOTAB.

L. conſenſiſſe, 2. pr. §. 3. 4 L non videtur, 3 L. lis nulla, 4 L. cœcus, 6. L. ſi quis, 7. L. cum prætor, 12 L. in tribus, 13 L. Heres, 19. pr. L. 20. L ſi debitori, 21. ſeqq. L. legitionis tempore, 25. L. 28. in f. L. ubi acceptum, 30. L Non videtur, 33 L. non quicquid, 40. L. in omnibus, 41. L. venditor, 49. L ſi fideicommiſſum, 50. pr. §. 2. L per minorem, 54 L. tam ex contractibus, 57. L. judicium, 58 L. mortuo judice, 60. L inter litigantes, 62 L exigere, 65. L. ſi quis intentione, 66 L. ad peremptorium, 68. ſeqq. L. proponebatur, 76. ſeq. L. qui neque, 81.

Ex Codice L quoties, 3. L. a judice, 5. L. placuit, 8. L judices, 9 L. Nulli, 10. L. properandum, 13. pr. §. 14. L. Rem non novam, 14. pr. §. 1. L ſancimus, 15. L. apertiſſimi, 16. L cum ſpecialis, 18 *de judic.* L. un. *ne quis in ſua* L. in rebus, 2. *qui legit. perſon.* L. un. *ut nemo invit.* L. adite, 1. L. ſi quæſtio, 2. L. cum civili, 3. L. ult. *de ordin. Jud.* L. *de lit. cont.*

Tit.

Tit. II. (*C. III.* 28.)

De inofficioso Testamento.

1. TESTAMENTUM INOFFICIOSUM dicitur, *cum is, cui debetur legitima, ab illa in totum per exheredationem est inique exclusus.* Hoc nomine datur exclusis *querela inofficiosi testamenti*, quæ est *species petitionis hereditatis*, *L.* 8 §. 8. *L.* 20. *L.* 21. §. 2. *L.* 27. §. 2. *h.* qua *rite* quidem, sed *inique* exheredati petunt contra heredem institutum, ut, testamento rescisso, hereditas ab herede scripto iis secundum inventarium restituatur.

2. Ut huic remedio sit locus, requiritur, (I) *ut conquerentibus debeatur legitima.* Est vero LEGITIMA *certa portio portionis ab intestato debitæ liberis, parentibus, & certo casu fratribus relinquenda ex necessitate legis civilis.*

3. Relinquenda est legitima, (*a*) *descendentibus*, *L.* 7. *de bon. damn.* indistincte. § 5. *I. de exhered. liber.* Spuriis non debetur, nisi a matre: incestuosis vero, & adulterinis prorsus denegatur. *Auth. ex complexu*, *C. de natural. lib.*

4 His non existentibus, relinquenda *Parentibus*, *L.* 15. *pr. h. L.* 9. §. 1. *de reb. dub.* salva tamen gradus prærogativa: & denique *fratribus germanis*, & *consanguineis*, quando turpes personæ iis prælatæ sunt: *L.* 27. *C. h.* non vero uterinis, aut fratribus adscititiis.

5.

5. Relinquatur (*b*) *in debita quantitate*, quæ olim erat quarta: §. *fin. Instit. h.* Sed per *N.* 18. *c.* 1. *triens* est, si quatuor, aut pauciores adsunt liberi: *semis*, si quinque, aut plures. Quod etiam in parentum & fratrum legitima observandum. Merlinus *de legitima lib.* 1. *tr.* 2. *qu.* 12. *n.* 13. Frantzk. *h* §. 32. Stryk. *in V. M. h.* §. 16 Nec tenentur liberi stare taxationi parentum. Engelbr. *ad ff. h.* § 26.

6. Æquum vero est, ut liberi inique exheredati computentur, Struv 10. *th.* 32. Schilt *Ex.* 14. *th.* 81. ut & liberi separati, Dn. Jo. Sam. Stryk. *de Jur. sin fem. Hamburg.* *c.* 2. §. 16. vel qui alias repudiarunt, aut renunciarunt hereditati. Gail. 2. *Obs.* 122. *n.* 17. Juste autem exheredati non computandi. Nepotes hic repræsentant parentem suum. Hilliger. *ad Donell. lib.* 19. *cap.* 4 *lit. m*

7. Relinquatur (*c*) *titulo institutionis honorabili*, *Nov.* 115. *cap.* 3. *pr. cap.* 4 *pr.* Mev. 4. *D.* 14 qui simul utilis est ob jus accrescendi. Stryk. *de Caut. Testam. c.* 17. *membr.* 1. §. 27. Quod etiam in testamentis privilegiatis verum est. Id. *cit.* §. 28. *seqq* In fratribus vero adhuc jus antiquum obtinet. Id. *c. l.* § 35.

8. Relinquatur (*d*) *post mortem*. Unde & quantitas computatur secundum tempus mortis. *L.* 6. *C. h.* Viventis nulla est legitima. Excipiunt certos casus, quos examinat speciali Dissertatione Dn. Thomas. *de Legit. vivent.*

9.

9. Relinquatur (*e*) *ex re ipſius defuncti*, *L.* 8 § 9. *h.* & integra ſubſtantia: non vero fructibus. *L.* 36. *C. h.* Nec alia imputantur in legitimam, quam quæ conferenda ſunt. *cit. L.* 36. *pr.* Hillig. ad *Donell. h. lit. n. n. ſeqq.* Ergo nec feuda, ex quibus tamen filiabus in ſubſidium illa debetur. Schilter. *Ex.* 14. *th.* 67.

10. Relinquatur (*f*) *abſque ullo gravamine L.* 32. *C. h.* Mev. 4. *D.* 15 adeo, ut ne quidem quoad uſumfructum gravari poſſint, Stryk. *cit. l. m.* 2. §. 8. niſi exheredatio facta *bona mente*. Id. *c. l. m.* 3. §. 3. Non vero cenſetur gravata, per *cautelam Socini*, de qua plenius Id. *c. l.* §. 15 conf. Frantzk. *h n.* 51. *ſeqq.*

11. Deinde (II) requiritur, *ut conquerentes dicto modo legitimam plane non habeant*. In minima enim parte legitimæ inſtituti actionem *ad ſupplementum* inſtituunt, *L.* 30. *&* 36. *C. h.* quæ durat 30. annos, Brunnem. *ad c. L.* 34. *n.* 4. & adhuc locum habet, etiamſi filius agnoverit voluntatem: imo ad heredes quoque tranſmittitur. *L.* 35 § 2. *h.*

12. (III) *Ut rite quidem ſecundum omnia requiſita exheredatio ſit facta, ſed tamen inique*, h. e. cauſa vel ſit falſa, vel probari non poſſit. Unde *exheredatio bona mente facta* huc non pertinet. *L.* 18 *de liber. & poſth.* Caſus huc pertinentes habet Linck. *de Exhered. bona mente facta*. Quod ſi in modo exheredandi de novo præſcripto *in N.* 115. & infra, *Tit. de liber. & poſth. hered. inſtit.* explicando, peccatum: teſtamentum

est

Google

est ipso jure nullum, & si querela nullitatis obtinet. Stryk. *de Cautel. testam.* c. 19. §. 44.

13. In effectu hoc interest, (1) quod querela *nullitatis* duret ad 30. annos: querela *inofficiosi* ad quinquennium computandum ab adita hereditate. *L. pen. C. h. L.* 8 §. 10. *h.* (2) Nullitatis remedium in heredes transeat: sed querela inofficiosi non aliter, nisi *præparata*, *L* 7. *ff. L.* 34. *L. pen. C. h.* excepto casu *in l.* 34. *C. h.* Donell. *lib.* 19 *c.* 6. *l.* 1. Per remedium nullitatis institutum non amittatur legatum, licet non obtinuerit. *L.* 24. *de his quæ ut indign.* aliud in querela inofficiosi *L.* 8. §. *meminisse* 14. *h.* (4) Per illud totum testamentum corruat: non per hoc.

14. (IV) *Ut testamentum, in quo exheredatio facta, sit paganum.* Milites enim liberos præterire possunt scientes, se liberos habere. § 6. *I. de exhered. lib. L.* 9. *C. de test milit.* Hillig. *ad Don. lib.* 19. *c.* 5. *lit. a. b.* Idem dicendum, si filiusfamilias de *castrensi*, & *quasi castrensi* peculio testamentum condiderit. *L. f. C. h.* Vid. tamen *Nov.* 115. *c.* 4. *&* 123. *c.* 19. Stryk. *in V. M.* §. 14.

15. (V) *Ut exheredatus voluntatem defuncti non agnoverit.* *L.* 23. §. 1. *L. penult.* §. 3. *h.* Pactum tamen filii cum patre de non movendo querelam initum nullius est momenti, *L.* 35. §. 1. *C. h.* quamvis pater sibi præjudicare possit. *L.* 29. *C. de pact.* Conf. Huber. *h.* §. 17.

16. Ita qualificata exheredıtatio operatur *querelam inofficiosi*, quæ datur iis, qui inique exclusi sunt a legitima, secundum ordinem successionis ab intestato, excepto illo casu, quod cum parentibus fratres simul querelam non habeant, licet simul succedant. Hillig. *ad Don. L.* 19. *c.* 7. *lit. a*. Si priores deficiant, vel nolint: sequentes suo ordine & gradu admittuntur. Id. *c. l. lit. b. L.* 14. *h.* Imo, si ex pluribus unus repudiat querelam, pars ejus reliquis querelam moventibus, & obtinentibus accrescit, *L.* 23. §. *ult. h. L.* 17. *pr. h.* Struv. *Ex.* 10. *th.* 26. nisi repudians juste exheredatus fuerit. Idem *th.* 27. Hilliger. *ad Don. L.* 19. *c.* 9.

17. Movetur contra *heredem scriptum*, qui (*a*) adiit hereditatem, *L.* 8. §. 10. *h.* & (*b*) *per quem in exheredatione lesus*, quales sunt potissimum extranei, *L.* 19. *h.* quo casu evenire potest, ut successio fiat pro parte testata, & intestata.

18. Finis querelæ duplex est: (1) *ut testamentum, quatenus inofficiosum est, rescindatur*. Scilicet jure novo tantum rescinditur quoad *heredis institutionem*, *N.* 15. *c.* 3. *in fin.* reliquis capitulis salvis. Idem dicendum si ex capite *præteritionis* testamentum annullatur. *Auth. ex causa. C. de liber. præterit.* Ast in fratrum querela adhuc obtinet jus antiquum, & sic totum testamentum evertitur, cum ad fratres non pertineat *N.* 115. Struv. *cit. l.* §. 18.

19 (2) *Ut hereditas, rescisso testamento, ab intestato obtineatur L.* 19. *h.* Hinc volunt, victoriam obtentam prodesse quoque alijs, qui

alias

alias ab intestato succedunt, licet querelam non habeant. Donell. *c. l. c.* 10. *lit. c. d.* ibique Hilliger. Dn. Stryk. *de jur. fratr. c.* 5. *n.* 12. *& in not ad Lauterb. h. pag.* 200. *& seqq h.* §. 9. *seqq.* Sed contrarium verius, cum res judicata aliis nec noceat, nec prosit *L.* 63. *de re judic.* & successio ab intestato tantum adjudicetur iis, qui querelam movere possunt.

TEXT. NOTAB.

L. 1. L Hoc colore, 2. L. non est, 4. L. posthumus, 6. pr. § ult L.quemadmodum, 7 L Papinianus, 8. pr. § 4. § 7. 9 10 14. 15. 16. ult. L. si pars, 10 § 1. L. nam & si parentibus, 15. pr. L qui repudiantis, 17 L. eum, qui, 21. § 1. L. circa inofficiosi, 14 L. si instituta, 27. §. 3 L cum mater, 28. L. si suspecta, 29 L. si is. 31 §. 1 3. f. L si exheredatus, ult.

Ex Codic. L quamvis L si pater tuus, 5. L. cum quæritur, 6 Auth novissima. L. parentibus, 8. L de inofficioso, 9. seq. L in arenam, 11 L eum, 14 L si filiam, 19. Auth. sed si L. testamentum militis, 24. L. fratres, 27. L. omnimodo, 30. pr. L. quoniam, 31. L. si quis, 34. L. si quando, 35. §. 1. 2. L. scimus, 36. L. ult.

Tit. III. (*C. III.* 31.)

De hereditatis petitione.

1. EX *jure succedendi* in hereditatem alterius quomodocunque competente *datur* HEREDITATIS PETITIO, quæ est *actio universalis competens heredi vero adversus eum, qui pro herede, vel possessore possidet, ad hoc, ut declaretur heres,*

res, & reus hereditatem secundum inventarium restituat cum omni causa, & præstationibus personalibus. L. 25. §. 18. *h.*

2. Si de morte defuncti non constat: ante omnia (I) *probanda* est *mors* ejus, de cujus successione quæritur. Hæc probatur per testes, qui sepulturam viderunt: item per testimonium ducis militiæ, licet injuratum: Carpz. *lib.* 2. *jurispr. consist. def.* 168. *seqq.* imo aliquando per famam, Pacianus *de Probat. L.* 1. *c.* 49. *n.* 47. modo probabilem habeat causam. *Nov.* 117. *c.* 11. Stryk. *de I. Sens. D.* 3. *c.* 4. *n.* 24. *seqq.* Schilt. *Ex.* 15. §. 78. Aliquando etiam probandum est, præsertim in casu *plurium commorientium*, quis præmortuus sit, ubi plerumque præsumtionibus juris locus. Stryk. *de S. A. I. diss.* 10: Conf. Engelbr. *ad ff. h.* §. 2. Brunnem. 4. *Dec.* 29. Schilt. *c. l.* §. 71. *seqq.*

3. Instituitur a vero herede. Hinc (II) *probandum est jus succedendi*. Neque enim sufficit nuda assertio magistratus loci aditionis, actorem heredem esse. Mev. 5. *dec.* 358. Sufficit tamen probasse, se hereditatem emisse, si de jure venditoris non dubitatur. Nam emptori datur utilis, *L.* 54. *ff. h.* quia vicem heredis obtinet hereditatis emptor. *L.* 2. §. 18. *de hered, vel act. vendit.*

4. Probato jure succedendi, decernitur restitutio hereditatis secundum *inventarium*, vel juratam *specificationem*, cujus etiam in libello fieri solet mentio. Mev. 2. 245.

5. Si, edito inventario, de ipsis rebus hereditariis dubium movetur, actor (III) probare

bare debet, *res*, *quæ* ab eo designantur, *esse hereditarias*, h. e. tempore mortis eas fuisse detentas, vel possessas quolibet modo a defuncto, Vu. in §. *action.* 28. *I. de act. n.* 73. licet fuerint minimæ. *L.* 10. *pr. h.* Proinde huc referuntur; (*a*) quæ ad periculum defuncti spectarunt, *L*, 19. *pr. h.* (*b*) quæ hereditati, defuncti vicem tenenti, acquisitæ sunt, *L.* 20. §. 3. *L.* 32. *h.* (*c*) pretium redactum ex re hereditaria, *L.* 16. §. 1. *L.* 20. §. 17. *h.* & (*d*) quæ alias hereditatis causa comparatæ sunt. *L.* 20. *pr.* Quin & (*e*) fructus hic augent hereditatem, *L.* 20. §. 3. ut & (*f*) jura, *L.* 18. § *ult. h.* & actiones, &c. Conf. Hillig. *ad Donell. L.* 19. *c.* 13.

6. (VI) Movetur hæc actio contra possessorem. Ubi requiritur, *ut hereditatem, vel partem ejus pro herede, vel pro possessore possideat*. *L.* 9. *seqq. h.* Habetur etiam pro possessore (1) *qui liti se obtulit*, *L.* 45. *h. L.* 13. §. 13. *h.* ignorante actore, *L.* 26. *de R. V.* (2) qui *dolo desiit possidere*, *L.* 13. §. 14. *L.* 25. §. 8. *h.* quo ipso tamen non liberatur verus possessor. *L.* 25. §. 10. *h. L.* 13. §. 14. *h.* Quin actori integrum est, relicta actione priori, contra hunc agere, Æstimatione autem litis a priori præstita, possessor liberatur. *L.* 46. *d. R. V. L.* 1. *C. comm. utriusque judic.*

7. *Pro herede possidet*, qoi putat, sive bona, sive mala fide, se heredem esse. *L.* 11. *pr. h.* Quo etiam pertinet debitor hereditarius, *L.* 13. *in fin. seqq. h.* qui se dicit heredem. *L.* 42. *h.* *Pro possessore* possidere dicitur qui vel nullum, vel jure reprobatum

 ha-

habet titulum. *L.* 13. *pr.* §. 1. *L.* 11. §. 1. *L.* 17. *h.*

8. Non igitur hæc contra *titulo singulari* poſſidentes datur: *L.* 7. *C. h.* ſed rei *vindicatio*. *L.* 25. § 17. *h.* Ex æquitate tamen contra emptorem hereditatis in ſubſidium datur. *L.* 13. §. 4. *h.* Hinc reus conventus edere titulum ſuæ poſſeſſionis debet. *L.* 11. *C h* Conf. Frantzk *h. n.* 13. 14. Imo in praxi actorem utramque actionem cumulare poſſe, docet. Struv. *c. l.* §. 51.

9 Hiſce probatis, reſtituenda eſt vero heredi hereditas, cui inſunt *præſtationes perſonales*. *L.* 25. §. 18 *h* Circa quas multum intereſt, utrum adverſarius *bona*, an *mala* fide poſſideat. *B. F. poſſeſſor* res extantes, & quantum ex conſumptis locupletior factus, reſtituit, *L.* 22. *ſeqq. h.* & ſic de re diſtracta, vel conſumpta, niſi quatenus locupletior factus, non tenetur, *L.* 25. §. 11. *L.* 13. §. 4. *L.* 20. §. 17 *L.* 22. *in fin. L.* 28. *h* etiamſi dilapidaverit, vel alias culpa ſua rem amiſerit, cum rem ſuam neglexiſſe videatur. *L.* 25. §. 11. *L.* 30. *h.* Aliud eſt in *m. f. poſſeſſore* (pro quo etiam, quoad *præſtationem fructuum*, habetur quilibet b. f poſſeſſor poſt L. C. *L.* 26. §. 11. *L.* 19. §. 2. *L.* 54 §. *f. h.*) qui ſimpliciter tenetur de rebus diſtractis, *L.* 20. §. 12. 16 21. *h.* & deperditis, præſtito deſuper ab actore juramento in litem: *L.* 20, *in f. h.* imo & de eo quod culpa in re hereditaria damnum dedit, *L.* 25. §. 2. *h.* & denique ad omnes omnino fructus reſtituendos, etiam percipiendos: *L.* 20 §. 6 *h.* non vero uſuras percipiendas. *L.* 20. §. 12.

14

14. *h.* Perceptas tamen restituit. *L.* 34. *ff. de Usur.* Hillig *ad Donell. L.* 19. *c.* 14.

10. Eadem distinctio obtinet circa *præstationem casus fortuiti*. Nam B. F. possessor hunc non præstat, ne quidem post L. C. *L.* 40. *h. Vid. L.* 15. *ff. d. R. V.* Quoad m. f. possessorem, distinguendum inter *simplicem*, qui adhuc titulum habet *L.* 13. §. 8. *h.* & inter *prædonem*. Ille itidem non præstat casum: *L.* 62 *pr. d. R. V. L.* 25. § 2. *L.* 20. §. 6. *L.* 36. §. 6. *h.* bene tamen hic, *L.* 1. *C. de his, quæ vi, met. L. pen. de vi, & vi arm.* §. 26. *I. de rer. divis.* ut tamen ratio æquitatis non videatur exclusa. Donell. *cit. l. lit. f.*

11. Ceterum cum *administratio hereditatis pendente lite* possessori competat, eo nomine rationibus reddendis est obnoxius. Præterea interim (*a*) ad æs alienum solvendum tenetur, (*b*) alienare potest, maxime si res mora sint perituræ, *L.* 53. *h L.* 5. *pr. h.* (*c*) actiones hereditarias movere, de quibus periculum erit, ne inter moras intercidant. *L.* 49. *h.* Denique (*d*) legata sub cautione præstare debet *L. f. C, h.* &c. conf. Hillig. *ad Donell. L.* 19. *c.* 15.

12 Habenda quoque est ratio *impensarum* in restitutione hereditatis. Et quidem *in fructus* factæ indistincte compensantur cum fructibus: *L.* 36. §. *fin. h.* factas absque perceptione fructuum tantum bonæ fidei possessor recipit. *L.* 37. *h.* Circa impensas *in rem* factas distinguendum inter b. f. & m. f. possessorem: *Ille* necessarias, & utiles officio Judicis deducit, etiamsi res non amplius ex-

 stet.

ſtet. *Hic* vero non aliter, quam ſi res adhuc melior ſit. *L.* 38. *h* Voluptarias ille quoque deducit: *L.* 39. §. 1. *h* ſed hinc tantum tollit, quatenus ſine detrimento ipſius rei tolli poſſunt. *L.* 39. *in fin. h.*

TEXT, NOTAB.

L. ſi hereditatem, 4. L. Divus Pius, 5. L. legitimam, 8 L. regulariter, 9. ſeqq. L. nec ullam, 13. §. 1 4 8. 12. 13 14 L. quod ſi in diem, 16. §. 1. L. & non tantum, 19 L. item veniunt, 20. pr. §. 3. 6 11. 12. 14. 16. ult. L. ſi & rem, 22 L. etſi lege, 25. pr. §. 4. 6 7. 8. 11. 15 18. ſeqq. L. Julianus, 30. L. ſi poſſeſſor, 31. §. 3 L. ſi a domino, 36 §. 4. 5. L. 37. L. plane in ceteris, 38 L. utiles, 39 L. illud quoque, 40. pr. § 1 L. ſi quo tempore, 41 L. poſtquam, 48. L. qui ſe liti, 45. L. ſi poſſeſſor, 52 L. cum hereditas, 56.

Ex Cod. L. 1. §. 1 L. ſi poſt moram, 2 L. hereditas, 3. in f. L. de hereditate, 5 L. hereditatis, 7. L. cogi, 11. L cum hereditas, 12. pr.

Tit. IV.

Si pars hereditatis petatur.

1. PRoponitur hic actio ei, qui *pro parte* heres eſt, & eadem eſt *hereditatis petitio*, de qua *Tit. anteced.* actum. *L.* 10. §. 1 *de hered. petit. L.* 1. § 1 *L.* 8. *h.*

2. Petitur hac actione pars *certa* ab eo, qui petitori deſuper controverſiam movet: *L.* 1. §. 2. *h.* aliquando etiam pars incerta, *L.* 2. § 5. *h.* pertinetque ad officium judicis partem hereditatis *pro indiviſo* reſtitui jubere. *L.* 7. *h.*

3.

3. In hoc differt ab actione *famil. erciſcundæ*, in qua alter alteri non amplius controverſiam hereditatis facit, & agitur ad partem hereditatis *pro diviſo* reſtituendam. *L. 2. §. 2. L. cit. 7. h.* In *poſthumo ſuo* hoc ſingulare eſt, quod tres ei partes ſint aſſignandæ, donec conſtet, quot naſcantur *L. 3. & 4. h. L. 7. pr. de reb. dub. L. 28. in. f. judic.* in poſthumo vero extraneo obtinet deciſio *L. 1. in fin.*

Tit V.

De poſſeſſoria hereditatis petitione.

EXtenſa poſtea *hereditatis petitio* ad *heredem prætorium*, ſeu qui bonorum poſſeſſionem a prætore accepit. Et quidem per hanc tantundem conſequitur bonorum poſſeſſor, poſtquam bonorum poſſeſſionem agnovit, quantum *heres civilis* ordinaria hereditatis petitione conſequi poteſt. *L. 2. h.*

Tit. VI.

De fideicommiſſaria hereditatis petitione.

1. CUM fideicommiſſarius univerſalis in effectu heres ſit: leges quoque ei aſſignarunt hereditatis petitionem, quæ rurſus ab ordinaria actione non differt. *L. 2. h.* Requiritur tamen, *ut fideicommiſſum ſit reſtitutum verbis*, *L. 37. ad SCt. Trebell* non vero re ipſa. Datur contra eum, qui pro *herede*, vel *poſſeſſore* poſſidet, ſed non contra ipſum he-

redem, L. 3. §. 1. *h* qui ad restituendum fideicommissum aliter cogi potest.

2. Eodem modo hodie, ubi *successio pactitia* est recepta, formant *hereditatis petitionem conventionalem*, veluti ex pactis successoriis conjugum: Hahn. *de jur. rei. concl.* 72 *n.* 11. ex unione prolium: Id *concl.* 73. *n. ult* ex pactis confraternitatis Id. *concl.* 74. *n.* 15. Stryk. *d. S. A. I. diss* 8. *c.* 5. § 33. *c.* 6. §. 22. *c.* 7 §. 47. Tribuit enim conventio talis jus reale hereditarium in alterius bonis. Idem *c.* 5. § 24.

Lib. VI. Tit. I. (C. III. 32.)

De rei vindicatione.

1. Res singulares, h. e. quæ titulo singulari acquisitæ, petuntur *rei vindicatione*, *L.* 1. *pr. h.* de cujus processu antiquo videatur Huber. *h.* §. 1. & *Lib.* 1. *Digress. C.* 4. *n.* 3. Schilt. *Ex.* 16. §. 5. *seqq.* Ræuard. *ad LL. XII. tabb. c.* 6.

2. Est vero rei vindicatio *actio in rem, competens domino adversus possessorem rei corporalis singularem, qua petit, se dominum ejus declarari, eamque sibi a possessore cum omni causa restitui.*

3. Requiritur hic autem, (1) *ut instituatur a domino, L.* 25. pr. *de O & A. L.* 23. *pr. L.* 21. *h.* etiamsi tantum *sub certa qualitate* talis sit, *L.* 9. *C. h. L.* 1. *si ager vectig.*

L.

L. 66. *h.* modo (*a*) ipsum *exercitium dominii* habeat (Unde dominium naturale, seu quiescens non sufficit, §. 29 *I. de rer. div.*) · (*b*) illud habeat adhuc *post litem contestatam* tempore probationis, vel sententiæ, *L.* 23 *de judic. C.* 3. *de sentent. & re jud. in* 6. Frantzk. *h. n.* 14. Corn. Van-Eck *h.* §. 7 Si tempore sententiæ jam dominium actoris expiravit: cessat hæc actio. *L.* 41. *h. t.*

4. (II) *Debet actor dominium suum probare*, *L.* 24. *h.* quo facit, si (1) ostendit dominium auctoris sui, *L.* 20. *de acquirend. rer. domin.* vel (2) præscriptionem, vel (3) emptionem a fisco. §. *ult. J. de usuc.* cum vero hæc probatio plerumque difficilis sit: videndum est (1), utrum actor aliquo interdicto nancisci possit possessionem: *L.* 24 *h.* (2) utrumne possit Publiciana experiri. Hillig. *ad Don. L.* 20. *c.* 2. *in fin.*

5 Minime vero dominium probatur inde, quod res, quam vindicamus, sit pecunia nostra comparata, *L.* 23. & 32. *de reb. cred. L.* 21. *C. de probat.* quia in singularibus pretium non succedit in locum rei. Exceptio est (1) in *pupillo*, & *minore*, cujus pecunia tutor aliquid, licet suo nomine, acquisivit: *L.* 2. *quand. ex fact.* (2) in *ecclesia*, cujus pecunia administratores aliquid compararunt (Vid. *disp. de admin. bon eccles. c. II.* §. 14), (3) in milite, quoad castrense peculium, *L.* 8. *C. h.* quod etiam (4) extendunt ad rem dotali pecunia a marito emptam per *L.* 54. *de jure dot.* Sed hoc admitti nequit per *L.* 12. *C. eod.* licet præsumptio quædam, quod

res in locum pecuniæ dotalis ſurrogata ſit, inde naſcatur, quorſum collineat *L. cit.* 54.

6. (III) *Ut inſtituatur contra poſſidentem,* L. 36. pr. *h.* vel in genere contra omnes, qui tenent, & reſtituendi habent facultatem. *L.* 9. *h.* Hillig. *ad Donell. c. l. c.* 3 *lit. d. ſeqq* Ceterum qui alieno nomine poſſident, ante L. C. opponere poſſunt exceptionem *nominationis*: *L.* 2. *C. ubi in rem.* minime vero qui ſuo nomine poſſident. Mev. 6. D. 375. Interim ſufficit poſſidere adverſarium *rei judicatæ tempore*, *L.* 27. §. 1. *h.* & habentur in hoc judicio quoque pro poſſeſſoribus, qui *dolo desierunt poſſidere*, vel *liti ſe obtulerunt*, uti in hereditatis petitione. *L.* 25 *seqq. L.* 52. *h.*

7. Superest tamen hæc differentia inter *verum & fictum* poſſeſſorem, quod contra hunc, qui dolo deſiit poſſidere, juretur in litem, *L.* 68. *h.* actore id exigente; *L.* 71. *h.* & contra heredes ejus detur *actio in factum*, per quam reſtituere coguntur, quanto locupletes ex ea re facti fuerunt. *L.* 52. *h.* Præſtita hac æſtimatione, dominium poſſeſſor, etiam tertius, acquirit. *L.* 46. *h.* Nam ſola condemnatio non ſufficit *L* 7. *h. L.* 1. §. 43. *depos.*

8 Fluit exinde (*a*) hanc actionem contra heredes non dari, *qua tales*, ſed *qua poſſeſſores*. *L.* 42. *L.* 51. & 52. *L.* 55. *h.* Mev 7. D 404 (*b*) Si non conſtet, utrum adverſarius poſſideat, probandam eſſe poſſeſſionem (Hoc olim fiebat actione *ad exhibendum*), qua probata, in pœnam mendacii illa

illa, salvo petitorio, transfertur in actionem. *L. ult. h.* Hillig. *ad Donell. cit. l. lit R.* Quæ pœna merito hodie observanda est. Stryk. *in V. M h.* §. 6. Dn. Berger. *in elect discept. for. p.* 470. *seqq.* (c) Posse vindicari a quolibet possessore, in quem res nostra alias commodato data, est translata, quamvis hic Statuta varient. Dn. Stryk. *in V. M. h.* §. 9. *seqq* Hert. *lib.* 1. *de paræm. jur. paræm.* 18. (*d*) Non dari hanc actionem contra eum, qui non amplius possidet, sed *bona fide* rem alienavit, licet forsan pretium retineat. Æquum tamen est, ut actione in factum in tantum teneatur, in quantum locupletior factus, *L.* 23. *f.* 5. *h.* Grotius *L.* 2. *c.* 10. §. 2. Hert. *c. l. paræm.* 17. Struv. *Ex.* 11. §. 13 *pr.* Dn. Stryk. *de act. for. invest S. I. m.* 2. §. 43. & 44.

9. (IV) *Ut talis res vindicetur, in quam cadere potest dominium*, h. e. (*a*) *res corporalis* in commercio existens. *L.* 1. *L.* 23. §. 1. *L* 56 *h.* Unde etiam *homines proprii* in hanc actionem veniunt. Mev. 3. *D.* 8. & 9. (*b*) *certa*. Unde designanda est, & describenda. *L.* 6. *h.* Donell. *lib.* 2. *c.* 4. *lit. R. seqq.* ibique Hilliger. Pro certa tamen, & una specie reputantur quæ uno *nomine collectivo* constant, ut grex, *L.* 1. §. 3. *L.* 2. *h.* modo non sit *universitas juris*, uti peculium. *L.* 56. *h.* Conf. *L.* 30. *d. Usuc.* Donell. *c. l. lit.* n. *seqq.* ibique Hillig. Incertæ partis vindicatio admittitur, si justa de causa certa pars demonstrari nequit. *L.* 76. §. 11. *L.* 43. *pr. de acquir. vel amitt. poss.*

10. (V) *Ut res vindicetur cum omni causa*, *L.* 20. *h.* quo pertinent (*a*) variæ accessiones, v. g. alluvio, *L.* 34. *h.* & quicquid alias rei nostræ tanquam principali accessit, *Tit. I. & ff. de R. D. & A. R. D.* modo separari accessorium non possit: alias datur actio ad exhibendum. *L.* 6. *ad exhib.*

11 Pertinent huc etiam (*b*) *fructus*, circa quos distinguitur inter b. & m. f. possessores. Illi vi bonæ fidei revocabiliter acquirunt omnes fructus perceptos, naturales, & industriales, *L.* 48. *de A. R. D* nisi titulo destituantur. *L.* 45. *de Usur.* Pendentes cum re ipsa restituuntur, *L.* 44. *h* sicut & extantes, non usucapti. *L.* 22. *C. h.* Ex consumtis nihil restituitur, licet vel maxime inde locupletior factus sit b. f. possessor, *arg. L.* 4. §. 2. *fin. regund.* Frantzk. *h. n.* 63. quamvis contrariam sententiam in praxi attendendam esse velint. Stryk. *in V. M. h.* §. 12. Engelbr. *c. l.* § 15. Ast m. f. possessor (pro quo etiam post L. C. *intuitu fructuum* habetur b. f. possessor, *L.* 45. *h. L.* 5. *C. eod.*) de omnibus fructibus, etiam qui honeste percipi potuerunt, tenetur, *L.* 33. *h.* qui æstimantur ex persona domini *L.* 62. *in fin. h.* Conf. Mev. 3. *D.* 373.

12. Requirunt insuper Dd. *ut fructus ante litem contestatam percepti in specie petantur*; alioquin judicem ex officio de illis adjudicandis non esse debere sollicitum. *L.* 25. §. 8. *de Ædil. edict.* Verum satis incongrue hæc lex de potestate *judicis pedanei* loquens applicatur ad officium nostrorum ma-

gi-

gistratuum. Bachov. *ad W. h.* Stryk. *in V. M. h.* §. 15 Gœdd. *ad L.* 27. *de V. S.* Conf. *L.* 20. *h. L.* 38. *&* 75. *de V. S.*

13. A fructibus deducuntur *impensæ* in illos factæ: *L.* 48. *L.* 65. *h.* non vero a furibus. *L.* 27. §. 25. *ad L. aquil.* Ceteras impensas *in rem* factas necessarias, & utiles *b. f. possessor* deducit: non *actione reali* petit, *L.* 48. *h.* licet *in factum* non denegetur. *L.* 23. §. 5. *h. t.* Et quidem necessariæ *omnimodo*: utiles non aliter, quam si dominum haud gravent, adjudicantur. *L.* 38. *h.* Mev. 2. *dec.* 210. Voluptuarias tantum tollit, quatenus sine rei corruptione fieri potest. Habet tamen dominus *jus offerendi* tantum, quantum habiturus est possessor, his rebus ablatis, *c. L.* 38. Ast *m. f. possessor* necessarias quidem repetit: *L.* 5. *C. h.* sed utiles tantum tollit, *L.* 37. *in fin. h.* quamvis manifesto prædoni non succurrendum sit. §. 30. *in fin. I. de R.* D. Stryk. *in V. M. h.* §. 16.

14. Restituenda ita est res, ubi est, aut ubi agitur, sumtibus petentis, *L* 10 *&* 11. 12. & quidem non deteriorata: alioquin judex damnum æstimare debet. *L* 13. *h* Quod si restituere recuset: manu militari possessio aufertur. *L.* 68. *h.* Conf. Huber. *h* §. 13. Dilatio tamen ex justa causa aliquando conceditur, si reus neget, in præsenti se posse rem restituere. §. 2. *I. de offic. judic.*

15. Neque potest reus restitutionem remorari exceptione *pretii prius solvendi* a vindicante, *L.* 23. *C. h. L.* 2. *de furt.* Schilt. *Ex.* 16. *th.* 62. licet vel maxime reus se emisse

dicat rem cum protestatione, Id. *cit. l.* Brunnem. *ad L.* 34. §. 3. *de contrah. E. V.* nisi forsan rem alias perituram magis nomine domini redemerit, quam sibi emerit. Finckelth. *Obs.* 57. Schilt. *c. l.* §. 63.

16. Magis actori obstat *exceptio præscriptionis*. Et quidem quandiu durat jus in re, tandiu durat actio realis inde oriunda. Stryk. *de Act. for. invest. S.* 3. *m.* 2. *ax.* 1.

TEXT. NOTAB.

L. 1. §. 3. L. si in rem, 6. seqq. L. officium, 9. L. si res mobiles, 10 seqq. L. item, si, 15. § 1. 3 L. præterea, 20. L. in rem actio, 23. L. is, qui destinavit, 24. L. is, qui se obtulit, 25. L. si autem, 27. §. 1. L. nisi venalem, 29. L. ceterum, 31. L. fructus, 33 L. & ex diverso, 35. §. 2. L. qui petitorio, 36. pr. seqq. L. in fundo, 38. L. quis hac lege, 41. L. 44. L. cum autem, 52. L. habitator, 59. L. 61. L. si culpa, 63. L. non ideo, 66. L. qui restituere, 68. seqq. L. quæ de tota, 76. L. in rem actionem, ult.

Ex Codice. L. si inferiorem, 2. L. mater tua, 3. L. Domum, 5. L. si ex ea pecunia, 6. L. si, ut proponis, 8. L. doce ancillam, 9. L. ordinarie, 13. L. quotiens, 15. L. si fundum, 17. L. judicia, 19. L. si mancipium, 23. L. res alienas, 28.

Tit. II.

De Publiciana in rem actione.

ACtio PUBLICIANA *est actio realis, qua b. f. poſſeſſor, qui juſto titulo, & bona fide*

rem

rem a non domino accepit, agit contra infirmiori jure possidentem ad rem, quasi usucaptam, restituendam

2. Requiritur itaque hic (I) *bona fides*, quæ quasi *dominium*, vel *putativum*, constituit, quod fundabat prætor in *ficta usucapione*. Hahn. *ad W. h. n.* 2. Et sufficit, bonam fidem ab initio adesse, *L.* 7. § 11. & 14 *h.* etiam de jure Canonico: Hillig. *ad Don. L.* 20. *c.* 8. *l. r.* Stryk *in V. M.* §. 4. immo etiam in rebus incorporalibus, quibus hæc actio applicata est. *L.* 11. §. 1. *h.* Hinc domino, qua tali, hæc actio non datur; sed sub qualitate b. f. possessoris: Hillig. *ad Donell.* 20. c. 8. *lit. S.* imo solut hodie rei vindicatio cum Publiciana cumulari. Struv. *Ex.* 11. *th.* 44. Denique plerunque, ubi dominium quoad *legitimationem ad causam*, probandum, sufficit probasse b. f. possessionem, ut in Setviana actione, retractu ex jure congrui, &c.

3. (II) *Justus titulus*, seu dominii acquisitivus, *L.* 13. *pr. h.* etiam *putativus*, si justus error adest. *L.* 7. §. 2. *h.* Unde non datur ei, qui rem tenet ex causa pignoris, & precarii. *L.* 13. §. 1. *h.*

4. (III) Ut *traditio accesserit*. Nam ante *traditionem* publiciana non datur, *L.* 7 §. 16. *h.* nisi ex talibus titulis quis rem petat, ubi *ipso jure* dominium transit absque traditione. *L.* 1. & 2. *h.* Et hoc requisitum etiam de jure Sax. sufficit, licet judicialis resignatio desit. Stryk. *in V. M. h.* §. 3. (IV) *Res non vitiosa* requiritur, *L.* 9. §. 5. *L.* 12. §. 4. *h.*

h (V) *Ut b. f. poſsidens rei poſſeſſionem amiſerit*. Engelbr. *h.* §. 20.

5. Denique ſupponitur (VI), *poſſeſſorem infirmiore jure rem tenere*. *L. fin. in fin. h.* Unde (1) contra dominum non competit, *L.* 16. & 17. *h.* niſi ex poſt facto *dominium* b. f. poſſeſſor acquiſiviſſet. *l.* 17. *de evict. l.* 18. §. 15. *de damn. infect.* (Vid. Cornel. Van-Eck. *in Princ. jur. h.* §. 11.). (2) Contra æque titulatum poſſeſſorem, qui a diverſo non domino rem accepit, haud datur. *L.* 9. §. 4. *h. L.* 72. *d. R. V. d. L.* 31. §. *f. de action. E. V.*

6. Quoad modum reſtituendi, non differt a rei vindicatione, cum in quaſi dominio ſe fundet.

TEXT. NOTAB.

L. 1. 2. L. ſed etſi res, 7. §. 3. 6. 8. 16 fin. L. ſive autem emptori, 9. § 4. L. ſi ego emi, 11. §. 1. 2.4. L. quæcunque, 13. L. pen.

Tit. III. (*C. IV. ult.*)

Si ager vectigalis, id eſt emphyteuticarius, petatur.

1. QUemadmodum dominium vel *directum*, vel *utile* eſt: ita reſpectu hujus datur *rei vindicatio utilis*. Quo pertinet *actio* EMPHYTEUTICARIA *realis*, *qua is, cui emphyteuſis conſtituta eſt, agit adverſus omnem poſſeſſo-*

sorem intendens, jus emphyteuticum, sibi competere, adeoque rem illam esse restituendam.

2. Oritur hæc actio ex *jure emphyteutico*, emphyteutæ constituto, quod est *dominium utile alicui, sub lege annui canonis præstandi in recognitionem dominii directi in bonis immobilibus constitutum, vi cujus emphyteuta re emphyteuticaria uti frui, & de illa quodammodo disponere potest*. De origine hujus juris vid. Engelbr. *ad ff. h.* §. 23.

3 Emphyteusis est vel *secularis*, vel *ecclesiastica*, pro diversitate objecti. Usus hujus distinctionis cernitur (*a*) in modo amittendi ob non solutum canonem: *L. 2. de S. S. Eccles.* (*b*) difficilius constituitur emphyteusis in re ecclesiastica: *L.* 14. *&* 17. *C. de S. S. Eccl.* (*c*) de necessitate in ecclesiastica requirunt scripturam: *N.* 7. *pr. N.* 120. *c.* 5. Mev. 3. *D.* 289. alias scriptura per se non est necessaria: Hahn. *ad W. h.* n. 3. *in med.* (*d*) ultra nepotes non extenditur successio, *N.* 7. *c.* 7. *pr.* nisi per expressum in perpetuum concessa sit, *N.* 55. *&* 120. *c.* 6. Stryk. *in V. M. h.* §. *ult.*

4. In constituendo jure emphyteutico ad hæc requisita respiciendum. (I) *constituatur a domino* plenam alienandi facultatem habente. Unde quidquid alias in *alienatione* juris est, hic quoque repetendum.

5. (II) Constituatur *in re immobili*, olim quidem *inculta*, & tantum in *agris publicis*, seu *civitatum*: post ad res *templorum*, & *principis*, imo ad res *privatorum* extensum, Schilter. *Ex.* 16. §. 176. *&* *seqq.* & tandem prædia

dia *fertilis*, & maxime *culta* in emphyteusin dari cœpta. Stryk. *in V. M. h.* §. 3.

6. (III) Constituatur *legitimo modo*. Constituitur autem vel *inter vivos*, vel *ultima voluntate*. Priori modo vel *expresse*, præcedentibus titulis dominii translativis: vel *tacite* per præscriptionem longi, vel longissimi temporis secundum rei circumstantias. Bachov. *V.* 1. *disp.* 9. *th.* 9. *lit. a.* Ex sola tamen solutione uniformi certæ præstationis per longissimum tempus non inducitur Emphyteusis, nisi constet, illam velut ab emphyteuta factam esse. Mev. 3. *D.* 288. Ceterum præter titulos adductos adhuc accedere debet *contractus emphyteuticarius* qui est *bilateralis*, & *consensualis, quo dominus se obligat ad concedendum alteri dominium utile in re immobili: emphyteuta vero ad præstandum annuum canonem in recognitionem dominii directi*, *ut & meliorationem*.

7. Obligatur itaque dominus *ad concedendum dominium utile*, quod regulariter pro omnibus heredibus concedi solet, *N.* 120. *c.* 6. nisi restrictum sit vel ad certam generationem, vel ad certum tempus. Hahn. *ad W. h. n.* 3.

8. Emphyteuta contra obligatur, (*a*) *ad solvendum quotannis canonem*. Et quia per hanc solutionem *recognoscit dominium directum*: hinc fluit, (1) illum non augeri, aucto fundo: Carpzov. *P.* 2. *c.* 38. *d.* 22. nec remitti ob sterilitatem, vel alios casus fortuitos, Id. *c. l. def.* 19. nisi prædium plane fuerit extinctum. (2) Divisa emphyteusi, non

di-

dividi canonem, quia recognitio dominii est individua. Struv. *in Jurispr. for. lib. 2. tit.* 12. §. 15. (3) Cessione fundi emphyteutici, quæ etiam ad exemplum feudi, invito domino, fieri potest, excepto casu *L.* 13. *C. de fund. patrim.* Schilt. *Ex.* 16 §. 88. *seq.* extingui obligationem ad præstationem canonis, quemadmodum etiam derelictione. (4) Posse canonem in quavis re consistere. Hert. *in Paræm. jur. l.* 1. *Paræm.* 19. (5) Posse & feminas in emphyteusin succedere. Engelbr. *ad ff. h.* §. 29. *N.* 7. *c.* 3.

9. Præterea (*b*) obligatur *ad rem meliorandam*. Hinc, finita emphyteusi, repetere nequit meliorationes, quas ex *obligatione* facere debuit. *L.* 1. *C. h. t.* Conf. Hilliger. *ad Don. L.* 9. *c.* 15. *lit. h.* Huber. *h.* §. *ult.* Imo, si contra hanc obligationem culpa, vel dolo emphyteuta rem *insigniter* deteriorem reddidit: jus suum amittit. *Auth. qui rem, C. de S. S. Eccles.*

10. Accedere vero hoc casu debet *traditio*, cum per contractum tantum *jus ad rem* consequatur. Et ita demum consequitur *utile dominium*, vi cujus (1) *plenissimam* rei in emphyteusin datæ *utilitatem* percipit (2) cum jure vindicandi conjunctam, *L.* 1. *ff. & C. h.* propter quam omnia onera etiam solvit. *L.* 2. *C. h. L.* 2. *C. de ann. trib.* Disponit quoque (3) quodammodo de ipsa emphyteusi, etiam alienando

11. Dominii directi effectus sunt (1) *jus protimiseos* in venditione emphyteuseos, modo intra duos menses se declaret, utrum

rem

rem emere velit. Interim domino hoc denunciandum: alioquin (2) emphyteuta, *privatur* emphyteusi, *L. fin. C. h.* alienatione plene consummata. Frantzk. *de Laudem. c.* 14. *n.* 86 Sed etiam ex aliis causis *privatio* fieri potest.

12. Deinde ei competit (3) *exactio laudemii* a novo emphyteuta pro *receptione* solvendi, licet non promissi. Olim duo de centum, moribus ut plurimum quinque, præstantur Richter. *Dec.* 83. *n.* 16. Hinc ad pretium venditionis *verum*, *non simulatum* respiciendum aliquando juramento confirmandum. Quin & eo nomine edenda instrumenta venditionis Frantzk. *Tract. de laudem. c.* 24 *n.* 29. Debet denique laudemium solvi in eadem bonitate, in qua pretium solutum fuit, cum juxta pretium conventum sit præstandum *L. f. C. h.*

13. Præstandum hoc laudemium, quoties *titulo singulari* emphyteusis in alium transfertur: sed mores admodum variant. Ceterum novus emphyteuta non solvens intra duos, vel tres annos laudemium emphyteusi propterea privari nequit. Berlich 2. *concl.* 47. *n.* 11. Denique (4) ei competit *exactio canonis*, de qua §. 8. actum est.

14. Tollitur emphyteusis variis modis: (1) tempore præterlapso: *L. ult h.* (2) moriente emphyteuta, non relictis liberis: (3) totali rei interitu, non item partiali: (4) præscriptione dominii directi, vel utilis, ubi tamen non sufficit, per 30. annos non fuisse solutum canonem, si possessio non fuit mu-

mutata. Huber. *h. in fin.* (5) Cessatione solutionis per triennium in secularibus, per biennium vero in ecclesiasticis: *L. 2. C. h. Auth. qui rem,* C. *de S. S. Eccl.* modo (a) justa causa cesset, (b) dominus se statim declaret: *L. 3 C h.* Non enim *ipso jure* amittitur emphyteusis. Hinc mora adhuc purgari potest, *L. 2. C. de jur. emphy. C. fin. X. de loc. cond.* Myns. 3 O. 97. & dominus pensionem accipiens scienter caducitati renunciasse censetur. Carpz. *p. 2. C. 38. d. 7.*

15. In quibusdam cum bonis his conveniunt *censitica*, quorum diversa hodie est ratio. Franzk. *Resol.* 1. *n.* 1. *seqq.* Aliquando enim (1) in venditione rei suæ censum quis sibi *reservat*: aliquando (2) in re alterius de novo *constituit*. Utrobique dominium plenum est penes censuarium, Carpz. *p. 2. c. 39. d.* 1. Dn. Stryk *in V. M.* §. 5. *& seqq.* & magis bona in dubio censentur esse censitica. Dn. Schilt. *Ex.* 6. §. 84 Sunt etiam (3) *censitica* ex conditione rusticorum orta, de quibus agit Ziegler. *de prædiis censit. rural.*

TEXT. NOTAB.

Ex Codice. L. 1. L. cum dubitabatur, 3.

Lib.

Lib. VII. Tit. I. (*C. III.* 33.)

De *Usufructu*, & *quemadmodum quis utatur fruatur.*

1. U*sufructus* pro *servitute personali* sumptus *est jus re aliena utendi fruendi*, *salva manente substantia*, *L.* 1. *h. pr. I. eod.*

2. Requiritur hic (1) *legitima constitutio*, quæ dependet vel a *lege*, vel a *facto hominis*. A *lege* constituitur patri in bonis liberorum adventitiis: aliquando etiam conjugi superstiti inopi, *Auth. præterea*, *C. unde vir*, & *uxor*. vel ad secundas nuptias transeunti. *L.* 3. *C. de secund. nupt.* Engelbr. *ad ff. h.* §. 2.

3. *Facto* hominis constituitur vel *judicis* in judiciis divisoriis, *L.* 6. §. 1. *h.* §. 4. & *seqq. de offic. judic.* & quidem per solam adjudicationem: §. *ult. I. eod.* vel *privati* tam ultima voluntate, quam inter vivos. Hahn. *ad W. h. n.* 9. Sola tamen promissio de usufructu constituendo ultimo casu non sufficit: sed *quasi traditio* accedere debet. *L.* 3. *pr. h. t.* Id. *c. l.* Hillig. *ad Donell. L.* 10 *c.* 5.

4. (II) *Res aliena*. Res propria nemini servit. *L.* 26. *de Serv.* Hinc differt ab *utili dominio*, quod *omnem utilitatem* continet, Stryk. *in exam. jur. feud. c.* 2. *qu.* 14. & ordinarie *perpetuum* est, cum *vindicatione* & *dispositione* quadam conjunctum.

5.

Digitized by Google

5. (III) *Res usu non consumptibilis*, licet levis attritio admitti possit. Unde & *vestimentorum indistincte* verus est ususfructus. *L.* 15 §. 4. 5 *h. L.* 9. §. *penult. usufruct. quemadm. cau.* Huber. *ad I. h.* §. 7. Dn. Thomas. *de Pret. affect. in res fung. non cad. c.* 1. §. 18.

6. (IV) *Concessio utilitatis*, quæ *fructus* rationem habet. Unde etiam ad voluptatem, & emolumentum utitur fruitur. *L.* 7 *pr. l* 9. *h.* Sunt autem fructus *commoda rerum ordinaria, propter quæ res est comparata. arg. L.* 27. *pr. de her. petit.* Engelbr. *c. l.* §. 7. Unde thesaurus in fructu non est, *L.* 7. §. 12. *de solut. matrim.* nec partus ancillæ: *L.* 68. *h. L.* 28. *de usur.* bene tamen pecorum. Proprietarius itaque omnino curare debet, ut usufructuarius recte, & commode possit uti frui. *L.* 30. *L.* 19. § 1. *h. L.* 1. §. 1. *si usufr. pet.*

7 Ut vero usufructuarius dominus fructuum fiat, requiritur (V) *perceptio*, §. 36, *de R. D. l* 12. §. *fin. h.* de qua vid Schilt. *Ex.* 17. *th.* 32. Hinc, mortuo usufructuario ante messem, ad heredes suos non transmittit *prædiorum rusticorum* fructus, *L.* 13. *quibus mod. usufr. amitt.* sicut nec pensionem pro re tali usufructuario debitam. *L.* 58. *h.* Diversa est ratio *prædiorum urbanorum*, de quibus singulis momentis utilitas percipitur, & ita pro rata temporis dividenda est pensio inter *heredem*, & *proprietarium*. *L.* 26. *h.* Donell. *L.* 10, *c.* 9. ibique Hillig.

8 Ex perceptione fructuum finit necessitas solvendorum onerum, *L.* 7. §. 2. *h.*

Schilter,

Schult. *Ex.* 17. §. 51. & rei reficiendæ modice; *cit. l. L.* 64. *h.* Mev. 8. *D.* 260 *n.* 5. non vero solvendi æris alieni, licet vel maxime *usufructus omnium bonorum* fuerit relictus. Huber. *h.* §. 7. Donell. *lib.* 10. *c.* 13.

9. Denique (VI) fructus ita sunt percipiendi, *ut salva maneat substantia*. Hinc (*a*) rem *in totum* mutare non potest; *L.* 7. *in f. L.* 8. *h. L.* 13. §. 7. *h. L.* 61. *h.* bene tamen pro parte. *L.* 13. §. 4. 5. *h.* Donell. *L.* 10. *c.* 10. ibique Hillig. (*b*) Re debet, uti frui, uti bonum patremfam. decet, veluti sylvam ita cædere, ut maneat sylva. *L.* 9. *in f. &* 11 *seqq. h.* metalli fodinas non plane metallis exhaurire: *L.* 9. §. 2. *h. L.* 7. §. 13. *ff. solut. matrim.* gregem ex fœtu supplere: *L.* 68. *in f. L.* 69. *seqq. h.* rem sartam tectam conservare. *L.* 7. §. 2. *h. &c.*

TEXT. NOTAB.

L. 1 L. Usufructus in multis, 4 L. usufructu legato, 7. §. 2. 3 L. seqq. L. item si fundi, 9. §. 2. 5 f. L. ex sylva, 10 L. arboribus, 12. pr. §. 1. 2. 5. L. si cujus rei, 13 pr. §. 3. 5. 6. L. sed si quid, 15 pr. §. 3 4 5. 7. L. seqq. L. agri, 18, L. proculus, 19 L. si operas, 26 L. si pendentes, 27 §. 3. L. omnium bonorum, 29. L. non utitur, 38 seqq L. si alii usus, 42. in f. L. Usufructuarius, 44 L. an usufructus, 56. L. Defuncta, 58. L. Usufructuarius novum, 61. L. vetus fuit quæstio, 68. §. f. L. vel inutilium, 69.

Ex Codice. L. Usufructu, 4. L. si pater, 5. L. Eum, 7. L. ambiguitatem, 12 L. cum antiquitas, 13. L. antiquitas, 14. L. corruptionem, 16. §. 1.

Tit.

Tit. II.

De usufructu accrescendo.

IN usufructu pluribus legato obtinet jus accrescendi, modo *conjunctim* relictus sit, *L.* 1. *pr. h. t.* sufficitque conjunctio realis. *L.* 1. §. 3. *h. t.* Singularia hujus juris in hac doctrina sunt (1), quod accrescat alteri etiam post realem concursum: *L.* 1. § 3. *h* (2) quod accrescat ei, qui partem suam amisit: *L.* 10. *h.* Conf. Frantzk. *h.* *ñ.* 25. (3) quod si uni legatur ususfructus, alteri fundus, illo deficiente, ususfructus jure accrescendi alteri obveniant. *L.* 3 § 2. *h.* Stryk *ad Lauterb. h. t. in f.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. §. 1 3. f. L. Idem Neratius, 3. L. si quis Attio, 7. L. Interdum, 10. L. cum singulis, 11.

Tit. III.

Quando dies ususfructus legati cedat

1. DIes ususfructus legati non cedit a *morte* testatoris, uti ordinarii juris alias est: *L. un.* §. 1. *&* 5. *C. de Cad. toll.* sed ab *adita hereditate*, *L. un.* §. 2. *h.* cum ad heredes non transmittatur.

2. Quod si in singulos annos divisus sit: non semel, sed *per singulos annos* a tempore aditæ hereditatis cedit. *L. un.* §. 1. *vers. unde.*

Google

de, *h.* Hinc, si post multos annos adeatur hereditas, non debetur ususfructus annorum præteritorum. Frantzk. *h. in f.*

Tit. IV.

Quibus modis usuſfructus, vel usus amittatur.

1. MOdi amittendi usumfructum sunt varii. Principalis est (*a*) *mors usuſfructuarii naturalis*, *L.* 16. *pr. C. L.* 3 §. *ult. ff. de usuſfr.* etiamsi ad tempus usufructus concessus, & ante illud tempus usufructuarius mortuus fuerit. *L.* 12. *C. de usuſfruct.* In *personis mysticis* finitur spatio centum annorum, *L.* 56. *de usuſfruct. & L.* 21. *h.* vel dissolutione universitatis. *L.* 21. *h.* Denique filiofamilias concessus exspirat morte patris, & filii *L ult. C. de usuſfr.* (*b*) *Mors civilis*. §. 3 *I. de usuſfr.*

2. Alter est *interitus rei*, modo (*a*) vere interierit *L.* 10. §. 7. *h.* (*b*) in totum, *L.* 5. §. 2. *L.* 8 9. *h.* quod secundum naturam rei æstimandum. *L. ult. L.* 10. §. *ult h.*

3. Tertius est *tum non usus* per decem annos, *L. penult. C. de usuſfru.* si nec alius ejus nomine eum exercuit, *L.* 38. *de usuſfr.* quod etiam attendendum esse volunt in præscriptione usufructus *promissi*; *L. pen. C. de usuſfr.* Engelbr. *ad ff. h.* §. 11. *n.* 5. tum *illegitimus usus*, quia non videtur uti frui qui non eo, quo debet, modo utitur, *L.* 2. *de aqua quotid.* adeo, ut ob insignem deteriorationem quoque amittatur.

4

4. Quartus est *consolidatio*, *L.* 27. *h.* ut si ususfructus cedatur proprietario. §. 3. *I. h.* Extraneo enim cedendo nihil agitur, neque amittitur ususfructus, nisi alia ex ratione retineri nequeat. *L.* 66. *de jur. dot.* Commoditas autem utendi ex persona usufructuarii in alterum transferri potest.

5. Denique huc spectat *resolutio juris proprietarii*, *L.* 16. *h.* si scilicet jus *per se* revocabile v. c. *ex pacto*, vel *lege* habuit. Berger. *in Resolut. Leg. h. in fin.* Item *lapsus temporis*, *L.* 5. *C. de usufr. L.* 15. *h.* &c.

TEXT. NOTAB.

L. 1. L. sicut in annos, 3 pr § ult. L. reperi, 5. L. Fundi, 8 L. quid tamen, 10. § 17 f. L. si fructuarius, 13 L. si sub conditione, 15. L. si tibi, 17. L. si ager, 23 seqq. L. si ususfructus, 28.

Tit. V.

De usufructu earum rerum, quæ usu consumuntur, vel minuuntur.

1. DIffert hæc species irregularis a vero usufructu, (1) quod usufructuarius hic dominus fiat, *L.* 7. *h. t.* adeoque periculum rei *statim* in eum transeat. Loco tamen *proprietatis* introducta est cautio. *L.* 2. *in fin. h.* §. 2. *I. de usufr.* Conf. *L.* 6. *pr. ut in posses. legat.* (2) Quod objectum hujus ususfructus sit res *consumptibilis*, seu fungibilis, *quæ usu tollitur*, *vel minuitur*. *L.* 1. *h.* t.

2. Quod non constituatur (3) a judice, quia res fungibilis dividi potest: bene tamen tam *inter vivos*, quam *ultima voluntate* Hopp *in comment. ad* §. 2. *I. de usufr.* Hahn *ad W. h. n.* 4. (4) Quod res restituatur vel in genere, vel in æstimatione. *L.* 5. §. 1. *L.* 6. *&* 7. *h.* (5) Quod non amittatur abusu, & rei interitu.

3 A mutuo differt, (*a*) quod in eo semper res *in eodem genere* restituenda. (*b*) Morte non finiatur, (*c*) nec cautionem per se requirat.

TEXT. NOTAB.

L. 1 L. si de pecunia, 2. L. Hoc SCtum, 5. L. si vini, 7. L. Tribus, 8. L. cum pecunia, ult.

Tit. VI.

Si usufructus petatur, vel ad alium pertinere negetur.

USusfructus nomine comparatæ sunt actio *confessoria*, & *negatoria*, quarum explicationem reservo ad *Lib.* 8. *Tit.* 5.

TEXT. NOTAB.

L. 1. pr. §. 4. Uti frui, 8. pr. §. 4. f. L. qui de usufructu, ult.

Tit.

Tit. VII (*C. III.* 33.)

De operis servorum.

1. INter servitutes personales *minus plenas* referuntur OPERÆ SERVORUM, consistentes in jure percipiendi omnem utilitatem ex operis servi alieni. *L.* 5. *h.*

2. Differt hæc servitus ab usufructu servi, (*a*) quod operarum dies cedat a die petitionis: *L.* 1. *h. L.* 7. *de usu & usufr. legat.* (*b*) morte ejus, cui debentur operæ, non extinguatur, nec (*c*) capitis deminutione, L. 2. *eod.* nec (*d*) non utendo, nisi operæ fuerint indictæ *cit. L.* 2.

TEXT. NOTAB.

L. 1. L. cum de servi., 6. §. 2.

Tit. VIII. (*C. III.* 33)

De usu, & habitatione.

1. USUS est *jus re aliena utendi ad necessitatem, salva rei substantia.*

2. Requiritur itaque hic peculiariter, *ut usuarius tantum utilitatem capiat pro necessitate quotidiana.* Hinc (*a*) ususfructus legari potest, alteri concesso usu. *L.* 14. §. *ult. h,* conf. Huber. *P* 2. *digress. l.* 2. *c.* 16. Dn. Thomas. *ad Huber. h.* (*b*) Usus alteri concedi nequit, *L.* 8. *L.* 11. *h* nisi alias usus foret

 inu-

inutilis, *L. penult. pr. h.* vel conditio usuarii hoc postulet. *L.* 12. §. 4 *h.* (*c*) Hic non tantum fructus naturales percipit, §. 4 *instit. h. L.* 12 §. 2 sed etiam industriales. *L.* 12. & 15. *h.* (*d*) Aucta familia usuarii, augetur usus *L.* 2. §. 1. *L.* 4. § 1 *L.* 5. 6. *h.* (*e*) Usus non dividitur. *L.* 18. & 19 *h.*

3. HABITATIO est *jus alienas ædes inhabitandi, omnemque utilitatem ex habitatione percipiendi.* Unde facile differt a locatione ædium, & plus continet, quam usus: minus, quam usufructus ædium. *L.* 10. *h.* Conf. Müller. *ad Struv. Ex.* 21. *th.* 61.

4. In eo differt ab *usufructu* in effectu, quod capitis deminutione, & non usu non amittatur, quia in facto consistit. *L.* 10. *ff de cap. min.* Donell. *L.* 10. *c.* 21. *in f.*

5. Affinitatem cum hac servitute habet *habitatio ædium Parochialium* Parochis data, quæ non in omnibus cum hac servitute convenit, ceu deduxi in *Jur. Paroch. Sect.* 5. *c.* 2. §. 18. *seqq.*

TEXT. NOTAB.

L. cui usus, 2 § 1. L. ceterum, 4 pr. § 1. L. non aliter, 7. L. sed neque, 8 L. si habitatio, 10 § 3 4 L. plenam, 12 §. 1 & 4 L. per servum, 14. L. si domus, 18 L. Usus pars, 19 L. Divus Hadrianus, 22. L. ult.

Tit.

Tit. IX.

Usufructuarius quemadmodum caveat.

1. CAUTIO in his servitutibus eo magis necessaria est, quo minus eo nomine ad heredes aliquid transmittitur. Unde ne quidem a testatore remitti potest: *L. 7. C. ut in poss. leg.* Schilt. *Ex.* 17. §. 65. facilius ab heredibus. Quæ remissio tamen non nocet, si ex post facto usufructuarius rem dilapidare incipiat. Qui cavere non vult, nec commodum servitutis interim habet. *L. 13. ff. de Usufr.* modo cautionem exegerit proprietarius: alioquin fructus nihilominus facit suos. D. Berger. *in Resol. L. h.*

2. Requiritur vero hic, (I) *ut caveatur fidejussoribus*. §. 1. *I. de Usufr L.* 5. §. 1. *h. L.* 7. *de præt. stip.* In defectu vero *fidejussorum* admittuntur pignora; &, his deficientibus, juratoria cautio, dummodo cavens sit homo spectatæ fidei, & probitatis. *Auth. generaliter, C. de S. S. Eccles.* Gail. 2. *Obs* 47. *n.* 8. 9. Alias consultius est rem usufructuariam alteri locare, etiam ipsi proprietario, & pensionem quotannis usufructuario præstare. Gail. *c. l. in f.*

3. (II) Ut *Usufructuarius quodammodo sit suspectus*. Hinc cessat (1) in patre, *L.* 8. §. 4. *C. de bon. quæ lib.* (2) in fisco, *L.* 1. §. 18. *ff. ut legat. s. fideic* (3) eo, qui proprietatem aliquando se adepturum certo sperat: *L.* 9. §. 2.

 h.

h. (4) qui rem alteri donavit reservato sibi usufructu.

4. (III) *Ut caveatur debito modo*, & quidem *in vero*, (*a*) se usurum *boni viri arbitratu*. Ergo, ut de hoc constet, consultum erit, inventarium desuper conficere, *L.* 1. §. 4. *h.* quanquam in patre sola *privata designatio* sufficiat. Brunnem. *ad L.* 1. *ff. h n.* 12. *seqq.* Et, si contra hanc cautionem peccatum, statim agi potest: *L.* 1. § 6 *h.* non vero statim revocari ususfructus. (*b*) Se *finito usufructu rem restituturum*: *L.* 1 *pr. h* aliquando etiam ex accidenti æstimationem *L.* 1. §. 7. *h.* In *quasi usufructu* vero tantum cavet, *se rem in genere, vel æstimationem restituturum*: quæ cautio hic magis necessitatis est, cum vice *proprietatis* fungatur Ea tamen omissa, nihilominus *condictione sine causa* petitur id, quod debetur. *L.* 5. §. 1. *ff. de usufr. ear. rerum.*

TEXT. NOTAB

L. 1. pr. §. 3 4 5 6 L. nam fructuarius, 2. L. & si ususfructus, 7. L. si ususfructus, 9 §. 3. L. si servi, 10

Lib

Lib. VIII. Tit. I (*C. III.* 34.)

De ſervitutibus .

1. Servitus dicitur certa qualitas prædiorum, *L.* 86. *de V. S.* h. e. jus *in re aliena alteri ad utilitatem competens, vi cujus dominus rei aliquid pati vel non facere cogitur*. Quando illa utilitas *immediate* debetur perſonæ, dicitur *perſonalis*, de qua *Lib. anteced.* actum. Quando vero quis, *mediante* ſuo prædio, utilitatem ex alterius re capit, dicitur *realis*, de qua hic. *Illa* morte extinguitur; *hæc* eſt perpetua. *Illa* non reviviſcit, prædio ſemel diruto, & reſtituto: *L.* 10. §. 7. *quibus mod. uſufr.* bene tamen *hæc*. *L.* 20. § 2. *de ſerv. P. U.* *Illa* prædio ſerviente contenta eſt: *hæc* duo requirit, &c.

2. Reales ſervitutes a prædiis dominantibus dicuntur vel *urbanæ*, vel *ruſticæ*. Prædia autem dicuntur vel urbana, vel ruſtica ratione *uſus*, *& deſtinationis*. Uſum ejus triplicem faciunt, quem examinavi infra *hoc Libro*, *Tit.* 8 §. 5. *& Libr.* 39. *Tit.* 1. §. 7.

3. Utilior eſt diſtinctio in *affirmativas*, quæ in patiendo, & *negativas*, quæ in non faciendo conſiſtunt. *Illæ* quaſi traditione acquiruntur: *Hæ* nuda promiſſione. *Illæ* præſcribuntur ordinario modo: *Hæ* vero requi-

 runt

runt prohibitionem alterius cum servientis acquiescentia conjunctam.

4. Denique ex male intellecta *L.* 14. *ff. h.* Dd. formarunt distinctionem inter *continuas*, & *discontinuas*, illas dicentes, quarum usus continuo adest; has vero, quæ non habent certum continuumque exercitium; & proinde has impræscriptibiles dicunt, non illas.

5. In omni servitute necessaria est (I) *legitima constitutio*, quæ etiam aliquando fit a judice. *L.* 22 §. 3 *fam. ercisc.* Ordinarie dependet ex privatorum voluntate. Hoc vero casu requiritur, (*a*) ut concedens sit *dominus prædii* (Qui dominium revocabile habet, in sui præjudicium illam imponere potest. Stryk. *in V. M. h.* §. 10.) (*b*), & quidem *totius rei*. Rei enim communi ne quidem pro sua parte imponit servitutem. *L.* 2. *h. L.* 6. § 1. *comm. præd. L.* 11. *de S. P. R.* Donell. *L.* 11. *c.* 9 *lit. d. seqq.* (*c*) *Ut liberam disponendi habeat potestatem*. Hinc patet, otiosam esse subtilitatem in *L.* 15. §. *fin. de Usufr.* Schilter. *Ex.* 17. *th.* 44.

6. (II) *Legitima acquisitio*. De jure Romano tantum quilibet sibi servitutem recipere poterat. *L.* 5. *ff. comm. præd.* Sed aliud hodie. Schilter. *Ex.* 18. §. 35 Stryk. *in V. M. Tit. comm. præd.* §. 5. Donell. *cit. l. lit.* k. Et inde etiam hodie usufructuarius fundo usufructuario servitutem acquirere potest.

7. Acquiritur vel *ultima voluntate*, & sic transit statim a morte testatoris: *L.* 19. §. 1. *quemadmod. serv. amit.* vel *inter vivos* per con-

conventiones expressas, accedente in *affirmativis* quasi traditione, seu patientia, vel inductione in prædium. Ipso facto regulariter non constituitur, *L.* 36. *de S. P. U. L.* 1. *de serv. leg.* Hert. *Diss de Servit. fact. constit. S.* 1 nisi usus legatæ rei alias foret inutilis. *L.* 30. *de S. P. U. L.* 7. *pr. L.* 10. *comm. præd.*

8. Acquiritur præterea per *præscriptionem*, & quidem si contra ipsum dominum possidentem currit præscriptio: sufficit scientia, & patientia ejus, *L.* 10. *pr. si serv. vindic. L.* 2. *C. de serv.* quo casu tempus immemoriale requiritur. *L.* 1 *in f. L.* 2. *pr.* §. 5. 7. *L.* 1. 23. *in f. L. f. de aq. & aq. pl.* Si tertius b. f. possessor fundum possidet: accedente titulo, etiam X. vel XX. annis acquiritur. *L.* 12. *in f. C. d. præscr. long. temp. Ravard. in Tribonian.* Sed prius hodie communiter restringunt ad *discontinuas*, quod praxis sequitur. Muller. *ad Struv. Ex.* 13. *th.* 39 *lit.* k. Dn. Stryk. *in V. M. h.* §. 6. Conf Struv. *cit. l.* §. 40.

9. (III) *Duo prædia*, alterum *dominans* alterum *serviens* §. 3. *I. h.* In his requiritur (*a*) *Vicinia*, *L.* 39 *de serv. præd. U. L.* 5. *de S. P. R.* ut non tamen semper sit immediata, nisi quam natura rei postulat. *L. ult. de S. P. R. L.* 14. *de S. P. U.* Frank. *h. n.* 28. *seqq.* Donell. *L.* 11. *c.* 2. Dn. Thomas. *c. l.* §. 36.

10. Ulterius (*b*) *ut alterum alteri præstet utilitatem*: alias enim non est servitus realis, *L.* 8. *pr. h.* Præstet autem utilitatem ordina-

rie omnibus partibus fundi. *L.* 23. §. 3. *de S. P. R.* Sic & totus fundus servit, si certa pars servituti non est destinata: *L.* 21 *eod. L.* 6. *h.* civiliter tamen alter servitute uti debet, *L.* 9. *h* Mev. 3. *D.* 371. uti & legatarius audiendus, si heres per certam partem fundi velit servitutem destinare. *L.* 26. *de S. P. R.* Donell. *cit. l. c.* 13. Aliquando etiam arbitris hæc res committitur. Mev. *c. l. D.* 372.

11. Ita vero (*c*) utilitas præstanda; *ut alterum prædium aliquid patiatur*, *aut non faciat*. Nam in faciendo nulla consistit servitus: *L.* 15. *in fin. h.* sed est obligatio mere personalis, quæ tertium possessorem non stringit, *L. f. in f. de contrah. E. V.* Dn. Stryk. *in V. M. h.* §. 3. Non abhorret tamen a moribus Germaniæ, servitutem in *faciendo* consistere. Id. *c. l.* §. 4. *&c.*

12. Requirunt porro (*d*) *causam perpetuam*. h. e. naturalem, *L.* 28. *de S. P. U.* quia servitutes sua natura sunt perpetuæ. Jure tamen prætorio admissæ servitutes *temporales*, *L.* 4. *h.* & ita quoque non amplius hoc requisitum in praxi olim observatum fuit: *L.* 9. *de S. P. R. L.* 2. *comm. præd.* Dn. Thomas. *cit. disp.* §. 28. *seqq.* multo magis hodie, non obstante hac subtilitate, *servitus foraminis* datur. Stryk. *in V. M. tit. de S. P. U.* §. 18.

13. Effectus constitutæ servitutis est (1) *a parte servientis* prædii, quod nihil possit facere in præjudicium dominantis, *L.* 14 *de S. R. P. L.* 13. §. 1. *eod.* & omnia concede-

re

re debeat, sine quibus servitus exerceri nequit: *L.* 20. §. 1. *de S. P. U.* (2) *a parte dominantis*, quod perpetuo possit servitute uti, nisi ad tempus fuerit constituta: *L.* 4. *h.* non vero aliis rursus concedere. *L.* 4. *ff. locati L.* 24. *de S. P. R.* Conf. Huber. *Tit. comm. præd.* §. 2. *& seqq.*

TEXT. NOTAB.

L. Unus, 2. L. servitutes, 3. L. servitutes ipso, 4. L. ad certam, 6. L. Ut pomum, 8. L. si cui simplicius, 9. L. servitutes prædiorum, 14. L. quoties, 15. L. viæ, 17. L. Ei fundo, 19. L. quoties, 20.

Ex Codice. L. 1. L. si aquam, 2. L. præses, 6. L. altius quidem, 8. L. per agrum, 11. L. sicut, 13. L. cum talis, 14.

Tit. II.

De servitutibus prædiorum urbanorum.

1. TAles dicuntur, *quæ ut plurimum debentur prædiis urbanis*, in quorum usum ab initio sunt introductæ: nam & rusticæ esse possunt, si debentur rustico.

2. Pertinet huc servitus *oneris ferendi*, ut vicinus onera vicini sustineat, & patiatur, vicinum habere ædificium super ejus muro vel columna. *L.* 33. *h.* Ab hac differt *servitus tigni immittendi das Tram-Recht* qua quis in parietem vicini potest tignum immittere, ut ibi requiescat, *L.* 2.

in fin. *L.* 25. *eod.* ut tamen insigne onus paries vicinus non ferat. Dn. Stryk. *in V. M. h.* §. 3.

3. In effectu hanc differentiam utrique vulgo adscribunt, quod in *oneris ferendi* servitute *serviens* teneatur ad refectionem: *L.* 33 *h. L.* 6 §. 2. *si serv. vind.* in *tigni immittendi* vero hæc incumbat *dominanti*. *L.* 8. §. 2. *si servit vind.* Verum in priori servitute id non aliter admittendum, quam si speciale pactum intervenit, quæ est sententia *cit. Leg.* 33. & 6. Regulariter enim refectio ei incumbit, cui servitus debetur, non cujus prædium servit. *L.* 6. §. 2. *si servit. vindic.* *L.* 1. §. 11. 12. *de itin. act. priv.* *L.* 4. *ff. de Rivis.* *L.* 1. §. 7. *de Cloac.*

4. Proxime huc pertinet servitus *protegendi*, & *projiciendi*. *Hæc* est jus emittendi tignum, ut evehatur supra alienum, non tamen ibi requiescat. *L.* 142 *de V. S.* *Illa* vero est, cum tigna emittuntur tegendi tantum causa, *L.* 5. §. 6. *de his, qui effud.* veluti si tectum ædium educatur. Huc spectant etiam suggrundia. Conf. Franzk. *h. n.* 13. & *seqq.*

5. Immittitur quoque in alienum aliquid per servitutem *stillicidii*, & *fluminis recipiendi*, qua vicinus pati tenetur, ut aqua pluviatilis vel *guttatim*, vel cum *impetu* per tubos in ejus aream cadat. Quod si aqua mihi proficua est: oritur inde servitus stillicidii, & fluminis *non recipiendi*, qua vicinus pati tenetur, me aquam ex ipsius ædibus collectam posse derivare in meam aream.

Conf.

Conf. *L.* 14. *de alim. & cib. legat.* Dn. Thomas. *spec. diss. de servit. stillicid.*

6. Reſpectu luminis variæ ſunt ſervitutes, (*a*) *Servitus luminum*, est jus in parietem non ſuum, vel communem (Vid. *L.* 40. *h.*) feneſtram habendi, lumenque neceſſarium inde recipiendi. *L.* 16. *h.*

7. (*c*) Si conſuetudine, vel ſtatuto invaluit, non licere habere feneſtras in proprio pariete prorendentes in alienam aream: oritur inde *ſervitus aperiendi feneſtram* in proprio pariete. Stryk. in *V. M. h.* §. 9.

8. Alias de jure libertatis quilibet in ſuo feneſtras facere poteſt, niſi (*c*) ſervitus *non habendi feneſtram* fundo noſtro impoſita fuerit.

9. Plenior eſt (*d*) ſervitus, *ne luminibus officiatur*, qua vicinus nihil facere poteſt, ne lumina noſtra quomodocunque obſcureutur, vel minuantur, ut aliquando ne quidem deprimere ædes poſſit. *L.* 17. §. 2. *h.* Generaliter impoſita futura quoque lumina complectitur. *L.* 23. *h.* Stryk. *in V. M. h.* §. 12.

10. Plus continet (*e*) ſervitus *proſpectus*, ubi vicino feneſtras habenti in aream noſtram liber proſpectus in eam relinqui debet. Quod ſi undequaque liberior, & gratior proſpectus impediri non poſſit: dicitur (*f*) *ne proſpectui officiatur*. *L.* 3. 15. *h.*

11. Propter lumina plerumque etiam (*g*) competit ſervitus *altius non tollendi*, vi cujus vicinus non poteſt altius ædes ſuas tollere, quod alias jure libertatis erat permiſ-

ſum

sum. *L.* 8. *C. de servit. L.* 9. 10. *h.* Viridaria tamen supra eam altitudinem quis habere potest, licet obscurentur inde lumina: *L.* 12. *h.* sicut nec prohibetur quis deprimere ædes.

12. Diffett ab ea (*h*) *servitus altius tollendi*, ubi supponenda est lex prohibens, ne qnis contta voluntatem vicini ultra certam mensuram ædes tollat, ejusque luminibus officiat. Donell. *L.* 11. *c.* 5. *lit. H.* ibique Hillig. Hert. *Diss. de servit. fact. constit. S.* 1. §. 9. Hujusmodi mensuram ædibus olim fuisse præscripeam, colligo ex *L.* 11. *h. t. L.* 1. *C. de servit. L.* 1. *C. de ædif. priv. L.* 1. §. 17. *de O. N. N. Tacitus Lib. XV. annal.* Senec. *Lib. III. Contr.* Brisson. *Lib. I. de antiq. sel. c.* 1.

13. Superest *servitus cloacæ* immittendæ in altetius fundum, *L.* 7. *de serv.* a qua differt setvitus *locum necessarium immittendi in vicini parietem*. Stryk. *in V. M. h.* §. 19.

14. Possunt huc referri adhuc plures servitutes, v. c. effundendi, mittendique in fundum vicini: *L.* 8. §. 5. *si serv. vind.* fumum immittendi: *cit. L.* positum habendi in fundo vicini: *L.* 17. §. 1. *eod.* foraminis; furni non extruendi: horrei non habendi, &c. Vid. Stryk. *cit. l.* §. 16. 18. 20.

TEXT. NOTAB.

L 1. L. urbanorum, 2. L. 4. L. hæc autem, 6 L. cum eo, 9. L. Gaurus, 10. L qui luminibus, 11. L. quidam, 13. pr. L. inter servitutes, 15 L. si arborem, 17. pr. §. 2. L. fistulam,

19 §. 1. 2 L. servitutes, 20. § 2. 5 L. si servitus, 23 L. Hoc, quod dictum, 25 L. foramen in imo, 18 L. si quis ædes, 30. L. eum debere, 33. L. si ædes, 38. L. eos, qui, 40.

Tit. III.

De servitutibus prædiorum rusticorum.

1. PRo servitutibus *rusticis* habentur (I) *iter* consistens in jure eundi ambulandi hominis per fundum alterius ad proprium prædium. Aliud est, si quis *jure familiaritatis* tantum iverit. *L.* 41. *de A. & O. poss.*

2 (II) *Actus* est jus agendi jumentum, vel vehiculum per prædium alienum. *L.* 12. *h.* Estque vel *plenus*, qui iter continet, *L.* 7. *h.* quod in dubio præsumitur: *L.* 58. *de V. O. vel minus plenus*, qui vel iter non continet, vel consistit in jure tantum *vehendi*, vel tantum *agendi* pecora, ut tamen civiliter illac agantur, ne pastura inde fiat. Stryk. *in V. M. h.* §. 5.

3. (III) *Via* continet in se actum, & iter necessario, *L.* 13. §. 1. *de acceptil.* & aliquid amplius, videlicet jus *tigna, & lapides trahendi*, & *hastam erectam ferendi*, ut liberum spatium versus cœlum patere debeat. *L.* 7. *pr. h.* Hert. *diss. de Serv. fact. const. Sect.* 3. *Ob.* 4. Viæ latitudo determinatur *in L.* 8. 23. *pr.* latitudo actus, & itineris ex conventione partium dependet. *L.* 13. §. 2. *h.*

4. (IV) *Aquæ ductus* est jus aquæ ducendæ, vel educendæ per fundum vicini ad nostri

stri

stri prædii utilitatem. *L.* 1. *pr.* *L.* 15. *L.* 17. *in f. h.*

5. (V) *Aquæ haustus* est jus hauriendi aquam ex alieno fonte: *L.* 9. *h.* non tamen ultra, quam quatenus ad fundum opus est. *L.* 5. *in fin. h.*

6. (VI) *Pecoris ad aquam appulsus* est jus pecora prædii nostri appellendi ad aquam vicini. *L.* 5. *h.* German., *die Viehe-Trancke.*

7. Utraque servitus cum aliis potest etiam esse personalis *L.* 14. *in fin. de alim. & cibar. legat.* quamvis id non præsumatur. *L.* 20. *h.* Et licet personæ debeatur; vicinitatem tamen quandam requirit prædiorum, absque qua usus eorum esse nequit. *L. cit.* 14. Conf. Hillig. *ad Donell. Lib.* 11. *c.* 7. *lit. E.*

8. (VII) *Jus arenæ fodiendæ*: (VIII) *Jus calcis coquendæ*: *L.* 1. §. 1. *h.* *Jus pedamenta sumendi*: *L.* 3. §. 1. (IX) Jus *uvas in alieno exprimendi*: *L.* 14. *in fin. de alim. & cibar. legat.* (X) Servitus *aucupii*: *L.* 16. *h.* (XI) Jus *excutiendi frumentum* in alterius area.

9. (XII) *Jus pascendi*, quod est jus in alieno prædio pascendi pecora nostri prædii. *L.* 39. §. 1. *ad L. Aquil.* Generaliter hoc jure concesso, omnia pecora, modo sana sint, ibi pascere potest dominans, nec excluduntur servientis pecora, si *ab initio* sufficiens utrique pastura est. *L.* 6. *C. de servit.* Stryk. *in V. M. h.* §. 15. Si *ex post facto* deficit: dominus prædii præfertur. *L.* 13. § 1. *comm. præd.* Dn. Bodin. *de jur. domin. in præd. serviente* Modum pascendi determinant conventiones partium, & consuetudo loci. Or-

di-

Google

dinarie censetur pastura permissa in alienis agris eo tempore, quo fruges sunt collectæ. Servitus enim indefinita ita interpretanda, ne nimium oneretur fundus serviens. Fab. *in C. Lib.* 3 *t.* 24 *d.* 4 De modo probandi hanc servitutem vid. Mev. 9 *D.* 165.

10. Potest etiam jure servitutis constitui *jus compascui, die Koppel-Weide*, cui non potest renunciari ab altero sociorum. Mev. 5. *D.* 251. Aliud, si tantum *jure mutui precarii*, vel familiaritatis concessum, Stryk *c. l.* §. 15. quod in dubio omnino præsumendum. Dn. Coccei *diss. de Præscript. extraord.* § 23. *seqq.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. L. item sic, 3 § f. L pecoris, 4. L. Ergo, 5. L. servitus aquæ, 9. L. per fundum, 11. L. certo, 13. §. 1. L Imperatores, 17. L. una est via, 18. L si mihi concesseris, 21. L. via, 23. L. ex meo, 24. L. si via, 26. L si communi, 27. L. cum essent, 33. L. Et Atilicinus, 35. L. cum fundo, 36. L. ult.

Tit. IV.

Communia prædiorum tam urbanorum, quam rusticorum.

JUra servitutum communia, quæ hoc titulo exhibentur, jam explicata sunt *in Tit.* 1. *hujus libri*.

TEXT.

TEXT. NOTAB.

L. 1. L. de aqua, 2. L. caveri, 4 L. si quis duos, 6. L. si, cum duos, 8. L. si ei, 9 L. refectionis, 11 L. cum fundus, 12 L. venditor, 13. pr. L. qui per certum, 15. L. receptum est, ult.

Tit. V.

Si servitus vindicetur, vel ad alium pertinere negetur.

1. PRo asserenda qualibet servitute datur ACTIO CONFESSORIA *competens ei, qui prædio suo, vel sibi a vicino servitutem deberi intendit, L. 4. §. 7. h. ut judex declaret, servitutem sibi deberi.*

2. E contrario pro libertate asserenda competit ACTIO NEGATORIA, *qua negamus, alteri competere servitutem in nostro prædio, petimusque declarari, alteri jus non esse agendi, eundi,* &c.

3. In eo utraque convenit, (1) quod probatio semper incumbit asserenti sibi servitutem, etiamsi in *confessoria* actor, in *negatoria* vero reus in quasi possessione servitutis fuerit, cum possidenti resistat præsumptio libertatis: Stryk. *in V. M. h.* §. 1. Hertius *de quasi poss. prob. Sect.* 2. §. 1. *seqq.* Dn. Hornii *programm. de hac quæstione* annexum tractatui Paciani *de probat.* (2) quod utrobique cautio de non turbando petatur, & præstari debeat: alioquin tanti condem-

ne-

netur adversarius, quanti actor in litem juraverit: *L.* 7. *&* 17. *h.* (3) quod utraque '. mino. *L.* 2. §. 1. *L.* 4. §. 7. *h.* *L.* 1 *pr.* *L.* 5. §. 1. *si usufr. pet.* ex æquitate tamen utilis creditori hypothecario, & domino utili detur: *L.* 16 *de serv.* (4) quod utraque detur domino, licet possidenti. *L.* 6. §. 1. *h.* *L.* 5. §. *fin. si usufr. petat.*

4. Admodum frequentes in foris nostris sunt *utiles confessoriæ*, *&* *negatoriæ*. *Illæ* in universum omnibus juribus applicari solent, quibus quis se fundat in privilegio, vel jure singulari, & inde dependente jure *cogendi*, & *prohibendi*: *hæ* tunc conceduntur, quando quis se fundat vel in *libertate naturali*, vel *jure communi*, vel *æquali*. Exemplis rem declarat Stryk. *de act. for. investig.* S. 2. *m.* 4. §. 6. *seqq.* Maximum quoque numerum congessit in materia ecclesiastica Swendend. *de Action. for. Sect.* 2.

5. Ceterum ratione servitutum plura constituta sunt remedia *possessoria*, quæ infra *Lib* 43. *Tit.* 19 *seqq.* explicabuntur. Et hinc est, quod possessor servitutis non facile provocaturus sit ad judicium petitorium, cum in possessorio facilius defendi possit. Quin & cumulari possessorium *retinendæ* cum petitorio hic utiliter potest. Schilter. *Ex.* 18. §. 44.

TEXT. NOTAB

L. de servitutibus, 2. pr. § 1. L. loci, 4. § 1. 3. L. etsi forte, 6. pr. §. 2. L. harum actionum, 7. L. sicut, 8. § 5. L. si eo loco, 9. in f. L. si quis diuturno, 10. L. an unus, 11. in f. L. si, cum meus, 14. pr. L. si de communi, 19.

Tit.

Tit. VIII.

Quemadmodum servitutes amittantur.

1. A Mittuntur servitutes, (I) *interitu totali* rei. *L.* 14. *L.* 8. §. 1. *de servit.* Quæ tamen ædificiis inhærent, restituto ædificio, reviviscunt. *L.* 20. §. 2. *de S. P. U. L.* 12. *de S. R. P.* Conf. Franzk. *h. n.* 21.

2. (II) *Consolidatione*, seu confusione, cum idem utriusque prædii dominus fit, modo (*a*) *totius* prædii dominus fiat *L.* 8. §. 1. *de serv.* (*b*) *in perpetuum*. *L.* 1. *h. L.* 30. *de S. P. U. L.* 7. *pr. comm. præd.* In dominio *revocabili*, vel *temporali*, restituta re, servitus reviviscit. *L.* 18. *de servit. L.* 7. § 1. *de fund. dot. L.* 9. *comm. præd.* Idem dicendum, si *alia de causa* jura confusa reviviscunt. *L.* 2. § 18. *seqq.* de *hered. vel act. vend.*

3. (III) *Remissione* vel *expressa*, modo alterius servitutis usus non impediatur: *L.* 21. *de S. P. U.* aut *tacita*, permittendo aliquid servituti contrarium, *L.* 8. *h.* modo animus remittendi adsit. *L.* 17. *comm. præd.*

4. (IV) *Utendi intermissione*, *L.* 6. *de S. P. U.* modo (*a*) nemo usus sit, *L.* 20. *h. seqq.* (non sufficit autem *quomodocunque* servitute uti. *L.* 25. *h. L.* 1. § 6. *de itin. aliuque priv. L.* 18. *pr. h.*), (*b*) dominans in totum non fuerit usus, *L.* 2. *h. L.* 18. *de S. R. P. L.* 6. §. 1. *h.* (*c*) constitutum in jure tempus effluxerit, *L.* 6. *de S. U. P. L.* 7. *h.* scilicet 10. vel 20. annorum, *L.* 13. *C. de serv.* nisi al-

ter-

Google

ternis annis, vel mensibus quis tantum habeat usum servitutis. Tunc enim duplicatur tempus. *L.* 7. *h.* quod de decennio intelligunt Doctores, quia vicennium jam antea duplicatum est. Franzk *h. n.* 34. Struv. *Ex.* 13. *th.* 57 Hahn. *ad W. h.* Stryk. *in V. M h.* §. 2.

5 Præterea (*d*) quædam servitutes præter *non usum* aliquid amplius requirunt, scil destructionem ejus, quod propter servitutis exercitium necessario fieri debuit, ne vestigium servitutis supersit, v. g obturando foramen, in quod tignum immissum. *L.* 6. *de S P. U.* Quod in *urbanis* plerumque contingit Donell. *L.* 11. *c. ult lit. D seqq.* Huber. *h.* § 6. Non tamen ratio exinde petenda, quod servitus sit *urbana*, cum in *rusticis* æque contingere queat

6. (V) *Extincto jure concedentis* servitutem, *L.* 11. §. 1. *h* modo jus concedentis *per se* resolvatur: si enim ex libe a voluntate res in alium transferatur: simul transfe tur servitus, cum *per accidens* resolvatur dominium.

TEXT. NOTAB.

L. 1. L. qui iter, 2. L. si constituta, 7. L. si stillicidii, 8. L. is, cui via, 11. §. 1. L. qui fundum, 12. L. si locus, 14 L. si, cum servitus, 15. L. si quis alia, 18. pr. §. 1. L. Usu, 20. L. servitute, fin.

Tit.

Lib. IX. Tit. I.

Si quadrupes pauperiem fecisse dicatur.

1. ACtio QUADRUPEDARIA *datur illi, cui a beſtia alterius ſponte, & contra naturam ſui generis damnum illatum, adverſus dominum beſtiæ, ut illam vel noxæ dedat, vel damnum reſtituat.*

2. Requiritur itaque, (I) ut *animal irrationale* damnum dederit, etiamsi bipes ſit. Quod aliqui applicant ad furioſos ex ratione *L.* 1. §. 3. *h.* ut damnum ex eorum bonis refundatur. Quæ res *æquitatem* habet; ſed ex hac actione defendi nequit Stryk. *in V M h. t* §. 1. *& ſeqq.*

3. (II) Ut animal nocens *in alterius ſit dominio. L.* 1 § 10. *h.* (III) Ut animal damnum dederit *contra naturam ſui generis*, *L.* 1. §. 7. *h.* quod *manſuetis* proprium eſt. Si ergo depaverit herbas: *actio de paſtu* locum habet, *L.* 14. §. *fin. de P. V.* ubi itidem agitur ad reparationem damni, ſalva reo noxæ deditione. Paulus 1 *Sent.* 15 §. 1. In æſtimatione damni ſimul quodammodo ratio habenda futuræ meſſis. Stryk *c. l* §. 11 *&* 12. Moribus hunc in finem pignorationes pecorum indulgentur. Mev. *ad Jus Lubec. Lib.* 3 *Tit.* 11. *ad rubr. n.* 10.

4 Quod ſi per animalia ferocia, quorum feritas eſt genitalis, damnum datum; & do-

minus vitii gnarus illud non debito modo custodierit: *simpliciter* ad damnum resarciendum, & simul ad pœnam extraordinariam agitur. C. C. Carol. *art* 136

5 (IV) *Ut culpa alterius non accesserit:* alias contra culposum datur *actio L. Aquiliæ*, *L.* 1. § 6. *h.* veluti si culpa pastoris animal depaverit herbas: vel etiam *actio ad exhibendum*, si dolo alterius id factum. *L.* 9 §. 1. *ff. ad exhib.* Quod si ipse irritans damnum passus: hoc sibi imputet. Conf *L.* 1 §. 11. *h*

6. Hisce concurrentibus, datur hæc actio contra *possessorem* animalis *præsentem*, quia noxa caput sequitur: *L.* 1. §. 12. *h.* Contra plures in solidum. *L* 1 §. 14 *h.* Unde quoque actio hæc cessat, mortua ante L. C. bestia. *L* 1. § 13. *h. Agitur ad damnum resarciendum*, a quo se liberare potest noxæ deditione, quæ non est in *obligatione*, sed *solutione*. L. 6. §. 1. *de re judic.* Hanc *facultatem* amittit, si negat, animal ad se pertinere. L. 1 §. 15. *h.* Quæ sententia merito in praxiu esset deducenda. Stryk. *c. l.* §. 10.

7. Jure Saxon. non aliter quis liberatur a damni restitutione, quam per *expulsionem animalis* in continenti factam. Schilt *Ex.* 19 §. 3. *seqq.* Libero homine, culpa accedente, occiso, actio datur ad Wergeldum solvendum. Id *c. l.* §. 14. *seqq* Carpz. *IV.* 11. 1. *n.* 1.

TEXT. NOTAB.

L. 1. L. ex hac Lege, 3. L. hæc actio, 4.

Tit.

Tit. II. (C. III. 33.)

Ad legem Aquiliam.

1 IN LEGE AQUILIA vindicatur *damnum ab alius per corruptionem ipsius rei injuria datum*. Hunc in finem comparata est *actio ex L. Aquilia competens ei, cui per tale damnum a libero homine datum nocitum est in patrimonio, ut damnum datum restituatur, tum etiam ut, quanti res plurimi intra annum proximum, vel etiam triginta dies plurimi fuerit, restituatur*.

2. Loquitur itaque Aquilius (I) *de damno extra contractus dato*. Quod in contractu datum est, actione *ex contractu* refundendum est, ut tamen *quatenus* ex contractu ad damnum restituendum agi potest, permissum etiam videatur, ex lege Aquilia agere. *L.* 18. §. 1. *L.* 7. § 1. *commodat L.* 7. *in f. L.* 18 *in f h.* Stryk. *in Tract de act. investig. Sect.* 1. *memb.* 10. §. 28. Dn. Thomas. *de Larv. detract. L. Aquil.* § 20.

3. (II) *De damno per corruptionem rei contingente*, & quidem si corpore suo quis rem corruperat, dabatur *directa* actio: si vero non corpore, *utilis*. Denique si extra omnem corruptionem damnum datum: subveniebat Prætor per actionem *in factum*, §. *ult I. h. L.* 11. *de præscript. V.* quæ mere rei persecutoria erat. In effectu autem hodie hæ non differunt. Schilt. *Ex.* 19. §. 45. *seqq.* Stryk. *in V. M. h.* §. 6.

4.

4. Propter hanc corruptionem agebatur partim ex capite *primo*, quanti res intra annum plurimi fuerat; partim ex *tertio*, quanti res intra 30. dies, prout corruptio data variabat. *pr. &* §. 13. *I. h.* Hæc tamen diversitas hodie cessat, æstimatione damni facta secundum statum præsentis temporis, Dn. Stryk. *in V. M. h.* §. 2. & sic est *mere rei persecutoria*.

5. Fluit exinde etiam, propter *damnum privativum*, in sola interceptione lucri consistens, primario hanc actionem non dari, *L.* 13. §. 2. *de usufr.* nisi præcesserit damnum positivum per corruptionem rei datum, *L.* 33. *h.* §. 10. *I. h.* modo intereſse sit (*a*) *pecuniarium*, (*b*) *certum*, & in *jure perfecto* radicatum. Dn. Hopp *in Comm. ad c.* §. 10. *verb. quicquid præterea*. Conf. *L.* 23. §. 6. *h.*

6. Hoc ipso liquido quoque distinguitur a damnis in aliis delictis factis, quæ contingunt vel contrectando, vel rapiendo &c. Interim concurrit hæc actio sæpius cum criminalibus persecutionibus, modo dolus, vel culpa adsit. *L.* 23. §. 9. *L.* 2. §. 1. *de V. bon. rapt. Tit. ff. arbor. furt. cæs.*

7. (III) *De damno injuria dato*, hoc est dolo, vel culpa, *L.* 5. §. 1. *h.* etiamsi *levissima* fuerit, *L.* 44. & in *omittendo* consistat. *L.* 27. §. 9. *L.* 45. *pr.* *L.* 28. §. 1. *h.* Et inde hæc actio non infamat. Probanda est itaque injuria, nisi reus in *re illicita* versatus fuerit. Mev. 5. *D.* 365.

8. Huc ergo non pertinent (1) damna ab infante, vel furioso data: *L.* 5. §. 2. *h.*

L (2)

(2) in rebus permiſſis contingentia: *L.* 7. §. 4. (3) jure illata: *L.* 4. *L.* 5. *pr. L.* 2. §. 7. *h. t. L.* 14. *pr. de P. V.* (4) ad juſſum ejus, qui jus imperandi habuit, facta. *L.* 37. *h. L.* 169. *pr. de R. J.*

9. (IV) *De damno in re æſtimabili dato.* Hinc, ſi corpus liberi hominis læſum: ex æquitate *utilis* dabatur, *L.* 13. *pr. h.* æſtimatione facta ſecundum *L.* 7. *pr. de his qui eſfud. & dejec. L.* 7. *pr. h.* non habita ratione cicatricum, & deformitatis, *cit. L.* 7. *L.* 3. *ſi quadrup.* quamvis *actio injuriarum* eo nomine detur. Schilt. *c. l.* §. 35. Brunneman. *ad L.* 13. *h.* Quin & moribus in certam pecuniam pro penſando dolore condemnatio fieri ſolet Stryk. *in V. M. h.* §. 10

10. Hiſce concurrentibus competit actio, ad damnum, & quidem hodie *ſimpliciter* reſtituendum, contra inficiantem in duplum *L.* 2. §. 1. *L.* 23 §. *pen. h.* Aliud tamen moribus. Schilt *c. l.* §. 64. Quod ſi a pluribus datum: ſinguli in ſolidum tenentur: *L* 11. §. 2. *h.* unius tamen præſtatione reliqui hodie liberantur, Stryk. *cit. l.* §. 21. Schilt. *c. l.* §. 70. 71. ceſſante beneficio diviſionis. Stryk. *cit. loc.*

11. Non dabatur olim hæc actio contra heredes, quia erat *pœnalis:* § 9. *I. h. L.* 23. §. 8. *h.* Faelius tamen moribus, cum jus Can. heredes obſtringat etiam ex delicto defuncti pro rata hereditaria, non tamen ultra vires hereditatis. *C. f. X. d. ſepult. C.* 5. *X. de Raptor.* Mev. 5. *D.* 39. Dn. Thomas. *cit. l.* §. 32. *ſeqq.* & §. 59.

TEXT.

TEXT. NOTAB

L. lege Aquil., 2. §. 2 L. Itaque, 4 L. sed etsi, 5. pr. §. 1 2 f. L. præceptoris, 6. L. quæ actione, 7. §. 6. L. Idem juris, 8. §. 1. L. item Mela, 11. pr. §. 2 3 5 L. liber homo, 13. L. ait lex, 21 L. Inde Neratius, 23 § 6. 10. L. proinde, 25 fin. L si servus, 27. §. 9. L. qui foveas, 28. L. quemadmodum, 29. §. 1. 3. 4. L. qui occidit, 30. §. 3 L. si putator, 31 L. illud quæsitum, 32. L. si servum, 33. L. liber homo, 37. L. Quintus Mutius, 39 L. in Lege Aquil. 40 L. levissima, 44. L. scientiam, 45. L. sed si priore, 47. L. si quis fumo, 49. L. ita vulneratus, 51. pr. § f. L. si ex plagis, 52. §. 1.

Ex Codice L. contra negantem, 4. L. de pecoribus, 5. L. de his, 6.

Tit. III.

De his, qui effuderint, vel dejecerint.

1. AD securitatem publicarum viarum conservandam proposuit Prætor actionem de effusis, vel dejectis, *quæ competit ei, cui effusione damnum datum, contra inhabitatorem ædium ad damnum pro diversitate circumstantiarum reparandum, simulque ad pænam sustinendam.*

2. Requiritur (I) ipsa *dejectio, vel effusio*, quæ in faciente *verum delictum* constituere, & sic, si constat de eo, ex L. Aquilia conveniri potest. Quatenus autem quilibet inhabitator exinde obligatur, ob in-

terveniéntem *culpam* ex quasi delicto actio oritur. *L.* 1. §. 4. *h.*

3. Ex quo porro ſequitur, non quæri in hac actione, quis dejecerit, vel effuderit, ſed tantum an aliquid effuſum ſit. Hahn. *ad W. h. n.* 4 Imo nec culpa inhabitatoris hic probanda, quæ quandoque in L. Aquilia probanda erat: ſed ſimpliciter habitator ſuorum culpam præſtat. *L.* 6. §. 2. *h.* Si plures in eodem cœnaculo habitent: ſinguli in ſolidum tenentur. *L.* 1. §. 10. *L.* 3. *L.* 4. *h.* Si vero inter plures diviſum eſt cœnaculum: is ſolus obligatur, qui inhabitat eam partem, unde effuſum eſt. *L.* 5 *pr. h.*

4. (II) Ut dejectum quid ſit *in loco, in quo vulgo iter fieri ſolet*: aliud, ſi in ſecretis locis: *L.* 1. §. 2. (III) dejicientis *præmonitio* deſit: ſecus eſt, ſi præmonuerit.

5. (IV) Ut ex effuſione *damnum* alicui datum ſit. Pro varietate vero damni dati variat vindicatio damni. Et quidem (*a*) ſi *liber homo periit*, quilibet ex populo agere poteſt ad pœnam 50. aureorum actori applicandam, *L.* 1. §. 5. *h* daturque intra annum: non tamen in heredem nec heredi. *L.* 5. §. 5 *h.*

6. Quod ſi (*b*) *liber homo læſus* ſit: (1) *ipſi* perpetua datur actio, ac computantur impendia in curationem facta, & operæ, quibus caruit, aut cariturus eſt ob id, quod inutilis factus. *L.* 7. *h.* Simul reſpiciendus probabilis vitæ terminus, & an non ſibi aliunde victum quærere poſſit. Du Stryk. *in* *V. M. h,* §. 4. (2) *Aliis de populo* datur intra

an-

annum ad id, quod judici bonum, & æquum visum fuerit. *L.* 5. §. 5. *h.*

7. Denique, (c) *si* in rebus æstimabilibus damnum datum: datur in duplum, *L.* 1. §. 5. quæ perpetua est: in heredem tamen non datur.

8. Proxima huic actioni est *de posito, vel suspenso*, quæ datur singulis de populo, ubi quid periculose ex ædibus positum, vel suspensum est supra locum, ubi vulgo iter fieri solet, ad pœnam 10. aureorum. *L.* 1. §. 6. *h.*

9. Quod si non amplius pendeat, sed ceciderit: vel prior actio locum habet, *L.* 1. §. 3. *h.* vel L. Aquiliæ *L.* 5. §. 12. *h.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. pr. §. 1. 2. 4. 9. f L. 2. L. 3. L. *si vero*, 5. pr. § 2. 4 5. 6. 11. 12. L. cum liberi, 7.

Tit. IV. (*C. III.* 41.)

De Noxalibus actionibus.

1. PRopter delicta privata servorum in dominum præsentem servi datur actio *noxalis* ad litis æstimationem præstandam, a qua se liberare potest noxæ deditione. *L.* 6. §. 1. *de re judic.*

2. Imprimis hic requiritur *ignorantia domini*. *L.* 2. *pr. h.* De damno enim a servo, sciente, & prohibere valente, vel etiam ju-

 ben-

bente domino, contingente dominus *directo*, *&* *simpliciter* tenetur. *L.* 2. 3. 4. *h.*

3. Hodie hic titulus magis historicus, quam utilis est, Hoppe *ad hunc Tit. I.* §. 5. neque enim applicari potest ad famulos nostros, qui ipsimet ex propriis delictis tenentur, nisi circa *officium* deliquerint, dominisque imputari possit culpa in eligiendis famulis admissa, Hoppe *c. l.* Stryk. *in V. M. h.* §. 4. *&* 5.

4. Aliàs ne quidem *respectu mercedis residuae* actio in dominum hodie datur. Per modum arresti tamen, sicuti aliis etiam debitoribus, ei injungi potest, ne solvat mercedem.

TEXT. NOTAB.

L. in omnibus, 3. L. in delictis, 4. L. si communis, 9. L. si quis a multis, 14. L. electio, 26. L in noxalibus, 30.

Lib. X. Tit. I. (C. III. 39.)

Finium Regundorum.

1. SEquuntur *judicia divisoria*, in quibus hæc singularia occurrunt: (1) quod sint *duplicia*, h. e. uterque litigantium possit esse actor, & reus, *L.* 37. §. 1. *de O. & A. L.* 10. *h. L.* 44. §. 4. *famil.* er. ut tamen is actor sit qui prior ad judicium pro-

vo-

vocat: *L.* 2. §. 1. *comm. divid.* (2) *mixta* h. e. tum ex jure in re, rum ex jure ad rem: *L.* 1. *h. L.* 22. §. 4. *fam. erciscund. L.* 1. *comm. divid* (3) *generalia* ob præsrationes personales generales: (4) quasi contractum supponentia: (5) judex hic usumfructum constituere potest: *L.* 6. §. 1. *de usufr.* (6) sola adjudicatio in his transfert dominium. §. *ult. I. de offic. judic.*

2. Prima est actio FINIUM REGUNDORUM, *quæ datur inter eos, qui confines habent agros, ad dirigendos fines, & præstationem ejus, quod interest. L.* 4. §. 1. *h.*

3. Requiritur itaque (I) *ut litigantes sint confines*, h. e. domini agrorum vicinorum, vel aliud jus in re habentes. *L.* 4. §. 9. *h.* Non itaque haber locum, si via publica, vel flumine distinguantur, *L.* 4 §. *ult. h.* vel socii sint. *L.* 4. §. 7. *h.* Huber. *h.* §. 4. *in fin.* Franzk. *h. n.* 14. 15

(4) (II) *Ut agatur de finibus prædiorum rusticorum. L.* 4. §. 10. *h.* In ædificiis fines non dantur, cum parietibus distinguantur. Ast inter agros fines certi erant olim constituti, h. e. spatium certum intermedium *quinque pedam* ex L. Manilia, quod præscribi non poterat Cic. *L.* 1. *de LL.* Schilter *Ex* 20. §. 46. Quod si itaque de hoc publico limite constabat: licet ultra illum aliquid esset ab altero occupatum, actor non summovebatur exceptione præscriptionis. Si vero de certis finibus haud constat; præscriptioni locus est. *L pen. C. h.* Idem applicatur ad *fines parochiales* certos, & publice determinatos, qui

etiam sunt impræscriptibiles. Si vero non constat de certis limitibus, præscribuntur 30. annis. *C.* 4. *X. de paroch. C.* 6. *C.* 16 *q.* 6. Conf. *Jus nostr. paroch. Sect.* 3. *cap.* 3. §. 13.

5. (III) *Ut fines probentur*, quod fit per testes senes, instrumenta, libros censuales, & alia adminicula, *C.* 13. *X. de probat.* Mascard. *de Prob. Vol.* 1. *Concl.* 394. præsertim per *signa finalia*, quæ ordine recenset Stryk. *in V. M. h.* §. 5. Habentur autem lapides pro *finalibus*, si carbones, vel fragmenta vitri, vel lapilli minores supposita deprehendantur. Id. *c. l.* §. 9. Admittuntur enim probationes leviores ob negotii antiquitatem per *cit. C.* 13. & solet hunc in finem pro meliore informatione judicis ab utraque parte judici offerri ichnographia. *R. I. de anno* 1654. §. 51.

6. Officium Judicis consistit in dirigendis finibus, adhibitis agrimensoribus. *L.* 8. *pr. h.* Schilt. *cit. l.* §. 10. *&* 11. quem in finem ocularis inspectio institui solet. *L.* 8 §. 1. *h. R. I. c. l.* Hert. *de ocular. inspect.* §. 21. Stryk. *de jur. sens. Diss.* 1. *c.* 2. n. 10. *& seqq.* Et ita veteres restituuntur.

7. Aliquando etiam amovendæ obscuritatis gratia fines novos constituit, *L.* 2. §. 1 *h.* vel inundatione confusos de novo assignat, *divisione* quadam intercedente, *L.* 8. *pr. h. t.* alterumque, cujus prædio aliquid adjicitur, in certam pecuniam condemnat. *L.* 3. *h.* Ratio quoque habenda est ejus, quod interest, *L.* 4. §. 1. *h.* & fructuum, *L.* 4. §. 2. *h.* & denique damnorum datorum.

8.

8. Poteſt etiam criminaliter de finibus agi, ſi terminus dolo motus ſit, *L.* 4. §. 4. *h.* ita, ut moribus noſtris remedium civile cum criminali hoc cumulari poſſit. Schilt. *cit. l.* §. 23.

TEXT. NOTAB.

L. 1. L. Hæc actio, 2. L. ſed & loci, 4. §. 1. 2. 6. 9. 10. f. L. de irruptione, 8. L. Judicium, 9. L. Judicium communi, 10. L. in finalibus, 11. L. ult.
Ex Codice L. ſucceſſionum, 2. L. quinque pedum, 5. L. ult.

Tit. II. (C. III. 36.)

Familiæ erciſcundæ.

1. Actione FAMILIÆ ERCISCUNDÆ *agitur inter coheredes de rebus communibus hereditariis dividendis, & aliis præſtationibus perſonalibus faciendis.*

2. Præſuppoſita hujus actionis ſunt: (I) *communio hereditatis*, & hactenus inde hæc actio eſt realis. Quatenus autem alter heredum ſolus *adminiſtravit* rem communem, eſt *perſonalis*. Ex quo fluit, judicium hoc tunc demum locum habere, ſi alter alterum pro herede agnoſcit. *L.* 36. *h. L.* 51. §. 1. *h.* Quod ſi is, qui poſſidet, neget, alterum coheredem: hereditatis petitione res expedienda. Si vero alter ſimul eam partem poſſideat, quæſtio hereditatis, tanquam *punctus incidens*, in eodem judicio pertractatur. *L.* 1. §. 1. *h,*

3. Perinde autem est, inter quos heredes communio sit, *L.* 40. *L.* 2. *L.* 24. §. 1. *h.* sicuti parum interest, utrum omnes, an pauciores ad divisionem agant, *L.* 2. §. 4. *h.* *L.* 43. *h.* quamvis absenti curatore destituto per præsentium divisionem non præjudicetur. *L.* 17. *C. h.*

4. (II) *Ut provocans ad divisionem libere disponere possit.* Si minor ad divisionem provocat: judicis decretum cum causæ cognitione requiritur, quamvis, si provocetur, hoc non requiratur. *L.* 17. *C. de præd. minor.*

5. (III) *Ut divisio rerum hereditariarum recte ineatur.* Ubi requiritur (*a*) *ut res in divisionem venire commode possint.* Sunt vero hæ diversæ naturæ, & indolis. *Quædam enim jam divisæ sunt,* v. c. si ipse defunctus divisionem jam fecit. *L.* 10. & 21. *C. h.* Quin & nomina ipso jure jam divisa sunt. *L.* 2. §. 5. *L.* 4. *pr. h.* Nihilominus ad officium judicis nonnunquam pertinet, ut debita, & credita uni heredum in solidum attribuat. Quod tamen creditoribus non præjudicat. *L.* 3. *h.*

6. *Quædam dividi honeste non debent*, ut libri improbatæ lectionis, vel quod ex scelere acquisitum est. *L.* 4. *h.* *L.* 59. §. 1. *ff. pro socio.*

7. *Quædam dividi non possunt*, ut servitutes reales, *L.* 25. §. 9. *seqq. h.* obligationes pœnales, *cit. L.* §. 13. & obligatio pignoratitia, *L. c.* §. 14. quæ operatur, ut in solidum singuli heredes obligentur. *L.* 2. *C. si unus ex plurib. hered.* Officium tamen judicis

est

est, ut interpositis cautionibus efficiat, ne factum heredis coheredi noceat. Cautiones quoque, & instrumenta hereditaria non dividuntur: sed apud eum relinquuntur, qui vel majori ex parte heres est, vel quem sors, aut consensus reliquorum elegit. *L.* 4. § 3. *L.* 5. *h.*

8. *Quædam denique, etsi in hereditate reperiantur, non tamen communes sunt*, sed alteri heredi propriæ, veluti prælegata, *L.* 42. *h.* & quæ collationi alias non subjacent, ut expensæ studiorum. *L.* 50. *h.* &c.

9. Proprie itaque huc spectant *res hereditariæ communes*, & *præstationes personales*, veluti fructus ab uno coheredum percepti, *L.* 19. *h. L.* 4. *L.* 13. *C. h.* & damna culpa levi data, *L.* 25. §. 16. *h.* sumprusque in communem hereditatem facti, *L.* 18 § 1. *C. h. L.* 3. *C. de negot. gest* de quibus ante omnia rationes sunt reddendæ, antequam divisio suscipiatur.

10. Requiritur quoque, (*b*) *ut ipsa divisio legitimo modo fiat*, h. e. vel *judicialiter*, vel *extrajudicialiter*. In *judiciali* (1) attendat judex, ne quicquam supprimatur: *L.* 44. §. 4. *h.* Mev. 6. *D.* 108. (2) absentibus curator constituatur: Id. 4. *D.* 386. *n.* 3. (3) in ipsa divisione sequatur imprimis judicium defuncti: *L.* 16 *L.* 21. 26. *C. h. L.* 32 *D. h.* (4) corpora hereditaria æqualiter distribuantur, vel, si dividi non possunt, uni adjudicentur, interveniente etiam licitatione, *L.* 1. *C. comm. utriusque jud.* vel sorte: Huber. *h.* §. 8. (5) omnes res dividantur. Quod

si tamen quædam res indiviſæ relictæ: de his poſtea agi poteſt communi dividundo: *L.* 20. §. 4 *h.* Hahn. *ad W. h. n.* 7.

11. *Extrajudicialis* diviſio variat ſecundum locorum conſuetudines. In Saxonia major dividit, minor eligit, *Landr. L.* 3. *art.* 29 modo tantum ſint duo coheredes, & ejuſdem ſexus. Si diverſi: indiſtincte femina dividit, maſculus eligit: Stryk. *in V. M. h.* § 3. alias de jure communi *licitatione*, vel *ſorte* res expedienda, Mev. *ad Jus Lubec. p.* 2. *t.* 2. *art.* 5. *n.* 19. *ſeqq.*

12 Denique (c) *ut æqualitas inter coheredes obſervetur*. Quod ſi alter heredum ſe læſum dicat: videndum, utrum diviſio *judicialiter* an *extrajudicialiter* facta. Illo caſu ſtandum ſimpliciter diviſioni. *L.* 36. *h. L.* 65. §. 2. *ad SC. Trebell.* Hoc vero attendendum, utrum (1) læſio contingat ex *æſtimatione rerum diviſarum*: & non attenditur læſio, niſi ultra dimidium fuerit: *L.* 1. *C. commun. utr. judic.* an (2) *circa ipſas res dividendas*: & quæcunque inæqualitas reparanda: *L.* 3. *C. eod.* Dn. Coccei. *Diſs. ad remed. L.* 3. *cit. Sect.* 2 §. 5. *ſeqq.* an (3) denique contingat *ex evictione*, ad quam heres coheredi obligatur. *L.* 25. §. 21. *h. L.* 66 § *ult. de evict.* Quod ſi ipſe teſtator diviſionem fecit: videndum, utrum *vera diviſio*, an *prælegatum* adſit. Hoc præſumitur, ſi inter *extraneos* diviſio facta, & ita ceſſat evictionis præſtatio. Illud vero, ſi inter *liberos*, & ſic evictio præſtanda. *L.* 77. §. 8. *de legat.* 2. *L.* 83. *h.* Stryk. *in V. M. h.* §. 9.

13.

13. Communio ipsa est impræscriptibilis, quandiu res, *ut communes*, possidentur. *L.* 14. §. 2. *comm. divid.* Præscribitur tamen huic actioni per 30. annos, si unus coheredum res communes, ut *proprias*, bona fide possiderit. *L.* 1. §. 1. *C. de annal. except.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. §. 1. L. per familiæ, 2 §. 3. 4 f. L. plane ad officium, 3. L. si quæ sunt, 5. L & post litem, 12 § 2. L. & puto, officio, 16 §. 4. L. si filii, 20. § 1. 4. L. heredes, 25. § 9. 16. 20. 21. L in hoc judicio, 27. L cum putarem, 36. L. qui familiæ, 37. L. arbitrum, 43. L inter coheredes, 44 §. 3 5. L. si familiæ, 48. L. quæ præter, 50. L. si familiæ, 55 L ult.

Ex Codice. L. adversus, 3. in f. L. si filiusfam. 4. L. in ipsius, 5. L ea, quæ, 6. L. quotiens, 10. L. si familiæ, 14 L filii patris, 16. L coheredibus, 17. L. filiæ, 18. L. si cogitatione, 21. L. ex causa, 25. L. inter omnes, 26.

Tit. III. (*C. III.* 37. 38.)

Communi *dividundo.*

1. Actione COMMUNI DIVIDUNDO *agitur de rebus singularibus dividendis inter socios, præstationibusque personalibus faciendis*. Neque enim actio *pro socio* sufficere visa fuit, quæ ad præstationes personales, non vero ad *societatem dissolvendam* pertinet. *L.* 1. *h.*

2. Præsupponitur itaque (I) *rerum singularium communio* sive contractu *societatis* inita fuerit, sive partes in eam *inciderint*: *L.*

2.

2. *h.* Franzk. *h. n.* 5. *seqq.* sive possideant, sive non: *L. pen. h.* sive domini sint, sive b. f. possessores, *L. 7. pr.* §. 1. & 2. vel alio modo jus in re habeant. *L.* 7. §. 6. 7. 8. 9. *h.* Non vero sufficit jus ad rem. *L.* 7 § 11. Ubique tamen communio adesse debet ex *justa causa*, *L.* 7 §. 4. 5. *h. L.* 70. *in fin. de fidejussorib. L.* 12. §. 1. *de furt.* Utilis etiam actio datur, finita communione, de *præstationibus* quibusdam. *L.* 6. §. 1. *h.*

3. (II) *Ut alter sociorum partem suam separatim administrare non potuerit:* alioquin *negotiorum gestorum* actio datur. *L.* 6. §. 2. *h.*

4. (III) *Ut quod in re communi actum, communi quoque nomine gestum sit*, *L.* 14. *pr. h* licet agens in persona erraverit. *L.* 6. *pr. h.* Hinc qui non communi nomine, sed ut fructus solus lucretur, agit, damnum sentire debet: lucrum vero communicare. *L.* 6. §. 2. *h.* Ceterum qui aliquid impendit in rem communem, quasi suam, tantum *retentionem* habet: non vero *stricto jure* hanc actionem. *L.* 14. §. 1. 29. *pr. h.*

5. His suppositis, datur hæc actio, non obstante pacto contrario, *L.* 14. §. 2. *h.* aut prohibitione testatoris, *L.* 59. *ff. pro soc.* nisi ad tempus prohibita sit divisio. *L. cit.* 14. Stryk. *in V. M. h.* §. 4. Mev. 9. *D.* 157.

6. Principaliter datur ad *divisionem* eodem modo fere instituendam, uti in famil. ercisc. judicio. *L.* 6. §. 11. *h.* Ante omnia voluntati partium standum: *L.* 3. *in f. h.* alioquin vel licitationi, *L.* 1. *C. h.* vel sorti res

com-

committenda, si alius modus dividendi deficit. Mev. 2. *D.* 21.

7. Deinde quoque hic veniunt *præstationes personales*, *L.* 4. § 3. *h.* dum socii tenentur (*a*) ad restituenda damna data in re communi. *L.* 8 §. 2. *L.* 20. *h* Huc etiam pertinet, si quid factum in re communi, invito socio, *L.* 12. *&* 28. *h.* modo tale quid factum sit, ad quod res communis non est destinata: alias melior est conditio facientis. *L.* 68. *ff. pro soc.* Mev. 7. *D.* 44. (*b*) Ad lucrum communicandum *L.* 11. *h.* modo post communionem perceptum sit. *L.* 4. §. 3. *h.* (*c*) Ad impensas pro parte refundendas. *L.* 4. §. 3. *L.* 11. *h.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. L. nihil autem, 2. pr. §. 1. L. per hoc judicium, 4. §. 2 3. L. si quis putans, 6. §. 1. 2. 11. L. communi dividundo, 7. pr. §. 6. 8. ult. L. & si non omnes, 8. pr. L. in summa, 11. L. in hoc judicium, pr. §. 1. 2. L. ut fundus, 18. L. si is, 20. L. Sabinus in re communi, 28. L. si quis, 29. *Ex Codice.* L. 1. L. Si probatum, 2. L. si major, 4. L. ult. *comm. divid.* L. divisionem, 1. L. majoribus, 3. L. de instrumentis, 5. L. 7. L. si inter vos, 8. L. familiæ, 9. L. scriptura, 10. *commun. utriusque judic.*

Tit. IV. (C. III. 42.)

Ad exhibendum.

1. Actione AD EXHIBENDUM opus fuit ad demonstrandum, alterum rem possidere, vel ob aliam causam, quarum multæ esse

se possunt. *L.* 3 § 1. *h.* Unde præparatoria est rei vindicationis, & in genere actionis realis. *L* 3. §. 3 *h. L.* 1. *h.* Est autem EXHIBERE, *facere in publico potestatem, ut ei, qui agat, experiundi sit copia. L.* 2. *h. L.* 6. *h.*

2. Oritur hæc actio ex *obligatione legali*, Hahn. *ad W. h. n.* 2. & hinc personalis est: *L.* 3. §. 3. *h.* simul tamen in rem scripta, *L.* 3 §. *f. h.* cum detur adversus omnem possessorem.

3. Requiritur vero, (I) *ut intersit agentis L.* 3. §. 9. *h.* rem exhiberi, & quidem (*a*) *peculiariter*. *L.* 13 *L.* 19 *h.* De quo judex summariter cognoscit *L.* 3. § 9. *h.* non admittendo exceptiones altioris indaginis. *L.* 3. §. 13. *h.* (*b*) *ex justa, & probabili causa*, seu *ex jure perfecto, L.* 3. §. 11. *h.* (*c*) & quidem *utroque tempore*, litis contestatæ sc. & rei judicatæ. *L.* 7. §. *ult h.*

4. (II) *Ut, alterum possidere, probet actor.* Quem in finem dicere argumenta rei debet. *L.* 3. *pr. h.* Sufficit autem probasse, alterum naturaliter possidere, *L.* 3 §. 15. *L.* 4. *h.* licet mala fide. *L.* 3. § 11. *h. L.* 2. §. 1. *expil. hered.* C. I. A. *h. n.* 5 Ergo heres, non qua *heres*, sed qua *possessor*, tenetur. Tenetur tamen ex dolo defuncti, quatenus hereditas locupletior eo nomine reddita. *L.* 12. *in f. h.*

5. (III) *Ut habeat facultatem restituendi reus: L.* 5. *pr. h. L.* 7. §. 3. *h* alias, licet possideat, cavere tantum debet, se rem exhibiturum, si in potestatem suam pervenerit. *L* 5. §. 6. *h.* Sic etiam per legem aliquando hæc facultas adimitur. *L.* 6. *in f. h.*

6. Si res propter *dolum* rei exhiberi non possit: *in subsidium* ad interesse tenetur *L.* 9. *pr.* & § 4 *h.* per juramentum in litem determinandum. *L.* 3. §. 2. *L.* 5. §. 2. *h.* Dolus enim pro possessione est. Culpa non sufficit, *L.* 7 § 5. *h.* nisi res perierit propterea, quod non statim fuerit exhibita, & alter temere liti se commiserit. *L.* 12. §. 4. *h.*

7. (IV) Ut exhibeatur *in eadem causa*, *L.* 9. §. 5. *h.* *L* 6. *h* non deteriorata, aut mutata, L. 9. §. 3. *h.* & (V) aliquando *ex accidente cum omni causa*, *L* 9. §. 6. 7. *h.* §. 3. *I. de off. jud.* (VI) *sumtibus petentis*. *L.* 11. §. 1. *h.*

8. Denique (VII) *Ut res possit in publicum exhiberi* Hinc tantum respectu mobilium agi posse volunt. C. I. A. *h. n.* 6 Verum quid, si res immobiles nos lateant? Nec obstat, quod ita earum argumenta doceri non possint juxta *L* 3. *pr. h.* Nam id non opus est, si juste ea ignorantur. *L.* 3 §. 7. *h.* Dn. Stryk. *ad Lauterbr. h. p.* 279. *verb. incognitæ*. Hahn. *ad W. h. n.* 5. Brunnem. *ad L.* 8. *in f. h.* Dn. Thomas. *ad Huber. h. in f.*

9. Hodie etiam *solenni* actione non est opus: sed expeditius exhibitio petitur per *mandata compulsorialia*, Hahn. *cit. l. in f.* Schilt. *Ex.* 20. *th.* 91. ut tamen eadem requisita supponi debeant.

TEXT. NOTAB.

L. exhibere, 2. L. in hac actione, 3. pr. § 2. 3. 7. 9. 11. f. L. nam & cum eo, 4. L. Gemma, 6. L. Tigni, 7. pr § 4. 5. L. Julianus scribit, 9 §. 5. L. sed & si hereditas, 11. § 1. L.

Digitized by Google

L. de eo exhibendo, 13. §. 2 3. 5. f. L. si liber homo, 13 L. si quis hominem, 17. L. ad exhibendum, 19

Ex Cod. L. Neque, 3. L. ad exhibendum, 5. L. exhibitionis, 7. L. si res tua, 8. L. ult.

Lib. XI. Tit. I.

De interrogationibus in jure faciendis, & interrogatoriis actionibus.

1. INterrogationes olim in jure ab actoribus fiebant vel ad *fundandam actionem L.* 2. 3. *h.* jam antea competentem: vel ad *quærendam novam*, cum responsione sua reus adstringebatnt, tamquam ex quasi contractu. *L.* 11 §. 9. *h.* Hunc in finem *interrogatoria actio* erat comparata, quæ in desuetudinem jam olim abiit: *L.* 1. §. 1. *h.* sed non ita interrogationes pro fundandis actionibus jam competentibus. Stryk. *de Prob. per interrog. advers.* §. 11. *seqq.* & 29 Hæ & hodie utiles esse possunt, Id. §. 14. præsertim si super titulo quis interrogetur. *L.* 11. *C. de petit. hered.* Stryk. *de necess. edend. tit. poss. c.* 2.

2. Judex quoque, ubi eum æquitas moverit, interrogare litigantes potest *L. pen. h.* in quavis judicii parte, etiam post conclusionem in causa. R. I. de *A.* 1654. §. 41. *in f.* Stryk. de *interrog. c. I.* §. 31. *seqq.* Ubi vero judex non habet jus interrogandi, v. c.

in

in criminalibus, cessantibus indiciis, ibi responsio non nocet.

3. Ex his interrogationibus, quæ post L. C. olim fieri poterant, invaluerunt POSITIONES, per quas, præstito *juramento dandorum*, actor ab altero elicere confessionem satagit exigens proinde ab eo juramentum *respondendorum*. *C.* 6. *X. de juram. calumn. Clem. sæpe de V. S.* Conf. *Jus eccles. protest. lib. II. tit.* 5 §. 7. *seqq.*

4. Modus procedendi per positiones est hic. (1) Offerantur post litem contestatam (2) in causis civilibus. (3) Concipiantur de facto, quod probandum est, (4) non perplexe, nec (5) obscure, aut (6) alternative: multo minus (7) generaliter: quin potios (8) distincte, vel ut non contineant diversas quæstiones. Sint quoque (9) relevantes. Mev. 3. D. 241. (10) Offerat se ponens ad *juramentum dandorum*. Inde ponens positiones *veras* esse asserit: non qui articulos offert. Michalor *de Posit. C.* 3. *n.* 15. Revocatio tamen *in continenti* permissa. Dn. Stryk. *c. l.* §. 70.

5. Sic quoque alter, quem *ponat* vocant, respondere debet (1) *simpliciter*: alias habetur pro confesso, *C.* 2. *de conf. in* 6. modo secundum usum fori hæc pœna fuerit inserta citationi: Stryk. *c. l.* §. 77. (2) *congrue*, (3) *rotunde* absque omni appendice: R. I. *de Anno* 1654. §. 49. (4) *clare*. Præstat tamen hic quoque juramentum *malitiæ*, & hoc utrobique est necessarium, licet jam ante juramentum *generale calumniæ* sit præsti-

ſtitum, Mev. 3. *D.* 176. quod non debebat fieri.

TEXT. NOTAB.

L. 1. §. 1. L. Edictum, 2. L. voluit, 4. §. 1. L. si sine interrogatione, 9. § 5. 6. 7. L. de ætate, 11. §. 3 4 8. 9. L. confessionibus, 13. pr. L. ubicunque, 21.

Tit. II.

De quibus rebus ad eundem judicem eatur.

1. AGitur hoc titulo de certa specie fori competentis ex continentia causarum, ubi in causa *eadem*, vel *connexa* ad eundem judicem superiorem litigantibus omnibus communem itur, non obstante *exceptione primæ instantiæ*.

2. Oritur continentia (I) ex *identitate causarum*, quando adversus plures personas diversas jurisdictiones agnoscentes, vel de rebus pluribus diversis judicibus subjectis eadem competit actio.

3 Hoc casu judex omnium superior adeundus, modo (I) plures rei unum superiorem recognoscant. Vmm. *ad Process. disp.* 4. *n.* 22. Hoc sufficit, licet alias ad hoc forum commune quidam evocari nequeant, ob beneficium de non appellando. Dn. Stryk *ad Lauterbach. h. pag.* 282. *V. habeat*. Foro communi deficiente, actio scindenda est.

4. Modo (II) quis causas non ultro separaverit, advetsatio tacente & non excipiente. Mynsing. 1. O. 97. *in fin.* Et denique. (III) actor non captiose adjungat alium reo principali, ut saltem eum prima instantia defraudet. Carpz. *Lib.* 2. *resp.* 17.

5. (IV) Ex *conjunctione causarum* forum oritur, quando unum judicium alteri ita cohæret: ut vel (*a*) illud *præparet*, veluti actio ad exhibendum, ut res vindicari possint, & ubi de *possessorio* actum, ibi *petitorium* quoque instituendum, nisi obstet incompetentia respectu jurisdictionis: vel (*b*) *explicet*, atque liquidum reddat, veluti si plures adsint actiones, atque uni per alteram præjudicium fiat. Mev. 3. *dec.* 90. & 1. *d.* 234. Sic etiam ex *accessoria* continentia oritur. Mev. 5. *D.* 355.

Tit. III. (*C. VI.* 2.)

De servo corrupto.

1. QUi servum alienum dolose corrumpit, *quoad animum*, tenetur hac actione ad duplum præstandum ejus, quod actoris interest. Hæc singularia habet, quod, licet sit prætoria pœnalis, tamen *perpetuo* detur, *L.* 13. *pr. h.* & non infamet: *arg. L. fin. h.* imo inter conjuges detur tantum in simplum. *L. fin. h.*

2. Quia vero patria potestas olim admodum rigida erat, ut liberi fere ejusdem sortis haberentur cum servis: hinc *utilis* actio

actio ad liberos ab aliis corruptos extensa est. L. 14. §. 1. h. Praeterea hodie etiam Dd. hanc actionem utilem applicant ad maritum, praeceptorem, magistratum &c. si hi, qui sub horum potestate sunt, corrumpantur. Conf. Tract. de Action. sect. II. c. 1. §. 69. sq.

3. Poterat quoque olim extra ordinem haec corruptio vindicari. L. 5. ff. de extraord. crimin. Hinc forsan & hodie denunciasse magistratui expedit, ut ex officio inquirat. Schilt. Ex. 21. th. 16 Magistratui enim incumbit, ne scandala publica disseminentur, unde postea calamitates in re publica oriri possint.

TEXT. NOTAB.

L. 1. §. 4. L. in hoc judicium, 10 L. Haec actio, 13. L. Ut tantam, 14 §. 1 L. ult.

Tit. IV. (C. VI. 1.)

De fugitivis.

1. SERVUS FUGITIVUS est, qui discedit a domino cum animo, ne unquam revertatur. L. 17. de aedil. edict. Ab hoc differt erro, qui pererrat quidem urbem, animum tamen redeundi non deposuit. cit. L. 17. §. 14.

2. Varia de *fugitivis* constituta sunt in jure, v. g. si ad barbaros fugiebant: poena erat pedis amputatio. L. 3. C. h. Si pro li-
be-

beris se gesserant: graviter coercebantur, *L.* 2. *h.* data simul facultate, in prædiis alienis requirendi fugitivum, & hos puniendi, apud quos delituerant, si criminis essent conscii. *L.* 1. §. 2. *L.* 3. *h.* Sed hæc quidem ad mores Romanos spectant.

3. Hodie si famuli aufugiant, exigere nequeunt partem mercedis futuri adhuc temporis: imo si doceri potest damnum, ad interesse non deerit actio. Schilt. *Ex.* 21. §. 19. *in not.* Quod vero ad rusticos, & proprios homines fugitivos attinet, horum persecutio non addiscenda est ex Romano jure, sed moribus propriis Germanorum. Vid. Mev. *Von dem Zustande Abforderung und verwiederter Abfolge der Bavers-Leute.*

Tit. V. (*C. III.* 43.)

De Aleatoribus.

1. Hoc titulo cautum, ne ludi *fortunæ*, & certa ratione ludi *artis* permitterentur, cum facile abire possint in lacrymas. *L. fin. C. h.* Illi tamen ex principiis gentilismi permissi, per quos cives inclarescere poterant, qui *virtutis* ludi vocabantur. *L.* 2. *h.*

2. Subinde quoque cautum, (I) ne, quod lusu perditum est, unquam peti posset. Quin, si perditum jam solutum est: conceditur condictio ad 50. annos, quæ cuilibet de populo etiam, & maxime *fisco*, competit. *L. fin. C. h.*

3.

3. (II) Ne colluſores exactionem habeant ejus, quod ad luſum crediderunt. Qui vero non colluſit, pecuniam mutuatam condicere non prohibetur. Hahn. *ad W. h.* n. 4.

4. (III) Epiſcopi, & alii ſacris officiis præfecti per triennium ab officio ſuſpendendi, ſi tantum ſpectatores adfuerint. *Auth. interdicimus. C. de Epiſc. & Cler.* Schilt. *c. l.* §. 21. Ziegl *tr. de Epiſc. lib. IV. c.* 15.

5. (IV) Receptores luſorum non habent actionem de damnis, & injuriis: *L.* 1. *pr. h.* bene tamen colluſores, non excluſa coercitione publica. Huber. *h.* §. 2. Imo domus aleatoribus præbita fiſco cedit.

6. (V) Conſtituta quoque eſt actio pœnalis in eos, qui alterum ludere coegerunt, vel a ludo recedere volentem retinuerunt, & hi vel pœna pecuniaria multabantur, vel in vincula publica ducebantur. *L.* 1. *in f. L.* 2. *pr. h.*

7. Sed hæc quidem olim ex optimis rationibus inter gentiles obtinuere. Hodie vero inter Chriſtianos ludi tolerantur, & colluſores foventur. Forſan nationi Germanicæ hoc connatum vitium dixeris, cum & ab antiquis temporibus Germani a ludendi pruritu notati fuerint. Tacit. *de morib. Germ. c.* 24. Unde fere ubique conditio ejus, quod luſu perditum eſt, ceſſat, Quin etiam nonnullis in locis datur ſimul exactio, accedente præſertim tranſactione, vel cambio. Stryk. *in V. M h.* §. 9.

8. Major eſt favor & æquitatis ratio in SPONSIONIBUS, quæ ſunt *conventiones conditio-*

na-

nales, quibus ab utraque parte in eventum certum aliquid promittitur, ut conditione existente obligatio ad petendum efficax adsit.

9. Eadem hic observanda sunt requisita, quæ in pactis, & conditionibus. Imprimis tamen curandum, (1) ut *bona fides adsit*. Hæc respuit dolum, ut & varias ambiguas locutiones, & sophisticas interpretationes, quæ hic non raro adhiberi solent. (2) *ut de re licita ineatur*. *L.* 17. §. *f. d. P. V.* Sic ubi ludi sunt illiciti, non licita quoque eo nomine est sponsio. *L.* 3. *h.* Schilt. *Ex.* 21. *lit. b.* (3) *Ut non sit temeraria*, veluti de maxima parte bonorum.

10 Hodie cum *ex pacto* detur actio, non ambigitur, ex sponsionibus hisce quoque dari actionem. Quodsi tamen tertio res sit commissa, ut victori restituat: tenetur eo nomine actione præscriptis verbis. *L.* 17. §. *ult. de præscr. verb.*

11. De *Urnis fortunæ, von denen Lottereyen* minor dubitatio est, quod permitti possint, si (1) ad bonum adhibeantur finem: (2) absque fraude omnia procedant: (3) auctoritate publica constituantur. Subest enim emtio spei. Alias magis e Republ eliminandæ. Vid. *Ord. Polit. Sax. tit* 8. §. 2.

12. Sic itidem *judicium sortis* aliquando in subsidium adhibendum, ubi (*a*) nulla alia eluctandi via, (*b*) & par omnium conditio, (*c*) res est talis; quæ privato subest arbitrio. Hinc sortem in *pænis infligendis*, & *electionibus* ab iniquitate vix liberari posse, plurimi contendunt.

M TEXT.

Google

TEXT. NOTAB.

LL. omnes sub hoc titulo notandæ sunt.
Ex Codice. L. 1. L. alearum, ult.

Tit. VI.

Si menſor falſum modum dixerit.

1. EX doloſa, vel culpoſa RENUNCIATIONE FALSI MODI a menſore facta, a Prætore introducta eſt *actio in factum* contra menſorem ad id, quod intereſt. *L.* 3. §. 1. *h.*

2. Erat autem menſorum olim magna dignitas, Schilt. *Ex.* 20 §. 10. adeo, ut veteres crediderint, inter talem perſonam non locationem, & conductionem, ſed magis operam, *beneficium*, & quod datur, *honorarium* eſſe. Hinc civilem obligationem hic deficere crediderunt. *L.* 1. *pr.* §. 1. *h.* Prætor itaque introduxit quidem *actionem in factum*: ſed contra jus civile non adeo rigide quid conſtituere poterat, ſatis abundeque menſorem coerceri putando, ſi dolum, & latam culpam tantum præſtaret.

3. Eſt itaque hæc actio magis ex delicto, ſeu *damno* per menſorem dato, licet non ſit pœnalis, ſed rei perſecutoria. *L.* 4. *h. t.* Unde contra heredes non datur. *L.* 3. §. 5. *h. t.* Extenſa eſt præterea ad eos, qui in ædificii, vini, frumenti, itineriſque latitudine, & menſura fefellerunt. *L.* 5. *in f.* *L.* 6. *h.*

4.

4. Hodie hac actione non esse opus, putat Schilt. *Ex.* 21. §. 24. quod nostri agri menſores non sint in tanta dignitate conſtituti, ſed ex locato conducto poſſint conveniri. Et ſic major diligentia præstanda. Imo datur actio etiam contra heredes, contra *L.* 3. §. 5. *h.* Vid. Dn. Thomas. *ad Huber h.* Hoc tamen limitandum eſſe cenſeo, niſi etiam hodie menſores in dignitate conſtituti adhibeantur.

TEXT. NOTAB.

L. 1. pr §. 1. L. vel per literas, 2. L. ſi duobus, 3. §. 1. 3. 5. L. Hæc actio, 4. L. ſi menſor, 5. §. ult. L. ult. §. 2. 4.

Tit. VII. (C. III. ult.)

De religioſis, & ſumtibus funerum, & ut funus ducere liceat.

1. OLim religioſum locum quilibet *privata auctoritate* faciebat, cui ſanctitatem quandam ineſſe credebant gentiles. A. Gell. *N. A. L.* 4. *c.* 9. Hinc oriuntur *jura manium*. Cic. *Lib.* 2. *de LL. p. m.* 448. Jac. Gutherr. *de jur. manium*. Requirebatur autem, (I) ut cadaver vel præcipua pars hominis inferretur. *L.* 44. *h.* Deſtinatio ſola non ſufficiebat. *L.* 6. §. 1. *h.* (II) In talem locum, ubi alicui eſſet jus inferendi, nec (III) alia ratione inferre prohibitum, veluti in urbe, *L.* 3. §. 5. *de*

sepul. viol. L. 12. *C. h.* (IV) & quidem animo sepeliendi, *L.* 40. *h.*

2. Sicuti vero olim favorem summum habuit religio: *L.* 43 *h.* ita sepultura quoque hodie ex causis naturalibus sua habet jura specialia, & imprimis celerrimæ est expeditionis nullam admittens appellationem.

3 Hodie *loca publica* sepulturæ sunt destinata, ut nemo amplius sibi privatum dormitorium auctoritate privata eligere possit. Stryk. *ad I. Eccl. Brunn. L.* 2 *c.* 2. §. 12. *verb. extra cæmiterium. Jus nostr. Paroch. S.* 4. *c.* 2. §. 13. Ipsa tamen cœmiterii constitutio non præcise ad jura episcopalia inter protestantes referri debet. Stryk *de jure funer. c.* 1 § 11.

3. Sepulchra sunt vel *publica*, & *communia*, & ut plurimum gratuita, vel *privata*, & specialia. Circa illa observandum, (1) *sepeliendum aliquem esse in ecclesia Parochiali*. Unde etiam peregrinus ad suam parochiam deferri potest. Quo casu nimis avare Parochi, per quorum parochiam ducitur cadaver, funeralia non debent exigere. Stryk. *de Jure fun. c.* 1. §. *f.* Magistratui tamen denunciari hoc debet, per cujus territorium ducitur. *Jus Paroch. cit. l.* §. 5. (2) *Liberum tamen esse unicuique, sibi sepulturam alibi eligere, C.* 1. *X. de sepult. Jus Paroch. c. l.* §. 8. *seqq.* nisi fuerit sepultura indignus.

5 Est enim sepultura vel *honesta* consuetis ceremoniis adhibitis facta (de quibus tamen Princeps ex sententia Protestantium disponere, Dn. Thomas. *de jure Princip. Evang. circa solenn. sepult.* adeoque solennia illa remi-

mittere poteſt, ut tamen maneat *honeſta*): vel *inhoneſta*, quando quis vel abſque ceremoniis *in pœnam* extra cœmiterium, vel prope marginem ejus vel etiam a carnifice in loco ſupplicii ſepelitur, quæ in ſpecie *aſinina* dicitur. Eſt vero *denegatio honeſtæ ſepulturæ* genus pœnæ *eccleſiaſticæ*, adeoque apud Proteſtantes in conſiſtoriis de ea decernitur. Diſſentit Stryk. *cit. l.* §. 5.

6. *Privata* ſepulchra ſunt vel *familiaria*, vel *hereditaria*. *Illa* ſunt, quæ quis ſibi & familiæ ſuæ conſtituit: *hæc* vero, quæ quis ſibi, heredibusque conſtituit, *L.* 5. *h.* & conſervantur quoque illis, qui hereditatem repudiaverunt, ut & qui exheredati ſunt, *L.* 6. *h.* niſi teſtator hoc expreſſe prohibuerit: *L.* 7. *h.* non tamen tranſeunt in heredes fideicommiſſarios. *L.* 42. §. 1. *ad SCt. Treb.* Hodie poſſunt in alios quoque transferri, & alienari, ut tamen maneant ſepulchra. Stryk. *c. l. c.* 2. §. 10. *ſeqq.*

7. Cautum vero eſt, *ne quis in alienum locum inferat*; alias datur actio prætoria *in factum* domino loci, adverſus illicite inferentem ad hoc, ut vel cadaver tollat, vel loci pretium præſtet. *L.* 7. 8. *h.* Quæ actio tam heredi, quam in heredem competit. *L.* 7. *pr. h.* Socio ſufficit actio famil. ercisc. vel comm. divid. *L.* 1. §. 1. *h.* Quandoque etiam ad pœnam competit, ſi quis in locum publicis uſibus deſtinatum intulit. *L.* 8. §. 2. *h.* Uſus hujus actionis in privatis ſepulchris attendi ſolet. Hahn. *ad W. n.* 4.

8. Cura funeris faciendi (I) incumbit ei, quem testator eligit, qui tamen ad hoc cogi nequit, niſi emolumentum a defuncto habeat. *L.* 12 §. 4. *h.* Hoc deficiente, (II) obligantur heredes *c. L.* 14 §. *f. h.* & (III) in ſubſidium illi, qui ad alimenta defuncto præſtanda obſtricti erant. Stryk. *c. l. c.* 3. §. 4. Proinde, ſi uxor dotem habet, ex qua ſepeliri poſſit, maritus non tenetur ex bonis propriis uxorem ſepelire. *L.* 16 *ſeqq. h.* E contrario filiæ in ſubſidium ex feudo funerandæ &c.

9. Si quis autem funeravit, qui non erat obligatus: eo nomine habet *actionem funerariam* ad ſumtus repetendos ab illis, qui funerare debuerunt. *L.* 12. §. 5. *L.* 14. §. 5. *h.*

10. Requiritur vero, (I) *ut funerans ſumtus fecerit animo repetendi:* aliud eſt, ſi eos fecerit ex *pietate*, h. e ex ſola *affectione*, vel *miſericordia*, animo non repetendi impenſas. *L.* 14 §. 7. *ſeqq. h.* Illud parum refert, utrum heres prohibuerit, nec ne, cum magis *defuncti*, quam *heredis* negotium geratur. *c. L* §. 13. (II) *Ut alia deficiat actio. L.* 14. §. 12. *L.* 15. *h.* (III) *Ut ſumtus ſint intra modum facti.* Hinc non competit ei, qui nimis parcus fuit in contumeliam defuncti, *L.* 14. §. 10. *h.* vel etiam nimis immodice eos fecit, etiamſi teſtator ita voluit. *L. c.* § 6. Ineptæ enim voluntates defunctorum haud ſervandæ. *L.* 14. §. 5. *h. L* 113. §. 5. *ff. de leg.* 1. *L.* 27. *pr de condit. inſtit.* Imprimis itaque hic reſpiciendum ad *dignitatem*, & *facultates* defuncti. *L.* 14. §. 6. *h.*

II

11. Funeris causa impensum videtur, sine quo honeste funus duci haud potuit. *L.* 14. §. 3. *L.* 37. *h.* Unde & commendationum funebrium expensæ imputandæ, *L.* 14. § 4. *h.* Cic. *de Leg. lib.* 2. *p m.* 450. de quibus cognoscit judex secularis. Solent vero omne creditum precedere. *L.* 45. *h. L.* 17. *de reb. auctor. jud.* Quibus tamen non annumerandæ in ultimum morbum factæ. Dn. Bodin. *de non præfer. sumt. ult. morbi.*

12. Tandem provisum quoque jure R. fuit, ne quis impediretur mortuum suum in suum locum inferre: alias dabatur *actio Prætoria in factum adversus impedientem ad interesse.* Et quia rei persecutoria est, heredi, & in heredem quoque datur. *L.* 8. *in f. L.* 9. *h.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. L locum, 2. §. 1. 4. 5 6 L. familiaris, 5. L is, qui intulit, 7. L ossa, 8. pr. §. ult. L. etsi quis, 14 § 6. 7. 8 10. 12. f L. in eum, 16. L. Celsus scribit, 22. L quod si nulla, 28. L. minime, 35. L. Divi fratres, 39 L. Si plures, 41. L. sunt personæ, 43 L. cum in diversis, 44 L. impensa, 45

Ex Codice. L legitum, 3. L. si sepulchrum, 4. L militis, 5. L. jus familiarium, 8 L obnoxios, 11. L. mortuorum, 12. L. 19. L. sepulchri, 13

Tit. VIII.

De mortuo inferendo, & sepulchro ædificando.

1. EOdem in casu, qui §. *ult. Tit. præced.* explicatus est, datur etiam interdictum prohibitorium, *ne vis fiat ei, qui mortuum in suum locum inferre vult. L.* 1. *pr. h.* si vel maxime *per indirectum* prohibeatur. *L.* 1. § 3. *h.* Datur ex favore religionis etiam illis, quibus opponitur, quod locum religiosum facere non possint. *L.* 43. 8.

2. Aliud interdictum est de *exstruendo sepulchro*, quo prohibet prætor vim fieri ei, qui sine dolo malo ædificare monumentum intendit. *L.* 1. §. 5. *h.* Solebant enim Romani amplissima monumenta exstruere, ut etiam in iis commorari liceret. *L.* 3 *de sep. viol. L.* 71. § 2. *de cond. & dem.* Cic. *cit. l.*

3. Tandem quoque *lege Regia* cautum, ne quis mulierem, quæ prægnans mortua sit, humaret, antequam partus ei excidatur. Qui contra fecerit, *spem animantis cum gravida peremisse videtur. L.* 2. *h.*

TEXT. NOTAB.

L. Negat lex regia, 2. L. longa, 4

Lib.

Lib. XII. Tit. I. (C. IV. 1. 2.)

De rebus creditis.

1. CREDENDI appellatio generalis eſt, complectens omnes contractus. *L. 1. h.* CONTRACTUS autem, quatenus pacto stricte dicto opponitur, eſt *conventio forma specifica*, & *certa simulque speciali nomine constans*, & *commerciis gentium inserviens*, quo ſenſu dicitur habere, *nomen*, aut *causam*. *L. 7. §. 1. & 2. h.*

2. Sunt vero contractus vel *veri*, vel *quasi*. *Illi* dicuntur, qui vero conſenſu, ſive *expresso* ſive *tacito* conſtant. In *his* obligatio magis ex re naſcitur. *L. 46. ff. de obl. & act.* Vid. *Tit. de pact.* §. 15.

3. Veri contractus ſunt vel *nominati*, vel *innominati*. Nominati propter definitam in jure naturam in peculiare nomen contractus tranſeunt, & in foro Romano nominatam actionem, & ſic ſpecialem formulam præſcriptam habebant, Huber. *tit. de præscr. verb* §. 2. Henning. *ad Grot. Lib. 2. c. 1. §. 2.* ſecus, ac innominati. De uſu infra.

4. Nominati omnes quidem conſenſu conſtare debent. Alii tamen præter illum requirunt *traditionem rei*, & hinc dicuntur *reales*: alii *scripturam*, hinc *literales*: alii *verba*, hinc *verbales*. Denique quidam ſubſiſtunt in *solo consensu*, quamvis *specifico*, & *determinato* ad certum objectum. Hinc *consensuales*.

5. Apud Germanos, quibus omnis promiſſi fides ſancta fuit, hæc diſtinctio non occurrit qui *conſenſui* vim omnem obligandi tribuerunt. Hinc eatenus illa recepta dici nequit, quatenus ad producendam obligationem ultra *conſenſum* aliquid jure Romano exigitur. Dn. Stryk. *de proband. verſ. cred.* §. 3. & 4. Sic reales contractus *primario* ex rei traditione obligationem capiebant *L. 17. pr. de pact.* Ex quo fluit deciſio, *L.* 11. §. 1. *h.* quæ tamen hodie aliter facienda. Brunnem. *ad cit. L. n.* 8.

6 Stricto ſenſu vox *crediti* tantum refertur ad mutuum, quod inter reales primo loco eminet, *eſtque contractus realis, quo res fungibilis ita alteri datur, ut eadem in genere reſtituatur*.

7. In mutuo requiritur (I) *ut dans habeat dominium rei fungibilis*, *L.* 2. §. 4. *h. L.* 4. *C. h.* & ſic in re *aliena* fungibili non contrahitur mutuum, ſed *exſtans* vindicari, *conſumta* vero b. f. condici, vel ad exhibendum agi poteſt, ſi dolus intervenit. *L.* 11. *in fin. L.* 13. *h.*

8. (II) *Ut habeat liberam adminiſtrationem rerum ſuarum*. Hinc pupilli mutuum non valet: interim conſumta res *condictione ſine cauſa* repetitur. *L* 19 §. 1. *h.* Sic etiam olim magiſtratus mutuum dare non potuit, *L.* 34. §. 1. *h.* ſecus ac hodie.

9. (III) *Ut res tradatur ex certa ſcientia*. Requiritur itaque *traditio* ſaltem *ficta*, *L.* 15. *L.* 11. *L.* 34. *pr. mandat.* ſufficitque, ſi dominus ſuam pecuniam meo nomine dedit, ut mihi acquiratur actio. *L.* 2. §. 4. *L.* 9. §. 8. *h.* Quod ſi error in *acceptione* adſit; ſiquidem con-

consentiant in translationem dominii, licet in titulo dissentiant, transfertur dominium: *L.* 18. *pr. h. L.* 36. *de acq. rer. dom.* secus est, si dissensus adest ratione transferendi dominii. *L. cit.* 18. §. 1. Hert. *de convent. domin. translat.* §. 17.

10. (IV) *Ut accipiens se obligare possit, vel alia ratione mutuum accipere non prohibeatur*, ut filius familias ob SCtum Macedonianum. Imo, si eorum nomine, quos sub cura, vel tutela habent, tutores mutuum accipiunt: specialiter requiritur *versio in rem pupillorum, vel minorum*: alias hi non obligantur. Dn. Stryk. *c. l. c.* 2. §. 1. *seqq.*

11. In *civitate* distinguendum, utrum ipsa *civitas*, an ejus *administratores* contraxerint. Prius fit, si vel *tota universitas*, vel hi, qui eam *repræsentant*, Mev. 8. *D.* 162. vel *Syndicus* ad mutuum accipiendum constitutus contraxerint, Mev. 5. *Dec.* 384. quo casu ipsa civitas *directo* obligatur. Posteriori casu non aliter, quam probata versione: *L.* 27. *h.* qua non probata, ipsi administratores soli obligantur. Dn. Stryk. *de Caut. C. S.* 2. *c.* 1. §. 3. *seqq.* Idem judicium formandum de mutuo administratorum nomine ecclesiæ accepto. Stryk. *de prob. vers. cred. c. l.* §. 22. *seqq.* Engelbr. *ad ff. h.* §. 2. *in f.*

12. (V) Ut *res alteri tradatur fungibilis*, seu quæ usu est absumtibilis vel *per se*, vel *per accidens*, modo etiam detur, *ut fungibilis*, cum etiam hæc, *ut certa species*, dari possit. Conf. Dn. Thomas. *de pret. affect. in res fungib. non cad. c.* 1. §. 16. *seqq.* Dicuntur etiam

hæ res pondere *numero*, *& mensura constare*, hoc sensu, quod non aliter in commercium veniant, nec aliter certum individuum fiant, nisi pondere, numero, & mensura. Conf. Tr. *de Action. S. II. c.* 8. §. 3.

13. (VI) *Ut accipiens se obliget*, *ad rem fungibilem in genere restituendam*. In hoc differt a contractu *vitalitio*, ubi sors morte creditoris perit, & ideo creditor majores usuras percipit. Stryk. *de C. C. cit. l.* §. 33. Per accidens aliquando eadem res *in specie* restitui potest.

14 Restitutio autem fieri debet (*a*) *legitimo tempore*, scil. quod expressum est: alias utilis est *denunciatio*, quia absque hac adversus debitorem executive procedi nequit. Mev. *ad J. Lub. Libr.* 3. *t.* 8. *art.* 12. *n.* 11. Id. *p.* 1. *D.* 73. *&* 3. *D.* 144.

15. (*b*) *In eadem quantitate*. Quod ultra sortem promissum, non debetur: *L.* 11. §. 1. *h.* Hodie omnino debetur, *vi pacti*, si usuraria pravitas deest. Stryk. *de Prob. vers. cred.* c. 1. §. 8

16. (c) *In eadem qualitate*, *& genere*. In pecunia tamen magis ad *quantitatem*, quam ad *nummorum corpora* respicitur, nisi *certa species* nummorum restituenda promissa. *L.* 3. *h.* Conf. Engelbr. c. *l.* §. 5. Cum vero in nummis qualitas propter mutatam bonitatem *externam*, vel *internam* variare possit: ordinarie ad illam, quæ fuit *tempore contractus*, respiciendum, quia eatenus quis obligatur, quatenus res intervenir, Dn. Berger. *in Resol. LL. h. p.* 177. quæ sententia quoque in Saxonia

ali-

alibique *indiſtincte* obtinet. Vid. *Conſtit. Sax p. 2. conſt.* 28. *ibique* Carpz. *def.* 4. 5. Conſultum tamen eſt ad omnes lites evitandas exprimere in chirographo æſtimationem cujusque thaleri. Stryk. *c. l.* §. 12.

17. Ex hoc contractu datur *condictio certi ex mutuo* adverſus debitorem ad id præſtandum, quod in obligatione continetur. Hodie vero, ſi in *chirographum* conjectum, illudque liquidum eſt: proceditur *ſummarie*, & decernitur *executio*, vel *mandatum de ſolvendo ſine clauſula*, *R. I. de anno* 1654 § 174 cujus rationem evolvi in Tr. *de action. S. II. c.* 8 §. 7.

18. Moris autem olim fuit ſuper mutuo *cautionem*, *ſeu ſolenne chirographum* conficere, ut docet *L.* 40. *h. t.* quo caſu obligatio ex *literis* oriebatur. Non vero ſufficiebat ſcriptura quævis *vulgaris*, *probationis gratia* adhibita: *L.* 4 *d. fid. inſtrum. L.* 4. *de pignor.* ſed ſolennibus verbis concepta debebat eſſe cautio, ex qua demum, ſicut ex *ſtipulatu*, actio oriebatur, cum qui talem adhibebat, ſciebat, ſe ſcriptura obligari. Vid *Tr. de action. S.* 1. *c.* 3. §. 33. *ſeqq.*

19 Eſt itaque *Contractus* CHIROGRAPHARIUS, *quando quis ſcriptura ſolenni ſe obligat ad dandum, vel faciendum*. Speciatim vero ſi ſuper mutuo initus eſt, requiritur, ut in ſolenni cautione *confeſſus ſit, ſibi pecuniam ex mutuo eſſe numeratam, cum obligatione adjecta, ſe illam rem legitimo tempore reſtituturum.*

20 Requiritur hoc caſu (1) ut ſcriptura contineat *confeſſionem acceptæ pecuniæ*, (2) ut promiſſa quoque ſit *reſtitutio*, (3) ut ſcriptura

ra sit concepta *verbis solennibus*, nec (4) *suspecta* de falso, (5) *Causa debendi* adjecta: P. Muller *in Jurispr. elem. disp.* 39 *th* 5. *in not. lit. d.* alioquin nulla inde oritur obligatio. Stryk. *de Caut. Contr. S.* 2. c. 7. §. 4. Neque enim *specialis* contractus est: sed *modus generalis* quævis promissa confirmandi ad instar *stipulationis*.

21. Proinde *causa debendi quævis* hic intelligitur, non vero duntaxat *mutui*, & *dotis*, uti communiter colligunt ex *L.* 5. 6. 11. 13. 14. §. 1. *C. de N. N. pec. L. fin. C. de dot. caut. non num.* Nam leges referunt exempla, in quibus olim primarius hujus contractus usus fuit: non vero excludunt donationem, aliave pacta. *L.* 17. *C. de fid. instrum. L.* 25. *L.* 31 *in f. C. de donat.* Si scriptura *vulgaris* esset adhibita: vim probandi, tantum habebat, donec contrarium probaretur, *L.* 13. *cit.* quæ probatio biennio inclusa non erat.

22 Requiritur, (6) *ut intra biennium, propter numerationem non factam, nulla mota sit querela*. Intra biennium contra talem scripturam ex æquitate admissa est exceptio *non numeratæ pecuniæ*, ut creditor numerationem aliunde probare debeat. *L.* 3. 10. *C. de non num. pec.* De quo tamen dubitat Zollius de *Except. non num. pecun. th.* 5. propter *L.* 25. *de prob. L.* 1. 2. *C. de N. N. pecun. L.* 2. *C. si pign. conv. L.* 1. *C de cond. ob turpem caus.* Unde utile est numerationi adhibere testes. *Auth. si quis vult caute, C. qui potior in pign* Qui vero dolose numerationem sibi factam falso inficiatur, convictus condemnatur in duplum. *Auth. contra, C. de N. N. pec.* Imo intra biennium

querela non numeratæ pecuniæ moveri, vel chirographum condici potest. *L.* 14. *C. de non num. pec.*

23 In *dote cauta*, & non numerata, si intra biennium solvitur matrimonium, opponi potest hæc exceptio intra annum. Si intra biennium usque ad decennium duraverit: intra tres menses: postea vero nullo modo. *Auth. quod locum habet, C. de dot. caut.* In Apochis, vero intra 30. tantum dies, post expositionem connumerandos opponi debet: post non amplius competit. *L.* 14. *§.* 2. *C. de N. N. pec.*

24. Currit hoc tempus *majorenni* a tempore interpositæ cautionis: *L.* 14 *pr. §. fin. C. de N. N. pec. minori* post minorennitatem completam. *L. fin. C. in quibus caus. in integr. rest.* Unde utile est intra biennium protestari de non numerata pecunia, sic enim exceptio ei, & heredibus datur ad 30. annos. *L.* 8. *C. de N. N. pec.*

25 Biennio præterlapso, absolute ad solvendum condemnatur, cessante exceptione N. N. pecuniæ, *L.* 8. 10. 14. *pr. &* § 3 *C. de N. N pec.* licet debitor contrarium probare velit. *L.* 3. *C. eod.* Dn. Berger. *cit. l. qu.* 3. In foro tamen debitorem admittunt, si hanc exceptionem probare paratus est.

26. Quod si post cautionem interpositam, semel debitum agnoverit, *L.* 2. *&* 4. *C. eod.* per se jam cessat hæc exceptio: sed renunciatio hujus exceptionis in instrumento facta, licet jurata sit, debitori non præjudicat. Stryk. *de Caut. contr. cit. l.* § 10. *seqq.* Struv. *in decis. Sabb. c.* 13. *dec.* 15

TEXT.

TEXT. NOTAB.

L. 1. L. mutuum, 2. § 1. 3. 4. L. cum quid, 3. L. quod te, 5. L. certum est., 6 L. certi condictio, 9 pr. § 8. 9. L. quod si, 10. L. rogasti, 11. pr. §. 1. L. si a furioso, 12. L. si filiusfam. 14. L. singularia, 15. L. si ego pecuniam, 18. L. non omnis, 19. §. 1. L. vinum, 22 L. creditor, 25. L. civitas, 27. L. qui pecuniam, 30 L. si & me & Titium, 32. L. periculum, 35. L. lecta, 40.

Ex Codice. L. neque. 1. L. si absentis, 4. L. si ek precio, 6. L. non unde, 7. L. si pro mutuo, 8. L. eo quod, 10. L. incendium, 11 L. eum, qui, 13 *si cert. pet.* L. si pecuniam, 1. L. minore, 2. L. si ex cautione, 3. Auth. contra qui. L. adversus, 5. L. si quasi, 7. L. asseveratio, 10. L. si transactionis, 11. L. generaliter, 13. L. in contractibus, 14. L. indubitati, 16. *de non num. pec.*

Tit. II. (*C. IV.* 1.)

De jurejurando sive voluntario, sive necessario, sive judiciali.

1. JUSJURANDUM *est asseveratio religiosa, animo jurandi facta, rei alicujus, adhibita invocatione Dei in testem, & vindicem.*

2. Ut legitime præstentur juramenta, requiritur (I) *gravissima necessitas*, quæ in *judicialibus* ut plurimum adest. *L.* 1 *h.* Regulariter non sunt præstanda, nec expetenda, aut commendanda more judæorum, quod Christus reprobat, *Matth. V.* 33. *seqq. Jac. V.* 12. *c.* 2. *C.* 22. *q.* 1. *c.* 5. *eod.* maxime si nihil

hil operari possunt. Conf. *Tr. de jur. eccles. protest. lib. II. tit.* 24. §. 16. *seqq.*

3. (II) *Ut per verum Deum præstetur*, quia solus est (a) *omniscius* & (b) *omnipotens*: non per creaturas, nisi *implicite* intelligatur creator: *Matth. XXIII.* 16. & *seqq.* quamvis, si cum gentili, vel alterius religionis homine nobis res sit, in casu *necessitatis urgentissimæ* accipi eo modo possit, quo illud præstari solet.

4. (III) *Ut invocetur Deus in. vindicem*: In hoc consistit ratio formalis juramenti: neque enim sola verba enunciative prolata; Deum esse testem, per se juramentum constituunt.

5. (IV) *Adsit animus jurandi*, qui adesse censetur, quando alter juramentum sibi præstari vult. Impia est *reservatio mentalis*, si quis verba juramenti profert absque animo jurandi. *Quacunque enim arte verborum quisque juret, Deus tamen, qui conscientiæ testis est, ita hoc accipit, sicuti ille, cui juratur, intelligit*, ut ait Isidorus *Can.* 9. *C.* 12. *qu.* 5. Stryk. *de jur. sens. diss.* 10. *c.* 5. *num.* 6. *seqq.*

6. Ex quo fluit, (a) *interno affectu* etiam jurari posse, licet *verba* non accedant, modo alia signa idonea adsint, quod in muto evenire potest. Bachov. *ad Treutler. disp.* 21. *th.* 1. *lit. a.* Hilliger. *ad Donell. L.* 24. *c.* 13. *lit. b.* (b) Quælibet alia verba sufficere, quæ animum jurandi indicant veluti *promissio in vim juramenti*, Mev. 1. *D.* 146. Stryk. *de u-*

su jur. in jud. §. 14. item si quis aliquid asseverat *per animam*, *per salutem*.

7. Ut tamen eo *religiosior* asseveratio fiat, *certam formulam* & *solennitates* requisiverunt judicia nostra, unde dicitur *juramentum solenne*, & ubi hoc *ad essentiam negotii* requiritur, supra dictæ formulæ *in foro civili* non sufficiunt. Setzer. *de juram. lib.* 1. *c.* 16. *n.* 17.

8 Variant hæ solennitates pro negotiorum gravitate. In criminalibus plures desiderantur. Formula inter tres in Germania receptas religiones hæc probata est: *So wahr mir Gott helffe und sein Heil. Evangelium. R. I. de anno* 1555 §. 106. Præmittitur ordinarie *avisatio de perjurio* vitando, adhibito in Protestantium foris quandoque ministro ecclesiæ Conf. Stryk. *de I. Sens. diss.* 7. *c.* 1. *n.* 16. *seqq.* Dn. Ludovici *diss. de solenn. juram.*

9. (V) *In jurante adesse debet intellectus, & sinceritas.* Unde minores admitti possunt. *Auth. sacramenta puberum, C. si adv. vendit.* ex quo fluit, (*a*) jurantem rem ipsam, de qua jurat, intelligere debere: (*b*) *dolum*, & *vim metumque* ab omni juramento abesse debere; quibus ex causis Jus Canonicum censuit, juramenta esse relaxanda. *C.* 2. *C.* 15. *X. eod.* (*c*) suspecto de perjurio ægre a judice juramentum esse deferendum. Mev. 4. *D.* 118. conf. *C.* 5. *C.* 22. *q.* 5. Setzer. *de juram. Lib.* 4. *c.* 3. *n.* 11.

10. (VI) In objecto requiritur *justitia C.* 28. *X. de jurej.* ne fiat vinculum iniqui-

ta-

Google

tatis. *C.* 5. *C.* 22. *Q.* 4 *C.* 18. *seqq.* *C.* 22. *Q.* 5. Hinc etiam de illis non jurandum, quæ non dependent ex dispositione hominum.

11. (VII) *Veritas* seu conformitas linguæ cum mente. *C.* 26. *X de jurej.* Ex quo tamen non negatur juramentum credulitatis. Nam & tunc veritas adest, quoties quis de eo jurat, quod credit, ita esse Alioquin perjurium committitur, quod *pœnis humanis* utique subjacet, si in præjudicium reipubl. vel tertii tendit. *L.* 22. *D. de dol. L.* 41. *de transact.* Stryk. *de abbrev. process. per pœn. mendac.* §. 33.

12. Ita comparatum juramentum vires habet. Et quidem si *assertorium* est, probandi vim obtinet. Si *promissorium*, vel *confirmatorium* est: obligat, & stringit *conscientiam* jurantis, ut & heredum, Franzk. *Lib. II. res. VI. n.* 28. quamvis non quoad *pœnam perjurii*, si modo *status rei non fuit mutatus*. *C.* 25. *X. h. t.* Ceterum ex eo de jure Civ. nulla nova obligatio inducitur: sed sequitur naturam negotii, *L.* 5. *C. de I L.* excepto jurejurando extrajudiciali. Novam obligationem ei addidit jus canonicum *C.* 2. *de pact. in* 6. *C.* 28. *X. h.* Unde hodie exinde datur actio.

13. Juramentum præstatur vel *extra judicium*, vel *in judicio*. Illud dicitur *voluntarium*, fundaturque in *conventione* quadam, seu *transactione*, adeo, ut quæ alias in pactis, & transactionibus attenduntur, hic quoque desiderentur.

14.

14. Ex hoc juramento datur *actio in factum prætoria personalis adversus illum, qui detulit, ad præstanda illa, quæ in juramentum sunt deducta.* Hæc tamen actio priorem non tollit, sed ei accedit. *L.* 11. §. 1. *h.* Si debitori delatum est, *exceptio jurisjurandi* inde datur, §. 4. *l. de except.* litis ingressum impediens, si de illo statim constat. *L.* 7. 8. 9. *pr. h. C.* 1. *de litis Contest.* in 6. Donell. *Lib.* 24. *c.* 9. & *seqq.*

15. In *judicio* varia juramenta sunt recepta. Primo loco occurrit Juramentum JUDICIALE *der Haupt-Ayd quod pars parti defert in judicio, judice approbante.*

16. Requiritur circa hoc juramentum, (I) *ut deferens* h. e. cui probatio incumbit, *possit de re controversa transigere*, etiamsi alias deferens non facile admittatur ad juramentum præstandum, qualis est infamis, & de perjurio suspectus. Brunnem. *de Processu C.* 23. *n.* 4. Habentur etiam hoc loco pro dominis tutores, & curatores, & procuratores universorum bonorum, vel cum libera. *L.* 17. 18. 19. *L.* 34. §. 1. *L.* 35. *h.*

17. (II) *Ut deferatur illi, ad quem causa spectat, & qui notitiam ejus qualemcunque habet*, non habito respectu personæ, sexus, aut ætatis. Si pupillo defertur: illud invitus subire non cogitur: sed differtur ad annos *plene pubertatis*, nec tutor invitus pro pupillo jurare tenetur. Mev. *P.* 7. *D.* 385. Quod etiam de procuratore, & defensore dicendum. *L.* 34. §. 4. *h.* Nec heres subire tenetur juramentum *veritatis*, quod super

fa-

facto proprio defunctus præstare debuit, *L.* 12. *C. h.* quamvis aliquando *juramentum credulitatis* præstare debeat. Carpzov. *P.* 1. *C.* 24. *d.* 6. *seqq.* Imo si juramentum jam susceptum a defuncto fuerit, aliquando *ex justissimis circumstantiis*, mors habetur loco juramenti. Vid. Stryk. diss *de Morte loco jurisjurandi*. Si *civitati*, vel *collegio* defertur: liberum ei est, per quos velit juramentum præstare: Mev. 3. *D.* 54. ordinarie per seniores. Id. 7. *D.* 388. quin etiam unus ex consortibus in causa communi admittitur. 1. *D.* 237.

18. (III) *Ut causa sit civilis*, *L.* 5. § 5. *de injur.* & talis, *ubi non præcise requiritur probatio luce meridiana clarior*. In criminalibus, & matrimonialibus *contra matrimonium* hoc juramentum non admittunt, modo constet de *matrimonio* jam *contracto*. Heig *Lib. II. qu.* 16 Aliud si super solis sponsalibus lis sit. Vid. *Tr. de jur. eccles. protest. lib II. tit.* 24. §. 60. *seqq.* Dn. Jo Sam. Stryk. *Diss. de delat juram. in matrim.*

19. (IV) *Ut deferens præstet juramentum calumniæ* alioquin delatum non præstandum, *L.* 37. *h.* nisi judex justam illud remittendi causam habeat.

20. (V) *Ut terminus probatorius non sit elapsus*. Est enim *species probationis* *L* 5. §. 2. *h.* Faber *in C. tit de reb. cred. def.* 28. Neque nocet, si probationem actor jam aggressus est, a qua rursus desistere potest. Franzk. *h. n.* 108 In Saxonia ante L. C. deferendum.

21,

Google

21. (VI) *Ut legitimo modo præstetur* Præmitti ante omnia debet sententia confirmatoria, illaque transire in rem judicatam, & ad instantiam deferentis alter ad jurandum citari. In Saxonia postquam sententia in rem judicatam transiit, *intra octo dies* jurare jussus se offerre, & petere debet, citari actorem ad juramentum calumniæ, & videndum jurare. Carpz. *P*, 1. *C.* 12. *def.* 6. 19

22. Ordinarie præstandum est in judicio, *L.* 12. *pr.* §. 4 *C. h.* in persona propria. *L.* 12 *C. h.* Nonnulli *ex privilegio* domi etiam id præstare possunt, *L.* 15. *h.* quo pertinent infirmi, senes, Mev. 3. *Dec.* 421. & 422. & personæ egregiæ. Donell *Lib.* 24. *c.* 22. ibique Hillig

23. Delatum juramentum vel (*a*) est *suscipiendum*, quo facto, præstandum est *præcise*, nec suscipiens aliis probationibus uti potest, nisi sub conditione susceperit: Mev. 6. *D.* 167. nec revocari illud amplius potest, Id. 2. *D.* 93 nisi ob novas supervenientes probationes. *L.* 11. *C. h.* Præstandum est in ea forma, in qua delatum, *L.* 3. §. *f. h.* nisi deferens illud remiserit. Quo facto habetur pro præstito. Conf. Mev. 4. *D.* 262 Hert. *de Paræm. jur. L.* 1. *par.* 32.

24. Vel (*b*) *probatio* loco juramenti subeunda. Quod fieri potest, antequam illud susceptum fuerit. Si in probatione deficit, *præcise* jurare debet. Mev. 6. *D.* 168.

25. Vel (*c*) *juramentum* referendum, ubi requiritur, ut *is*, *cui refertur*, *æque notitiam rei*, *de qua jurandum*, *habeat*. *L.* 34. § 8. *h.*

Pro-

Google

Procurator tamen absque speciali mandato referre nequit. Carpz. *L.* 3. *t.* 1. *R.* 11. *n.* 4. Si neutrum fiat: habetur contumax pro confesso, & convicto. *L.* 38. *h.*

26. Juramentum hoc præstitum habet vim rei judicatæ, *L.* 2. *ff. h.* appellatione prorsus exclusa, *L.* 12. §. 3. *C. h.* Mev. 1. *D.* 147. & 3. *D.* 47. ut nec novæ probationes contrariæ admittantur, *L.* 31. *h. L.* 1. *C. h.* excepto casu *in L. f. C. h.*

27. Alterum juramentum judiciale est NECESSARIUM, *quod ob inopiam plenæ probationis judex, etiam non rogatus, defert actori. vel reo*, *L.* 3. *L.* 12. *C. h. L.* 31. *h.* &, ni deferat, appellari potest. Mev. 3. *D.* 417 Estque vel *suppletorium*, vel *purgatorium*.

28 SUPPLETORIUM est, *quod judex ei defert, qui semiplene, vel plus quam semiplene probavit.*

29. Hinc requiritur, (I) *ut semiplene ad minimum probatum sit*, veluti per duos testes inidoneos, Mev. 3. *D.* 402. vel per urgentes præsumtiones, Id. 7. *D.* 375. & 3. *D.* 302. vel per libros mercatorum: (II) *ut probatio hæc non sit elisa*: (III) persona sit *fide digna*: Mev. 4. *D.* 118. (IV) *Causa sit civilis*, & *modica*, de qua judex arbitratur. Myns. 4. *O.* 12. & 1. *O.* 68.

30 Supplet hoc juramentum imperfectam probationem, & sententia pro jurante fertur, *L.* 31. *h.* quæ tamen retractari potest ob *instrumenta noviter reperta*, *cit. L.* 31, si adversa pars in impositionem a judice factam non consenserit. Schilt. *Ex.* 23. §. 3,

Non

Non excluduntur tamen teſtes noviter reperti, *arg. L. 4. §. 3. de in lit. jur.* Stryk. *de probat. contra præſt. juram. leg. cap. 3. §. 6.*

31. Juramentum PURGATORIUM eſt, *quod judex cauſa cognita ei defert, qui ſuſpicionibus a parte adverſa allatis, ſemiplenam tamen probationem non conſtituentibus, gravatus eſt, ad cluendas iſtas ſuſpiciones*. Neque enim actore non plene probante, ſtatim reus abſolvendus, Mev. 8. *D.* 368. modo tamen aliunde præſumtiones elidi nequeant.

32. Facilius hoc admittitur, quam *ſuppletorium*. Unde etiam, ceteris paribus, imponi poteſt in *cauſis criminalibus*, quando indicia leviora adſunt, ut torturæ locus eſſe nequeat. Mev. 7. *D.* 227. *n.* 4. Aliquando, ſi perſona non ſit fide digna, territio decernitur.

33. Præſtito hoc, reus *definitive* abſolvendus: *C.* 8. *X. de purg. Can.* non autem ab expenſis, cum ad hoc juramentum gravatus cauſam dediſſe cenſeatur inquiſitioni. Stryk. *Intr. ad prax. c.* 20. §. 12. *in f.* Habet etiam hic locum remedium ex *L.* 31. *D. h.* Schilt. *c. l.* §. 43. *ſeqq.*

34. Ad *integritatem judiciorum* conſervandam introductum quoque eſt JURAMENTUM CALUMNIÆ GENERALE, cujus capita ſunt hæc: (1) quod credat ſe bonam habere cauſam: (2) interrogatus veritatem diffiteri nolit: (3) judicem non corrumperit: (4) falſa probatione uti nolit, (5) nec ſuperfluam probationem exigere, vel (6) alio modo litem protrahere, & denique (7) ſi in pro-

greſſu litis adverterit, cauſam ſuam eſſe vitioſam, a lite deſiſtere velit. *Auth. in iſto juramento, C. de jurej. propt. cal. N.* 49. *c.* 3. R. I. *de A.* 1654. §. 43.

35. Ordinarie illud præſtandum in omni proceſſu, etiam ſecunda inſtantia (ſcil. ab appellante, non vero appellato. Mev. 2. D. 324. & 1. *D.* 138.), nec remitti a partibus *expreſſe*, bene tamen *tacite* poteſt. Imo etiam a judice *expreſſe*. *C.* 1. *de juram. cal. in* 6. Dn J S. Stryk. *de remiſſ. juram. calumn. c. III.* Præſtandum in exordio litis, poſt L. C. *Auth. hoc ſacramentum, C. de jurej. propt. calumn. C. cit. C.* 6. *X. de juram calumn.* Gail. 1. O. 85 *n.* 1. Sed expediret, ut ante L. C. præſtaretur. Stryk. *de abbrev. proc. per pœn. mend.* §. 49. In Saxon. ne quidem amplius præſtatur ob frequentiam perjuriorum, quæ tamen evitari poſſent, ſi judices ſuo non deeſſent officio.

36. Ab hoc differt *Juramentum malitiæ*, ſeu *calumniæ ſpeciale*, quod, pendente lite, quoties ſuſpicio calumniæ adeſt, exigitur, de quo judex arbitrari debet, *L* 8 §. *qui ſatisd. cog.* Mev. 4. *D.* 164. & ſic *ex officio*, etiam parte non poſtulante, injungi poteſt. Id 7. *D.* 387. Generale tantum ſemel: hoc vero pluries pro arbitrio judicis exigi, ac præſtari poteſt. Franzk. *h. n.* 57.

37. Exigi poteſt juramentum utrumque ab omnibus. Quoad prius excuſantur, (*a*) qui ex officio agunt; Mev. 6. *dec.* 138. Gail. 1. O. 90. (*b*) conſiliarii Principum cauſas eorum in Camera peragentes. *R. I. de anno* 1654. §. 43.

Ab atroque liberati sunt, quibus debetur reverentia, *L.* 7. *de obseq. Par. L.* 8. §. 5. *qui satisd. cogant. L.* 34. §. 4. *h.* nisi judex illud detulerit. *L.* 34. § 4 *h. t.* Illud vero quibusdam durum, quod, præstito generali juramento, adhuc exigi possit speciale, quod jus canonicum introduxit. *C.* 2. *de juram. cal. in* 6

38 Præstitum hoc juramentum excusat quidem a *calumnia*, sed non a *temeritate*. Hinc sequi condemnatio in expensas potest. *L.* 79. *de judic.* Quod si actor illud præstare nolit: repellitur a judicio: *L.* 2. *C. h.* reus vero pro convicto habetur. Gail. 1. O 86. *seqq.*

TEXT.: NOTAB.

L. jusjurandum, 2 L. ait prætor, 3. pr. § 1. L. non erit, 5. pr. §. 2. 3 L. remittit, 6. L nam posteaquam, 9. §. 1. 2 f. L. quia, 10. L. ad personas egregias, 15 L. si patronus, 16. L jusjurandum, 17. pr. § 1. f. L. qui curasse, 26. pr. §. 2 L seq. L. in duobus, 28. §. 1. L. admonendi, 31 L. qui per salutem, 33. L. jusjurandum, 34 §. 2. 4. 6 7. 9. L. manifestæ, 38.
Ex Codice L causa, 1. L. jurisjurandi, 2. L. in bonæ fidei, 3. L. nec filius, 7. L. actori, 8. L. delata, 9. L si quis, 11. L. generaliter, 12. §. 1. 2. 3 L ult.

Tit. III. (*C. V.* 53.)

De in litem jurando

1. J*Uramentum in litem* est, *qua permittitur actori, judice deferente, rem, quam petit, estimare, quæ dolo, vel culpa alterius restitui non potest.*

2.

2. Diſtinguunt hoc communiter in *affectionis*, & *veritatis*. In illo ſupponitur *dolus*, vel *culpa lata*: in hoc *culpa* levior, quamvis ordinarie propter culpam ejus, qui non reſtituit, juramentum locum non habeat. *L.* 4. §. *ult* *L.* 5. §. 3. *h.* *L.* 8. *h.* Dn. Thomas. *diſſert. de pret. affect. in res fungib. non cadent.* c. 3 § 3. 4. 5. Addendum etiam *juramentum ſingularis intereſſe*, quod fundatum in *L.* 7. *ſi ſerv. vindic.* *L.* 10. *h. t.*

3. Præſupponit juramentum in litem affectionis (I) *rem, in quam cadere poſſit affectio*. *L.* 3 *h.* Neque enim aliter judex poſſet præfinite certam ſummam, usque ad quam juretur. *L.* 5. §. 1, *h.* Unde (*a*) res debet eſſe non fungibilis: (*b*) affectio doceri.

4. (II) *Ut judex deferat*: alias non valet. *L.* 4. § 1. Vid, Hahn *ad W. h. n* 3. Judex tamen gerere morem debet ei, qui non hoc juramentum præſtare, ſed ſimplici æſtimatione acquieſcere vult. *L.* 71. *de R. V.*

5. (III) *Ut res non poſſit reſtitui*, etiamſi fuerit *immobilis*, cum & in hanc cadere poſſit affectio. *L.* 1. §. 15. *ſi quid in fraud patr.* A recuſante *reſtitutionem*, manu militari auferri poteſt. *L.* 68. *de R.V.* *L.* 36. *de liberal. cauſ.* Inde tamen minus recte concludunt Dd ibi demum huic juramento locum eſſe, ubi agitur *de reſtituendo*, *arg.* *L. cit.* 68. cum vox *reſtitutionis* generaliſſima ſit. *L.* 22 *de V. S.* Briſſon. *de V. S. hac voce*. Et hinc etiam locum habet in emtione venditione. Dn. Thomas. *cit. loc.* §. 21 *ſeqq* Nec diſtinguitur, utrum agatur ex contractu stricti juris, an bonæ fidei, modo

subsit res affectionem recipiens. *L.* 5. §. 4. *de in lit. jurand.* Dn. Thomas. *cit. loc.* § 24.

6. (IV) *Ut dolus rei concurrat.* *L.* 68. *cit.* *L.* 8. *h.* Ob dolum defuncti contra heredes non juratur in litem: sed quatenus locupletiores facti, actione in factum conveniri possunt. *L.* 52. *de R. V. Culpa* tamen *lata* hic quoque dolo comparatur. *L.* 2. *C. h. L.* 223. & 226. *de V. S.*

7. (V) *Ut præstetur ab actore, quique litem suo nomine contestatus est.* *L.* 7. *h.* Procurator non jurat de affectione domini, Donel. *Lib.* 26. *c.* 7. *lit. D.* nec tutores coguntur, ut subeant hoc juramentum, nisi sponte velint. Quo casu rem æstimant non secundum suam, sed pupilli probabilem affectionem, *L.* 4. *pr. h.*

8. Hisce concurrentibus, æstimatio arbitrio jurantis, modo probabilis doceatur affectio, committitur, *L.* 1. *L.* 4. §. 2. *h. L.* 68. *de R. V.* ut tamen judex ex justa causa temperare possit infinitam alterius æstimationem. *L.* 4. § 2. & 3. *L.* 5. §. 1. *h.* Hac prestita reus fit dominus rei, propter quam actor juravit. *L.* 44. *de R V.* si modo is dominus fuerit: alioquin reus ne quidem publicianam actionem habet, *L.* 17. *eod.* nec cautionem propter evictionem exigere, *L.* 35. §. 2. *eod.* aut, ut actiones cedantur, petere potest. *L.* 69. *eod.*

9. Ubi *culpa levi* res restitui nequit, regulariter non est jusjurandum deferendum, sed æstimatio *simpliciter* fit a judice. *L.* 4. §. 4. *h. L.* 58. *de R. V. L.* 2. §. 1. *h.* Quod si investigari veritas a judice nequeat: tunc in subsi-

dium

dium juramento illa obtinenda est. *L* 5 §. 4 *h.* Conf. Hillig. *ad Don* *L.* 26. *c.* 10. *lit. D.*

10. Si æstimatio variat: nulla mora præcedente, in actionibus bonæ fidei, & arbitrariis *rei judicandæ tempus*: sed in stricti juris judiciis litis contestatæ attenditur. *L.* 3 § 2 *commod. L.* 37. *mand.* Si mora adsit, a tempore moræ usque ad condemnationem pretii aucti habetur ratio. *L.* 3. §. 3 *L* 21. §. 3. *de action. empt. vend.* Hodie tamen indistincte rei judicandæ tempus esse respiciendum, monet Schilter. *Ex.* 23. §. 55. *&* 56. Quod distinctius Tit. de condict. triticar. examinandum

TEXT. NOTAB.

L. sive nostrum, 2. L. nummis, 3 L. videamus, 4. pr. §. 1. 3. 4 L. in actionibus, 5. L. vulgo, 7. L Tutor, 8. L ult.
Ex Codice. L. is, qui, 2. L. alio jure, 4. L ult.

Tit. IV (*C. IV. 6.*)

De condictione causa data, causa non secuta.

1. CONDICTIONES denotant generaliter quascunque *actiones personales*. Specialiter hæc denominatio iis tribuitur, quæ non ex speciali quodam contractu, sed ex *æquitate naturali* immediate nascuntur, unde & *Juris gentium* vocantur *in L.* 25. *D. rer. amot.* Deducuntur enim ex naturali principio, *ne quis locupletetur cum damno alterius*, *L.* 32. *de reb. cred. L:* 14. *L.* 15. *pr. L.* 66. *L.* 65. §. 4. *de*

condict. indebit. L. 3. §. 7. *L.* 5. § 3. *h.* ad quod JCti ubique in decisionibus respexerunt.

2. Species harum condictionum, prima, quæ hic proponitur, *est actio personalis, qua quis id, quod, ob causam honestam futuram, & expressam dedit, re non secuta, repetit cum omni causa.*

3. Requiritur itaque, (I) ut *res aliqua data sit* sive *vere*, sive *ficte*: *L.* 9. & 10. *h.* (II) *ob causam finalem, seu futuram. L.* 52. *de condict. indeb.* Inde contractus *innominatus* supponitur, in quo tacite latitat obligatio restituendi, re non secuta. *L.* 13. *commod.* In *nominato* ita agi nequit. *L.* 14. *C. de rescind. vendit.* (III) *Ut causa illa vel expresse adjiciatur, vel tacite* subintelligatur ex natura rei: *L.* 7. *C. h. L.* 6. 7. 8. *h.* (IV) ut *causa sit honesta, & possibilis*. In inhonesta cessat condictio, *L.* 8. *de condict. ob turp. caus.* ut & in impossibili, quam quis talem scivit. *L.* 8. *C. h.*

4. Denique (V) requiritur, *ut causa non sit secuta* ob moram vel culpam ipsius accipientis, vel ob pœnitentiam dantis, modo hoc casu accipiens nullum incurrat damnum. *L.* 5. *pr. h.*

5. Quod si res non propter *culpam*, sed *casum fortuitum* sequi nequeat: condictio cessat, si accipiens in lucro non hæret *L.* 3. §. 3. *L.* 5. *pr.* §. 2. & 3. *h.* Ex supra enim dato fundamento iniquum foret repetere rem ab eo, qui non hæret in lucro, adeoque si repeteretur, damnum fuisset passurus.

rus. Ita JCti, hoc principium observantes pro variis circumstantiis controversias deciderunt. *L.* 5. §. 3. & 4. *h.*

6. Instituitur hæc condictio ab eo, qui dedit. Nam qui fecit, factum revocare nequit, sicut nec heredes ex *capite pœnitentiæ* condicere possunt, si defunctus revocare noluit. *C. I. A. h. th.* 5. *n.* 1.

7. Veniunt in hanc actionem fructus, & accessiones, *L.* 7. §. 1. *L.* 12. *h.* sive ante, sive post litem contestatam perceptæ, *L.* 38. §. 1. *de Usur.* sed non usuræ, *L.* 4 *C. de condict. ob turp. causam* nisi quas reus percepit, quamvis interim nihilominus actio b. f. sit. *L.* 65. §. 4. *de condict. indeb.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. L. dedi sibi, 3. §. 3 7. L. si quis, 4. L. si pecuniam, 5. pr. §. 2. 3 4. L. si extraneus, 6 pr. L. ult.

Ex Codice. L. pecuniam, 1. L. ea lege, 3 L. si militem, 5. L. si repetendi, L. dictam legem, 8. L. pecuniam, 10. L. ult.

Tit. V. (*C. IV.* 7.)

De condictione ob turpem, vel injustam causam.

1. CONDICTIO OB TURPEM CAUSAM *est actio personalis, qua id, quod ob causam respectu solius accipientis indecoram, & turpem solutum est, ab accipiente repetitur cum omni causa.*

2. Requiritur igitur, (I) *ut aliquid datum sit ex turpi causa.* Turpe hic intelligitur, quod contra regulas *justi*, & *decori* est. *L.* 42. *de Verb. signif.* Nam nec sola *prohibitio legis* sufficit; alias reperi non posset, quod lusu perditum: nec solum *indecorum*: alias absorda esser decisio *L.* 4. §. 3 *h.* de *meretrice* pudicitiam divulgante, quod olim legibus haud interdictum, Tacit. *Lib.* 2. *annal.* C. 85. *p. m.* 79. sed tantum indecorum fuit. *L.* 38. *pr. de oper. libert.*

3. (II) *Ut solus accipiens turpiter accipiat.* Inde iniquum lucrum merito restituere debet. Quæ obligatio cum *ex æquitate* fluat: etiam heredes stringit. In pari turpitudine melior est conditio possidentis. *L.* 3. *L.* 8. *h.* Actor enim allegatet propriam turpitudinem, ex qua tamen nemo actionem, vel exceptionem habere debet. Dn. Jo. Sam. Stryk. *de allegat. propr. turpitud.* c. 2. *n.* 22. Et huc hodie etiam spectat casus de meretrice *pro usu corporis* pecuniam accipiente. Ceterum a possessore, quæ scelere acquisita sunt, merito vindicat fiscus. *L.* 9. *in fin. de jur. Fisci.* Engelbr. *ad ff. h.* §. 4.

4. Condictio *ex injusta causa* aliquando idem est, quod condictio *sine causa*. Vid. Rubric. *C. de condict. ex leg. & sine causa, vel injusta causa*. Aliquando etiam idem, quod *turpis causa*. Dn. Thomas *cit. loc.* Aliquando stricte significat *actionem personalem*, *qua id repetitur, quod ex causa stricto jure valida, sed æquitate naturali destituta, & hoc intuitu injusta, solutum est.* *L.* 6. & 7. *h.* Unde differunt *inju-*

sta,

sta, & *turpis* causa, quod illa sola *iniquitate* potissimum constet: hæc vero præterea *turpitudinem* quandam *singularem* requirat. Nam etiam alias in jure opponuntur, quæ contra *jus*, & contra *bonos mores* sunt. *L.* 112. §. 3. *de legat.* 1. *L.* 15. *de condition. instit. L.* 15. §. 2. 5. 6. *ff. de injur. &c.*

DEXT. NOTAB.

L. 1 L. ut puta, 2. pr. § f. L. ubi, 3 L idem, 4 L si ob turpem. 8
Ex Codice. L si ex actione, 1. L. cum de, 2 L. quotiens, 4. L. mercalem, 5. L. ob restituenda.

Tit. VI. (*C. IV.* 5.)

De condictione indebiti.

1. Condictio indebiti *est actio personalis orta ex obligatione æquitatis naturalis, qua, quod ex errore indebitum solutum, repetitur, ac si mutui instar datum fuisset*. Unde *promutuum* a Dd. dicitur *ad* §. 1. *I. quib. mod. re contrah. oblig.*

2. Oritur obligatio hæc ex *æquitate naturali*, *L.* 14. *L.* 15. *pr. L.* 66. *h.* quam *sensu laxiori* Imperator vocat quasi contractum *in* §. 6. *I. de oblig. quæ quasi ex contr.* Ipsum dominium transfertur in accipientem, neque error translationem dominii impedit. Hert. *de convent. dom. transl.* §. 17. Un-

de contra tertium denegatur actio, *L.* 4. §. 3. *h.*

3. Requiritur autem (I), *ut aliquid sit solutum, vel promissum*. *L.* 33. *h. L.* 5. *in f. de act. empt. & vend.* Si in area aliena ædificatum: hæc *quoad sumptus* non competit. *L.* 33. *h.* Debet autem solutio, & promissio esse facta a *persona habili*, alioquin uon hæc, sed *condictio sine causa* datur. *L.* 29. *h.*

4. (II) *Ut indebitum tale solutum, quod nec jure naturæ debeatur.* Si *obligatio naturalis* adest: impeditur repetitio, modo sit (*a*) *plena*. *L.* 13 *L.* 26. §. 12. *h.* Est enim hæc condictio *ex æquitate naturali*. *L.* 66. *h.* Hinc ex pacto vel a filiofamilias contra SCtum solutum non repetitur, Hertius *diss. de condict. indeb. civ. deb. nat.* §. 2 *& seqq* & ubi alias *exceptio retentionis* locum invenit. *L.* 51. *L.* 33. *h.* Quod ex obligatione *minus plena solutum*, repetitur, Hert. *cit. l.* §. 21. modo solvens habuit animum *solvendi* quasi ex *obligatione perfecta*: secus est, si animum *donandi* habuerit, hoc enim casu, repetitio cessat. *L.* 52. *L.* 65. §. 2. *h.* Id. *c. l.* §. 22. (*b*) Obligatio naturalis in totum *non reprobata* sit: alioquin hunc affectum perdit. *L.* 8. §. 3. *& L.* 16. *in f. ad SCt. Vellej. L.* 40. *pr. L.* 41. *h.*

5. Quod naturaliter *nullo modo* debetur, illud merito condicitur, licet *civiliter* subtili jure debeatur. Nam in effectu ob *perpetuam exceptionem obstantem*. indebitum esse videtur. *L.* 26. §. 3. *L.* 44. *h.* Ubi tamen quandam *naturalem rationem* adhuc leges agno-

gnovere, ibi repetitio quoque cessat, veluti quod ex transactione, re judicata, jurejurando, &c. solutum, *L. 56. de re jud. L. 65. §. 1. h. L. 1. C. h.* quamvis antea debitum nullum subfuerit. Nova enim accessit causa æquitate naturali subnixa, ob quam condictio denegatur, nisi ex *justa causa* ob naturam processus reservata sit.

6. Probandum est indebitum ab eo, qui in eo se fundat, modo (1) alter non negaverit solutionem: (2) solvens sit homo diligens: (3) cautio, ex qua solutio facta, habeat adjectam *causam*: alioquin probatio in alterum rejicitur. *L. 25. ff. de probat.* Sufficit autem probasse, se indebitum solvisse, licet accipienti forsan *ab alio* debeatur, *L. 19 §. 1. h.* veluti si heres ultra ratam hereditatis ex errore solvit, *L. 31. h.* nisi nomine alterius solutum quoque sit. *L. 44. h.*

7. (III) *Ut errore indebitum sit solutum.* Si scienter, donatio est, *L. 53 de R. J.* modo (*a*) solvens donare possit; (*b*) donationis præsumtio alio modo non enervetur, veluti, quod solvens in necessitate constitutus fuerit. Error tamen hic non præbet repetitionem (*c*) ubi inficiando lis crescit in *pœnam mendacii*: *L. 4. C. h. §. f. I. de obl. quæ qs. ex contr.* (*d*) ubi *pietatis* respectus subest: *L. 32. §. 2. h.* (*e*) ex transactione aliquid solutum. *L. 65. §. 1. h.* Renunciatio *exceptionis indebiti* non nocet, quæ ex errore eodem facta, quo solutio, censetur.

8. (IV) Et quidem *errore facti.* Nam error *juris* nocet in *acquirendo*, seu *lucro captando*:

N 6 L.

L. 9. *C. ad L. Falcid.* non vero ubi alias solvens damnum, accipiens vero lucrum sentiret. *L.* 7. & 8. *de J. & F. ignor.* Est enim condictio hæc *ex bono & æquo*. *L.* 14. *L.* 66. *h. L.* 26. *pr.* §. 1. *h. t.* Hahn *ad W. h. n.* 9. Schilt. *Ex.* 24. §. 32. *seqq.*

9. (V) *Ut accipiens eodem modo in errore versetur, & lucrum ex indebiti acceptione perceperit.* *L.* 65. §. 8. *h.* Qui indebitos nummos *scienter* accipit, condictione furtiva tenetur, *L.* 18. *de cond. furt.* quæ *durior*, quam præsens condictio.

10. Hisce concurrentibus, competit condictio, quæ vel *certi*, vel *incerti*. Illa est, quando *certam rem*, seu *quantitatem*: hæc vero, quando *jus* vel *possessionem* indebite translatum persequimur. *L.* 15. §. 1. *h.* Utraque est perpetua, etiamsi res indebite translata, quæ alias longo tempore usucapi a possidente posset. *c. L.* 15.

11. Persequimur quod indebite solutum. Ubi tamen distinguendum inter *quantitatem* indebite solutam, ubi *tantundem*, ut in mutuo, restituendum *L.* 7. *L.* 19. §. 2. *h.* sine usuris: *L.* 1. *C. h.* & *speciem*, ubi idem corpus repetitur, modo adhuc exstet, nec dolo perditum sit: *L.* 26. §. 12. *h.* alioquin liberatur. *L.* 65. §. 8. *h.* Quod si in alternativa utrunque solutum: eligit actor quod repetat *L. pen. C. h.*

TEXT.

Google

TEXT. NOTAB.

L. 1. L. nec novum, 5 L. quod indebitum, 7 L. nam & moribus, 9. L. in diem, 10. L. naturaliter, 13 L. nam hoc, 14 L. indebiti, 15 L. sub conditione, 16. L. 18 L. si pœnæ, 19. §. 1. L. si non sortem, 26 pr. § 1 3 12. L. qui loco, 27 L. judex, 28. L. interdum, 29 L. cum is, 32. pr. § 2. L. si in area, 33. L. frater, a fratre, 38 L. qui exceptionem, 40. pr. L. quod pupillus, 41 L. repetitio, 44 L. his solis, 49 L. quod quis sciens, 50 L. ex quibus causis, 51. L. ex his omnibus, 54 L. in summa, 65. §. 1. 5 6 f. L. Hæc condictio, 66.
Ex Codice. L. pecuniæ, 1 L. si citra ullam, 2 L. ea, quæ, 4 L. si per ignorantiam, 6. L. fideicommissum, 7. L. indebitum, 9. L. si quis, 10. L. ult.

Tit. VII. (C. IV. 9.)

De condictione sine causa

1. CONDICTIO SINE CAUSA vel concurrit cum reliquis condictionum speciebus, *L.* 1. §. 2. *L.* 4. *h.* & hoc sensu *generalis* est. In effectu enim, quando *causa* non sequitur, aut *turpis*, vel *injusta* est, aut *indebitum* quid solutum: causa non subfuisse videtur, h. e. *titulus* ad obligationem producendam habilis. Quo sensu vox *causæ* sæpe in materia *contractuum* adhibetur. *L.* 7. § 2. *de pact. L.* 5: *de reb. cred.*

2. Vel *specialis* actio est, & *quidem personalis ex æquitate producta* (*L.* 32. *in f. de reb. cred.*) *qua id, quod sine causa penes alterum est*

vel

vel ab initio, vel ex post facto, repetitur. L. 1. § 2. *L.* 4 *h.*

3. *Ab initio* itaque causa nulla est in exemplo *L. f. h.* & quando ob *inhabilitatem personarum* non subsistit mutuum, & pecunia tamen b. f consumta est: extans enim vindicari posset. *L.* 11. *in f. L.* 13. *D. de reb. cred. L.* 19. §. 1. *d. R. C. L.* 29. *in f. de cond. indeb. L.* 5. *in f. L.* 6. *ff. de donat. inter V. & U. Ex post facto* desinit esse in exemplo. *L.* 2. *h.* Si debitum est solutum, condicitur Chirographum. *L.* 2. *C. de cond. ex lege*. Quod etiam dicendum, si postea pecunia ex chirographo dato non numeratur. *L. ult. C. eod.* Conf. *L.* 5. *C. de Usufruct.* Sed *rei vindicatio* hoc casu cessat.

TEXT. NOTAB.

L. si fullo, 2. L. qui sine causa, 3. L. Nihil refert, 4

Ex Cod L. dissolutæ, 2. L. mala fide, 3 L. ult.

Lib. XIII. Tit. I. (*C. IV.* 8.)

De condictione furtiva.

1. NEcessaria contra fures hæc actio fuit, quod res furtiva per casum fortuitum posset interire, ubi *rei vindicatio* non sufficiebat. §. 26. *I. de rer. divis.*

2. Est itaque CONDICTIO FURTIVA *actio personalis, qua rem furto ablatam, vel in subsidium*

ejus

ejus æstimationem a fure, ejusve herede, repetimus. Unde hæc oriatur, mire se torquent Dd. Vid. Muller. *ad Struv. h.* §. 50. *lit. a & b.* Alii illam ex *delicto*, alii immediate ex *lege* deducunt. Sed verius est, eam esse immediate ex *obligatione legis*, ut potius delictum ut *causa, sine qua non*, hic consideretur, præsertim cum condictiones, de quibus hic agitur, ex hoc fundamento deriventur. Inde fluit duplex conclusio in §. 4. adducta.

3. Necesse vero est, (I) *ut instituatur a domino, vel quasi, cui res surrepta. L.* 1. *h.* Sufficit enim *bona fides*, quæ instar *dominii* est. Quæ qualitas tamen hic solum alleganda, non probanda. Imo sufficit *ex postfacto* dominium esse acquisitum. Habn. *ad W. h. n.* 7. Ceterum ob jus pignoris datur creditori condictio incerti. *L.* 12. *in f. h.*

4. (II) *Ut instituatur contra eum, qui ipse furtum actu, & re vera fecit, quippe qui in lucro heret. L.* 5. *h.* Neque enim, si ope consiliove alicujus furtum factum est, hæc condictio, bene tamen *actio furti*, competit. *L.* 6. *h.* Contra plures in solidum competit, *L.* 1. *C. h.* nec quod unus solvit, ab altero actione *pro socio* repetere potest, cum rei illicitæ non sit societas. *L.* 7. §. 4. *ff comm. div.* Datur etiam contra beredes, quia hæc obligatio non ex *delicto*, sed immediate ex *lege* est. *L.* 7. §. 2. *L.* 9. *h.* Contra plures tantum pro rata competit. *L.* 9. *h.*

5. Persequimur ita rem mobilem furto, vel rapina ablatam, vel ejus æstimationem, si perierit, licet casu fortuito, cum fur semper

per moram facere videatur, *L.* 8. §. 1. *h.* nisi illam purgaverit. *L.* 8. *pr. h.* Præstandi quoque sunt omnes fructus, etiam percipiendi, & æstimanda res secundum tempus, quo unquam plurimi fuit. *L.* 8. § 1. *h*

6. Concurrit hæc cum rei vindicatione, actione ad exhibendum, actione furti, rerum amotarum, ex contractibus: (Vid. *L.* 16. *h.*) sed tamen diversa ratione. Muller. *ad Struv. h. in add. in f.* Engelbr. *ad ff. h.* §. 10.

TEXT. NOTAB.

L. condictioni, 2. L. ex furtiva, 5. L. proinde, 6. L. si pro fure, 7. L. in re furtiva, 7. L. in condictione, 9. L. sive manifestus, 10. §. 2. L. sed nec legatarius, 11. L. ex argento, 13. L. quoniam, 18. L. ult.
Ex Codice. L. Præses, 1. L. ult.

Tit. II. (*C. IV.* 9.)

De Condictione ex lege.

1. Omnis condictio quidem *immediate* ex lege nascitur: specialiter vero *condictio ex lege* illis actionibus tribuitur, quæ *proprio*, & *speciali* nomine carent. Est itaque CONDICTIO EX LEGE actio *personalis*, *qua petimus id*, *quod ex obligatione lege nova inducta nobis debetur*, *ut tamen lege illa cautum non reperiatur*, *quo genere actionis agendum sit*.

2. Requiritur itaque (I) *Obligatio*, tanquam fundamentum hujus actionis. Deficiente hoc fundamento, confugere solent ad *implo-*

plorationem officii judicis. Lauterb. *h.* Sed terminus ambiguus est. Aliquando id denotat, quod magistratus ordinarius *vi officii* facere debet, veluti in criminalibus: *L.* 13. *ff. de off. Praes.* aliquando remedia denotat, in quibus magistratus *extra ordinem* procedit, actione solenni non prodita, nec dando judicem pedaneum: *L.* 5. *ff. de extr. cognit. L* 24. *in f. de minor.* aut instruit *officium judicis pedanei*, quid *ex officio*, actione solenni instituta, adjudicare debeat. *L.* 49. *in f. de A. R. E. V. L.* 54. *pr in f. loc. L.* 8. *ff. de cond. caus. dat. caus. non secut.* *quot cert. loc.* Denique in jure Canonico denotat remedium, *quod coram judice ecclesiastico intentari potest, deficiente actione civili; ad peccatum evitandum*. Vid. *Tr. de jur. eccles. protest. lib. I. tit.* 32. §. 7. *seq.*

3. (II) *Obligatio nova*, h. e. post LL. XII. tabb. introducta. Sufficit autem, si novam accepit efficaciam ad producendam actionem, uti pacta legitima in *L.* 35. *C. de donat.* & *L.* 6. *C. de dot. promiss.*

4. (III) *Ut lege civili sit introducta*. Jus praetorium enim novam obligationem introducendo vel dedit specialem, vel generalem *in factum*, imitando jus civile. Mores quoque, & Statuta idem efficere, volunt Dd. & huc referunt condictionem ex pacto, seu moribus, quamvis hic non adsit nova, sed jure Germanico omni tempore adfuerit obligatio.

5. (IV) *Ut lege non sit cautum, quo genere actionis experiamur*. *L. un. h.* Omnes enim actiones peculiaribus constabant formulis. *L.* 2. §. 6. *ff. de O. J.* Si tamen ex natura

tura negotii constet, qua actione agendum sit, datur ordinaria actio ex ipso negotio, non *immediate ex lege*. Stryk. *ad Lauterb. h. p.* 364. *verb. experiundum*.

Tit. III.

De condictione triticaria.

1. De origine hujus condictionis V. Dn. Thom. *ad Huber. h.* Est autem *hæc actio personalis, qua æstimationem rerum quarumlibet, excepta sola pecunia* (*L.* 1. *pr. h. L.* 42. *in f. de fideic.* Vid. Engelbr. *ad ff. h.* §. 12.) *ex justa causa nobis dari debere intendimus, habita ratione loci, & temporis secundum prudens judicis arbitrium*. Est hæc actio potissimum excogitata propter negotia *stricti juris*. Nam in actionibus b. f. æstimatio ex ipso contractu peti potest: vel etiam in negotiis stricti juris, si æstimatio in contractum est deducta. *L.* 28. *de novat.*

2. Instruitur hac actione imprimis judicis officium, qua ratione in *æstimatione* ineunda procedere debeat. Si res per conventionem decisa est: statur æstimationi conventæ. *L. de Novat.* Alias, *mora interveniente*, in b. f. judiciis a tempore moræ usque ad rei judicandæ tempus: in stricti vero juris usque ad L. C. quo res plurimi eo tempore fuit, respicitur. *L.* 8. §. 1. *de condict furt.* Huber. *h.* §. 6. *seqq.*

3. Extra casum moræ videndum, utrum *tempus* adjectum: an non. Priori casu ad

tem-

temporis, quo præstari debuit, æstimationem respicitur. *L.* 22. *de reb. cred. L.* 37. *mand. L.* 22. *de O. & A.* Posteriori casu in rebus exstinctis respicitur tempus *interitus*, *L.* 3. *pr h.* Et quamvis omnis utilitas in æstimationem veniat: hoc tamen tantum intelligendum de illa, quæ *certa*, & *radicata est. L.* 21. §. 3. *de act. E. V.* Si dolus intervenit: proceditur secundum Titulum *de in litem jurando*.

TEXT. NOTAB.

L. sed & ei, 2. L. in hac actione, 3. L. ult.

Tit. IV. (*C. III.* 18.)

De eo, quod certo loco dari oportet.

1. Actio *de eo, quod certo loco, est prætoria personalis, qua id, quod ex obligatione stricti juris certo loco solvendum est, petitur alio loco convenienti, facta loci commemoratione, quod solvi debuit, ut judex arbitretur, quanti actoris, vel rei intersit, debito loco solutionem esse factam*.

2. Requiritur itaque (I) *ut aliquid debeatur ex negotiis stricti juris*. In b. f. enim negotiis judex *ex bono, & æquo* de eo arbitrari poterat, nec peculiari actione opus erat. *L.* 7. *pr. h.* Unde eo minus hodie hanc actionem necessariam esse puto, Schilt. *Ex.* 24. §. 64. *seqq.* cum vix stricti juris negotia supersint, &

& præterea in dandis actionum formulis judices nostri haud sint soliciti.

3. (II) *Ut certo loco aliquid ex ejusmodi conventione sit solvendum.* Temporis adjectio hanc actionem arbitrariam haud facit.

4 (III) *Ut alibi petatur quod debetur,* in ſoro tamen alias competente, scil. *domicilii.*

5 (IV) *Ut fiat commemoratio loci, ubi peti debuit,* ne *simpliciter petendo* actor exceptione *plus petitionis* alias repellatur, causamque perdat. Et sic, si locus *alternative* adjectus, bujus quoque mentio injicienda. *L.* 2. § 2. *h.*

6 (V) *Ut iudicis arbitrio relinquatur, quanti actoris, vel rei intersit, quod alibi debitum petatur.* Hinc dicitur arbitraria, *L.* 2. *h.* eoque iutuitu permissum, ut debitum alibi peti, & solvi queat: alias enim *invito creditori* alibi solvi nequit, quam quo conventum est. *L.* 9. *h. L.* 137. §. 2. *de V. O.* Et, si alternative locus adjectus est: ante petitionem, debitoris est electio, quo solvat: post vero est petitoris. *L.* 2. §. 3. *h.* Hert. *de elect. ex oblig. alternat. debitori debita S.* 3. §. 7. Si loca plura *copulative* adjecta, singulis locis pro parte debitum petendum. *L.* 2. §. 4 *h.* Denique si plures res *alternative* debentur: electio est debitoris, quod pluribus Hertius *c. l. S.* 1. 2. & 3. declarat.

7. In æstimatione ineunda judex debet habere rationem utriusque, tam *rei*, quam *actoris*, prout nimirum locus in debitoris, aut creditoris utilitatem tendit. *L.* 2. *pr.* & §. 8. *h* ita, ut arbitrium ejus in genere ad *normam*

æqui-

æquitatis ubique sit restrictum *L. 4. h.* Ceterum qui creditum in alio loco *sponte* accipit, non contradicendo, interesse hoc postea speciali actione petere nequit, cum tantum debeatur *officio judicis*. *L. centum Capuæ* 8. *h.* Pachenstech. *in Sicil. manip.* 3 *pag.* 98. Quin remisisse illud videtur. *L. ult. h.*

TEXT NOTAB.

L. 1 L. arbitraria, 2. pr §. 4 5. 8 L. ideo, 3. L. 4. in f L. in bonæ fidei, 7. L. centum Capuæ, 8 L is, qui, 9. L. ult.

Tit. V. (C. IV. 18.)

De constituta pecunia.

Constituere hic idem est, ac *firmare*, & *stabilire*, Brisson. *de verb. signif. verbo constituere*, & *pecunia* latissime sumta hic comprehendit omnes res in patrimonio existentes. *L.* 5. *L.* 178. *pr. L.* 222. *de V. S.* Hinc actio de *constituta pecunia est in factum prætoria*, *qua convenitur is*, *qui se soluturum*, *vel facturum*, *nudo pacto promisit quod vel ipse*, *vel alius solvere*, *vel facere debet*.

2. Oritur ex constituto, quod est *pactum*, *a Prætore specialiter confirmatum*, *quo quis denuo promittit*, *quod vel ipse*, *vel alius jam ante promiserat*, estque instar *obligationis accessoriæ*. *L.* 28 *h.*

3. *A fidejussione* facile distinguitur, quæ fit *stipulatione*, quamvis in effectu, & plerisque

alis

alius cum ea conveniat, præsertim hodie, ubi ratione *modi* ineundi inter *fidejussionem*, & *constitutum* nulla amplius superest differentia. Stryk. *de invest. act. Sect.* 1. *m.* 8. §. 2. Multo minus constitutio *proprii debiti* æque, uti olim, necessaria est, cum *simplex* pactum æque obliget hodie, quam *geminatum* de jure Romano, quamvis ex *geminatione* singulares quosdam effectus accipiat.

4. Quærunt quidem adhuc differentiam in eo, quod pure constituens ad solvendum cogi nequeat *intra decem dies*. *L.* 21. §. 1. *h.* Sed idem temperamentum arbitrio judicis definiendum debitoribus indulgetur in aliis quoque contractibus. *L.* 105. *de solut* §. *fin Inst. de inutil. stipulat.* In eo tamen differentia admitti potest (1) quod fidejussores ordinarie intercedant pro *eodem debito*, quod est in obligatione principali: ast constitui etiam potest res alia, quam quæ est in obligatione principali. *L.* 1. §. 5. *h.* (2) Potest alteri constitui, consentiente creditore, quam cui debetur. *L.* 5. §. 2. *h. t.* (3) Tenet constitutum, licet in eo plus sit tempore, vel loco. *L.* 3. *in f. h. t.*

5. Requiritur itaque (1) debitum *verum antecedens*: *L. ult. h. L.* 1. §. 7. *&* 8. (2) animus constituendi: *L.* 1. §. 4. (3) ut debeatur illi, cui constituitur: *L.* 26. *&* 27. *h.* (4) quælibet verba quidem sufficiunt, sed non *impersonaliter* concepta, ob incertitudinem: *Auth. si quando*, *C. h.* (5) ut actor in mora non sit constitutus in re *in specie* debita. *L.* 16. §. 2. *L.* 18. *pr.* 8. Cetera ex generali natura pactorum, & fidejussionis dependent. Unde etiam hic or-

ordinis, & divisionis beneficium obtinet, nisi quis pro alio judicatum solvere constituerit. Mev. 1 *D.* 229.

TEXT. NOTAB.

L. 1. pr. §. 3 5. 7. L. quod si maritus, 3 L. Eum, qui Ephesi, 5. §. 2. L. hactenus, 11 L. qui autem, 14. pr. §. f. L. si duo quasi, 16. §. 1 L. item illa, 18. §. 1. f. L. id, quod sub conditione, 19 pr. L. promissor, 21. L. Utrum præsente, 27. L. Ubi quis, 28.
Ex Codice, L. si pro alieno, 1. Auth. si quando, L. receptitia, 2. L. ult.

Tit. VI. (C. IV. 23.)

Commodati, vel contra.

1. COMMODATUM *est contractus realis, quo usus certus rei non fungibilis gratis alicui conceditur ita, ut, finito usu, res eadem in specie non deteriorata restituatur.*

2. Requiritur (I) *ut interveniat res non fungibilis*, saltem non ut fungibilis, *L.* 3 §. *ult.* *L.* 4. *h.* quæcunque demum sit, *L.* 1. § 1. *h.* etiam incorporalis: Habn. *ad W. h. n.* 4. imo aliena. *L.* 15. & 16. *h.* Bachov. *ad Treutl. disp.* 24. *vol.* 1. *th.* 1. *lit. g in fin.*

3 (II) *Ut alteri concedatur ad usum*. Hinc *possessionem*, & *proprietatem* commodans retinet. *L.* 8. & 9. *h.* Statutis tamen quorundam locorum recepta est sententia: *Hand muss Hand gevvhren*, ubi contra *tertium b. f. possessorem* denegatur rei vindicatio. Mev. *ad*

Jus

Jus Lub. Lib 3. *tit.* 2. *art.* 1. Schilt. *Ex.* 25. §. 5. *seqq.*

4. Et quidem (III) *ad uſum certum*. *L.* 17. §. 3. *h.* Inde differt a *precario*, quod pro lubitu revocabile eſt, *L.* 1. *pr.* & *L.* 25. *in f. de precar.* & proinde tantum *diligentiam infimam* requirit. Stryk *de caut. contr. S.* 2. *c.* 2. §. 3.

5. Fluit inde (*a*) rem ad alium uſum adhiberi non poſſe citra furtum: *L.* 1. §. 7 8. *h.* 18. *pr. h.* (*b*) rem dari debere ad illum uſum aptam, non nocivam; alioquin commodans eo nomine *actione contraria* tenetur: *L.* 18. § 3 *h.* Stryk *c. l.* § 12. (*c*) commodatarii gratia tantum regulariter hunc contractum celebrari, adeoque ipſum teneri ad omnem diligentiam. *L.* 5 §. 2. *h.*

6. (IV) *Uſus debet eſſe gratuitus*: accedente *mercede* eſt locatio conductio. *L.* 5 §. 12. *h.* *L.* 17. §. 3. *h* *Honorarium* tamen promitti, & ſolvi poteſt, quia *ſponte* offertur, & nullam proportionem cum uſu conceſſo requirit. Inde ex obligatione antidorali commodatarius quoque tenetur ferre modica impendia. *L.* 18. §. 2. *h.*

7. (V) *Ut, finito uſu, reſtituatur*. Neque res commodata retineri poteſt prætextu debiti alterius: *L. f. C. h.* ſed tantum ob impenſas, *L.* 18. §. 2. & 4. *h.* &, niſi reſtituatur, juratur in litem contra doloſum. *L.* 2. *L* 5. §. 1. *h.* In reſtituendo autem omnis diligentia adhibeatur. *L.* 10. *ſeqq. h.*

8. Ante uſum itaque finitum repeti nequit, *L.* 17. §. 3 *h.* niſi ob *neceſſitatem im-*

pro-

provisam supervenientem. *arg. L. 3. C. loc.* Struv. *in Decis. Sabb. c. 5.* dec. 1. Hahn. *ad W. h. n.* 11.

9. Restituenda res (VI) *in specie*. Inde differt a mutuo. *L. 2. pr. de reb. cred.* In *subsidium* tamen aliquando æstimatio præstanda, si periit culpa commodatarii, *L.* 17. *§. f. h.* vel æstimatio ab initio adjecta sit venditionis gratia. *L.* 5. *§.* 3. *h.*

10. Imo (VII) *in eodem statu*, seu non deteriorata quavis culpa. *L.* 3. *§.* 1. *h. L.* 10 *pr. h.* Casum non præstat commodatarius. *L.* 18. *pr. L.* 19. *h.* Quod si deterioratio sit gravior: aliquando *æstimatio* totius rei præstanda. Hahn. *ad W. h. n.* 10.

10. Ex hoc contractu nascitur duplex actio, *directa*, & *contraria*. Illa competit commodanti adversus commodatarium, ejusque heredem ad rem, finito usu, restituendam in specie, & in eodem statu. Si pluribus res commodato data: singuli tenentur pro rata *L.* 21. *§. f. h.* nisi singulorum fidem in solidum secutus sit. *L.* 5. *§. f. h.* Ast contra heredes datur pro *portione hereditaria*, nisi unus totam rem possit restituere, *L.* 3. *§.* 3. *h.* vel ex facto proprio conveniatur. *L.* 17. *§.* 2. *h.* Neque distinguitur, utrum aliquid ad heredes pervenerit. *L.* 12. *de Obl. & A.*

11. *Contraria* competit commodatario adversus commodantem ad *indemnitatem* ipsi præstandam, quæ respicitur maxime in his: (a) si dolo, vel lata culpa commodatarius est læsus: *L.* 17. *§.* 3. *h. L.* 18. *§.* 3. *L* 22.

h. (b) si importune rem repetit: c. l. (c) si impensæ non modicæ in rem commodatam factæ sunt: *L.* 18. §. 2. *h.* (d) Si alia ratione commodans est locupletior factus. *L.* 17. §. *f. h.* Quod autem *contraria* actione consequi possumus, eo nomine etiam habemus *retentionem* *L.* 18. §. 4. *h.*

12. Occurrit præterea in *L.* 5. *h.* generalis inspectio de DOLO, CULPA, & CASU FORTUITO. *Dolus* est, *quodlibet factum, quo data opera, & ex proposito alteri damnum inferre intendimus* Et hic ubique præstandus, nec valet pactum in contrarium *L.* 17. *pr. h.*

13, *Culpa* vero est *omissio diligentiæ proæresi carens*, quamvis *voluntas indirecta* adsit. Sicuti vero *diligentia* suos habet gradus, ita & *culpæ* tres vulgo constituunt gradus: *latæ*, *levis*, vel *levissimæ*.

14. *Lata culpa* consistit *in omissione diligentiæ communis omnium hominum ex communi sensu agentium*. *L.* 213. 223. *de V. S. L.* 9. §. 2. *de J. & F. ignor. L.* 7. §. 2. *de administr. tut.* Hæc præstanda est in omni contractu, cum dolo æquiparetur, quatenus ad *interesse privatum* agitur, *L.* 226. *de V. S. L.* 1. §. 1. *si mensor. fals. mod. dix. L.* 7. *depos. L.* 29. §. 3. *mand.*

15. Culpa *levis* est *omissio diligentiæ talis, quam patresfamilias diligentes, & industrii in rebus suis adhibere solent*. *L.* 14. *de pignor. act. L.* 35. §. 4. *de contrah. emt.* Ceterum qui negligit, quæ patresfamilias *diligentissimi* neglecturi non essent, in culpa *levissima* est. Uno verbo, *qui summum gradum*

dum diligentiæ omittit, qualis in homines cadere potest, culpam leviſsimam committit. *L.* 18. *pr. h. L.* 1. §. 4. *de O. & A.*

16. Præstationem culpatum ordinarie temperant pro modo *utilitatis perceptæ* secundum *L.* 5. *h.* Sunt tamen regulæ ibi traditæ *inadæquatæ*, & ad obligationem *dandi* tantum applicabiles.

17. Præterea tota doctrina hæc satis obstructa est, quia JCti variis hac in re terminis usi sunt. Hinc pletique optime monent, substratæ materiæ, & *æquitatis naturalis* rationem esse habendam, qua JCti ubique usi sunt.

18. Ptoinde ex regulis *rectæ rationis*, quam JCti unice tespexerunt, dicendum videtur, *regulariter* ptæstandam esse *diligentiam mediam* pro conditione *humanæ naturæ imperfectæ*, quam intueri debet, qui cum altero contrahit, *L.* 6. *L.* 9. §. 2. *de J. & F. ignor. L.* 10. *de bon. poss. L.* 32. *depos.* cum ordinarie in aliis quoque materiis temperamento hoc JCti sint usi. *L.* 137. §. 2. 3. *d. V. O. L.* 33. *de Usur. L.* 18. *L.* 19. §. 4. *de Edict. Aedil. L.* 25. *in f. de pign. act. L.* 25. *ff de N. G L.* 21. §. 1. *de constit. pec.* Conf. Dn. Coccei. *Collat. jurid.*

19. Merito tamen ab hac *regula* excipiendi sint illi casus, (1) si quis ultro se negotio offert: *L.* 36. *de R. jur. L.* 8. §. *ult. ad L. Aquil.* (2) si negotium *arduum* est, & singularem peritiam, & præcautionem requirit: *L.* 13. *C. mandat. L.* 25. §. 7. *locat.* (3) alter singulare beneficium accipit: *L.* 17. §.

3. *commod.* si (4) quis summum diligentiæ gradum promittit, §. 1. *I. de empt. vend.* ubi *omnis* merito *diligentia* adhibenda.

20. Quandoque etiam leges æquum judicarunt, non adeo stricte *mediam* attendere diligentiam, ut in deposito, societate, & precario, quia uterque in his in culpa versatur, & sic culpa cum culpa conpensanda est, nisi alterius desidia nimis præponderet.

21. Denique *Casus* fortuitus est *inopinatus eventus, qui humano consilio averti, aut prævideri non potuit. L.* 2. §. 7. *de admin. rer. ad Civ. pertin. L.* 18. *pr. h.* Pro boc etiam reputatur ille culpæ gradus, qui pro negotii natura præstari non debet, quamvis alias *in se* culpa sit.

22. Casus regulariter nocet domino rei, cui bæc ex contractu restituenda est, *L.* 23. *in f. de R. J.* modo (1) is non sit in mora restituendi, vel faciendi: *L.* 12. §. 3. *depos.* (2) nulla culpa ordinara ad casum, & quæ alias in tali negotio præstanda est, antecesserit: *L.* 5. §. 4. *h. L.* 11. §. 1. *locat.* (3) nihil aliud conventum: *L.* 5. §. 10. *h. L.* 23. *de R. J.* (4) æstimatio venditionis gratia non sit adjecta: *L.* 10. *de J. dot. L.* 5. §. 3. *h.* Hæc enim transfert periculum in accipientem. *L.* 2. *ff. de æstim. L.* 10. *de jur. dot.*

23. Ubi vero res ex contractu dominii translativo in alterum transferenda, ibi *res perit ei, cui debetur*, §. 3. *I. de Emt. V.* Imo hæc regula adeo generalis est: ut in quibuscunque contractibus usum habeat.

TEXT. NOTAB.

L. 1. §. 1. L. sed mihi, 3. pr. § 1. 2. f. L. si ut certo loco, 5. §. 2. 3. 4 8 9 10. 12 f. L. unde quæritur, 7. in f. L. rei commodatæ, 8 seqq. L. is, qui commodatum, 13 L. commodare, 15 L. in commodato, 17. pr. §. 2. 3. f L. in rebus commodatis, 18 pr. § 2. 3. f. L. argentum, 20. L. si servus, 22. L. ult.

Ex Codice. L. ea quidem, 1. L. ult.

Tit. VII. (*C. IV.* 24.)

De pignoratitia actione.

1. PIGNUS *est contractus realis, quo res datur in securitatem crediti ad effectum, ut alteri jus in re constituatur, & simul obligetur ad rem, soluto debito, in specie in eodem statu restituendam.*

2. Requiritur itaque, (I) *ut mutuo consensu res intervenerit*, quo ipso differt a pignore prætorio, *L.* 26. *h.* (quamvis & hic *utilis actio* pignoratitia applicari possit. *L.* 5. §. 21. *ut in posses. legat.*) & tacito. *L.* 11. §. 5. *h.* Quam rem autem consensus respexit, illa pignori obligata est, *L.* 1. §. 1. *h.* quæcunque demum sit.

3. (II) *Ut tradatur a debitore creditori in securitatem crediti*. Hinc (1) differt ab *hypotheca*, quæ *nudo pacto* constituitur sine possessionis translatione: *L.* 1. *L.* 9. §. 2. *L.* 35. §. 1. *h.* pignus autem creditor possi-

 det,

det, ut etiam domino locare possit. *L.* 37. *h.* Unde & remedia possessoria ei competunt, Mev. 5. *d.* 94. aliique effectus tribuuntur, qui alias tantum *domino* proprii sunt. *L.* 16. *de servit. L.* 9. *de N. O. nunc. L.* 12. *in f. d. cond. furt.*

4. Deinde (2) sequitur, *contractum pignoris præsupponere debitum principale præexistens. L.* 43. *de solut.* Nulla itaque pignoris est causa, ubi debitum subsistere nequit, *L.* 11. §. 3 *h.* vel extinctum est. *L. cit.* §. 1.

5 *Talis* (3) *res tradenda, quæ possit securitatem illam præstare,* h. e. *propria*, non aliena, *L.* 9. *pr. L.* 32. *h.* vel aliis obligata. *L.* 16. §. 1. *&* *L.* 36. §. 1. *h.* Ceterum voluntate domini res *aliena* valide pignori datur: *L.* 20. *pr. L.* 27. *h.* imo operatur datio *rei alienæ*, ut, soluta pecunia, debitor pignoratitia possit experiri. *L.* 9. §. 4. *h.*

6. Ulterius (4) inde fluit, *mediam diligentiam hic esse præstandam*, *L.* 14 *h.* non exactissimam. Verba enim *L.* 13 §. 1. *h.* cum grano salis sunt accipienda. Hahn. *ad W. h. n.* 6. Brunnem *ad cit L n.* 4 Res vero ipsa petit debitori, salvo debito, *L.* 8. *&* 9. *C. h.* nisi creditor pignus propria auctoritate occupaverit. *L.* 30 *h.*

7. Denique (5) inde liquet, *usum rei oppignoratæ non transire ad ipsum creditorem.* Neque enim aliquid lucrari potest creditor ex pignore: *L.* 22. *pr.* §. 1. *&* 2. *h* sed fructus ex pignore percepti imputandi sunt in ipsum debitum, si haud usurarium est. *L.* 1. 2. 3. *L* 12. *C. h. L.* 23. *h.*

8. Videlicet potest *usus pignoris* pacto adjecto creditori concedi vel in *compensationem ipsius debiti*, quo casu illud absorbetur: *L.* 39. h. vel in *compensationem usurarum*, si licitæ, salvo manente debito, quod jus *antichreticum* vocatur.

9. Constituitur hoc jus vel *expresse*, vel *tacite*. Hoc fit, si res frugifera alicui pignori datur, nihilque de usuris, quæ jure debeantur, disponitur. *L.* 8. *in quibus caus. pign. vel hypoth. tacit. contrah.* Atque hoc casu antichresis modum legitimarum usurarum excedere nequit: sed tenetur creditor rationes reddere de fructibus percipiendis, *L.* 3. *C. h.* ut tamen in proventibus minus certis modicus excessus, qui forte accedat, attendi non debeat. Diversa est ratio *antichreseos expressæ*, cui ex aliquorum sententia *tacita* inest *locatio*. Jam autem rem vilius locare permissum, modo non fiat in fraudem usurarum. *L.* 14. *L.* 17. *C. de usur.* Lauterbach. *de antichresi* §. 42. *seqq.* Stryk. *de action. for. invest. S.* 1. *m.* 5. §. 33.

10. Sed cum ubique plura dubia *in praxi* occurrant: suadent, ut potius contractus *retrovenditionis* ineatur. Quia vero hic & usuræ vitium latere potest, & periculum rei in emptorem transit: hinc adhuc consultius est, rem oppignoratam pro certa mercede conducere, & usuras, quæ jure possint accipi, cum locario, quoad quantitatem concurrentem, compensare, reddito quotannis superfluo.

11. (III) *Ut tradatur cum obligatione ad rem illam oppignoratam restituendam, soluto debito*. *L.* 40. §. 2. *L.* 11. *C. h.* Debet autem (*a*) *totum debitum esse solutum*, *L.* 11. §. 3. *h.* ibique Brunnem. *n.* 4. vel alio modo satisfactum, *L.* 9. §. 3. *h.* etiam per solemnem *oblationem*, & *depositionem*. *L.* 10. *C. h.* Neque quicquam amplius præstare debitor cogitur, licet creditor interim pignus pro majori quantitate alii pignori dederit, a quo nihilominus *vindicari* potest. *L.* 40. §. 2 *h.* Schilter *Ex.* 26. §. 11. Neque huic restitutioni præscribi potest, *L.* 10. & 12 *C. h.* cum ante *solutum debitum* non possit dici actio esse nata. *L.* 9. §. 3. *h.* Stryk. *de act. forens. invest. S.* 3. *m.* 1. *axiom.* 1. (*b*) *Idonee quoque solvi debet* per nummos probos. *L.* 24. §. 1. *h.* Aliquando, etiam non soluto debito, agi potest ad interesse, propter abusum rei oppignoratæ. *L. ult. ff. h.*

12. (IV) *Ut restituatur in specie*, *L.* 9. §. 5. *h.* licet *per accidens* evenire possit, ut *in specie* restitui nequeat, veluti si *culpa creditoris* interiit. Si sine *culpa*: nihil restituitur, *L.* 9. *h.* salvo debito. *L.* 6. *C. h.* Carpz. *P.* 2. *C.* 26. *d.* 1. & 3. Imo, si pignus venditur ob *moram* debitoris: superfluum pretii cum usuris restituat, *L.* 42. *h. L.* 6. §. 1. *L.* 7. *h.* dummodo pretium ad venditorem jam pervenerit. *L.* 24. §. 2. *h.*

13. Nec remoratur hanc restitutionem lex *commissoria*, ut scilicet, non soluto suo tempore debito, pignus pro debito creditori plene acquiratur, Gonzal. Tellez. *ad C.*

Z.

Google

7. *X. h. n.* 7 *& seqq.* quæ reprobata est, cum mere usuraria sit, *L. fin. C. de pact. pignor. C. pen. X. h.* nihil operante ex quorundam sententia juramento adjecto, quamvis id plerique Canonistarum velint per *alleg. Cap.* 7. Vallens. *ad Decretal. h.* §. 3. *n.* 4. *&* 5. Toleratur tamen pactum hoc, si ita sine fraude convenerit, ut debito suo tempore non soluto, pignus justo pretio sit creditori venditum, *L.* 16. §. 9. *de pign. L.* 1. *C. de pact. pign.* ubi consultius adhuc est, ut pretium non statim determinetur, cum eadem hic subsit decipiendi facilitas. Huber. *ad tit. de pign. & hypoth.* §. 15.

14. (V) *Ut restituatur non deterioratum dolo, vel culpa levi*: *L.* 13. §. 1. *L.* 14. *ff. L.* 3 *C. h.* alias eo nomine tenetur. *L.* 7. *C. h.*

15. Oritur ex hoc contractu bilaterali *actio pignoratitia directa*, & *contraria* : *Illa* competit debitori adversus creditorem ad pignus, soluto debito, restituendum cum omnibus accessionibus, damnisque resarciendis. Unde facile differt ab *hypothecaria*.

16. Quia personalis est: hinc non competit contra tertium possessorem, licet hic noviter jure pignoris rem possideat. *L.* 40. *h.* De jure canon. tamen aliud volunt per *C.* 6. *X. h.* quamvis de eo dubitet Schilt. *Ex.* 26. §. 10. Et minus secura est sententia Mevii 5. *Dec.* 343. asserentis, in praxi tamen contrarium observari. Cujus contrarium ostendi in *Tr. de jure eccles. protest. lib.* 1. *tit.* 2. §. 72.

17. Persequitur debitor hac actione ipsum pignus, & omnia commoda, quæ creditor occasione ejus est consecutus *L.* 21. *pr.* §. 1. *h.* *L.* 12. §. 1. *de distrah. pign.* Imo in *antichresi tacita*, si modo licita, etiam fructus *percipiendos*, quos ipse creditor percipere potuisset, *L.* 3. *C. h.* & aliquando interesse, *L.* 9. §. *ult.* *h.* si creditor pignus dolo, vel culpa amisit. *L.* 5. *C. h.*

18. *Contraria* actio est creditori comparata adversus debitorem, *ad indemnitatem obtinendam*. Obtinetur illa (1) si impensæ *necessariæ* restituantur: *L.* 8. *h.* imo & *utiles* intra *modum* factæ, quatenus debitorem non onerant. *L.* 25. *h.*

19 (2) Si pignus *alienum*, vel *vitiosum* datum: agitur ad hoc, ut aliud loco ejus detur. *L.* 9. *pr.* *L.* 16. §. 1. *h.* Nam, quamvis *in L.* 54. *de fidejuss.* *interesse* præstandum esse dicatur: tamen creditoris non aliter interest, quam ut *aliud* constituatur Schilt. *Ex.* 26. §. *ult.* Dn. Pagenst. *in Sicil. manip.* 3. *pag.* 111. Nec distinguitur, utrum solvendo sit debitor, nec ne. *L.* 32. *ff.* *h.*

20. (3) Si damnum occasione pignoris passus sit. *L.* 22. *in fin.* *L.* 23. *h.* Aliquando etiam (4) ad restitutionem pignoris, si dolo debitoris interceptum sit, agitur. *L.* 3 *L.* 22. §. *pen.* *h.*

TEXT. NOTAB.

L, 1. pr. §. f. L. si quasi recepturus, 3. L. si convenit, 4. L. si necessariis, 8. pr. §. 4. f. L. si rem alienam, 9. pr. §. 3. 4. f. L. solutum, 11.

11. § 2. 3. 5. L. si, cum venderet, 13. L. ea igitur, 14. L. Tutor, 16. §. 1. L. aliena, 20. L. si pignore, 22. pr. § 2. L. eleganter, 24. § 1. 2. L. si servos, 25. L. non est mirum, 26. L. qui ratione, 30. L. cum debitore, 32. L. si pecuniam, 33. L. Titius, 34. L. cum & sortis, 35. §. 1. L. debitor, 40. §. 1. L. rem alienam, 41. L. creditor, 42.

Ex Codice L. ex pignore, 1. L. creditor, 2. L. pactum, 4. L. si creditor, 5. L. quæ fortuitis, 6. L. si nulla, 8. L. nec creditores, 10. L. pignoris, 11. L. ult.

Lib. XIV. Tit. I. (C. IV. 25.)

De exercitoria actione.

1. SEquuntur actiones non *novæ*, & ab aliis ex *contractibus* orientibus distinctæ: sed harum *novæ qualitates adjectitiæ*, ex necessitate a prætore introductæ, contra jus strictum. *L.* 11. *de O. & A.* Earum usus est, si, qui ad contractum alterius *concurrunt*, conveniendi sunt. Post etiam receptum, ut *directo* cum iis, qui ad contractum alterius *concurrunt*, agi possit, quia ipsimet contraxisse videntur. §. *ult. I. quod cum eo qui in al.*

2. Huc pertinet actio EXERCITORIA, *competens ei, qui cum magistro navis, secundum legem præpositionis contraxit, adversus exercitorem navis ad præstandum id, quod in contractum est deductum.*

3. Requiritur itaque, (I) *Ut exercitor aliquem navi præpoſuerit, tamquam magiſtrum.* *Exercitor* dicitur, *ad quem omnis reditus ex navi redundat*: ſicuti *magiſter* eſt, *cui totius navis cura mandata*. *L.* 1. §. 1. *h.*

4. Hæc *præpoſitio* eſt fundamentum obligandi exercitorem adeo, ut (1) ſi plures fuerint exercitores: ſinguli in ſolidum teneantur: *L.* 1. §. 13. *h.* (quod male *injuſtitiæ* accuſat Grotius *de J. B. & P. lib.* 2. *c.* 11. §. 13. ibique Ziegler,) imo (2) etiam obligetur ruſus ex perſona ejus, quem magiſter præpoſuit, licet prohibente ipſo exercitore, ne impediatur utilitas navigantium. *L.* 1. §. 5. *h.*

5. (II) *Ut quis contraxerit cum magiſtro.* *L.* 1. *pr. h.* Unde (a) non tenetur dominus ex contractu cum nautis inito, quavis curare debeat, ne delinquant. *L.* 1. §. 2. *h.* (b) Non tenetur ex delicto magiſtri ſui, niſi circa officium commiſſo, quod pluribus exemplis declaravi in *Diſs. de diſcrim. temp. marin. c.* 1.

6. (III) Ut quis contraxerit cum magiſtro navis *ſecundum legem præpoſitionis*. Modum egreſſus magiſter non obligat exercitorem. *L.* 1. §. 12. *h.* Unde, ſi plures præpoſiti ſunt magiſtri: videndum, an diviſa eorum officia ſint, nec ne. *cit. L.* §. 13.

7. Illud quoque *tacite* cenſetur magiſtro injunctum eſſe, ſine quo navigatio perfici nequit, veluti ſi mutuam accipit pecuniam ad *neceſſariam navis refectionem*. Inde etiam obligatur *exercitor*, licet *expreſse* haud *mandaverit*. 8.

8. Requiritur tamen hic, (1) ut mutuans sciat, se in hoc credere, cui rei est præpositus magister: *L.* 1. §. 8. *h.* (2) navis refectionem desideret: *L. fin. pr. h.* (3) ut pecunia *expresse* hac lege accipiatur, licet magister *postea* mutaverit voluntatem: *L.* 1. § 9 *h.* (4) ut non major summa credatur, quam necessaria est: *L. fin. in fin. h.* (5) ut in loco illo credita sit, ubi refectio fieri debuit. *L.* 7. §. 1. *h.* Conf. Struv. *Ex.* 20. *th.* 16. Berl. *dec.* 252 *n.* 7

9. Si magister est libera persona, etiam cum hoc directo, *durante officio*, agi potest, ut actori relicta sit electio. *L.* 1. § 17. *h.* *Finito officio*, solus exercitor obligatur, *L. fin. de instit. act.* nisi *simpliciter* contraxerit, non facta mentione officii, quod gessit, vel fidem suam interposuerit, vel contra *legem præpositionis* contraxerit.

10. Exercitori contra contrahentes cum magistro, nulla actio est prodita: sed sufficit, quod contra magistrum navis agere possit, *L.* 1. §. 18. *h.* modo a magistro rem conservare queat. *L.* 1. *in f. L.* 2. *de instit. act.*

TEXT. NOTAB.

L. pr. §. 1. 2. 5. 7. 9. 12. 13. 15. 16. 17. 18. f. L. ne in plures, 2. L. nec quisquam, 3. L. si tamen, 4 pr. §. 1. ult. L. ult.

Ex Codice. L. servus, 1. L. & si a mulieris, 4 L. ult.

Tit.

Tit. II.

De lege Rhodia de jactu.

1. REceptæ apud Romanos erant *leges Rhodienſium*, & quidem *in ſubſidium*, *L. 9. h.* quod ſumma æquitate niterentur. Schottel. *de antiq. in German. jur. c. 21. §. 4.* Imprimis autem in *decidendis controverſiis maritimis* auctoritate maxima pollebant, quas recenſet Peckius in *Comment. ad rem nauticam*. Imo legum nauticarum, quæ adhuc hodie ſuperſunt, fons ſunt.

2. In ſpecie in lege DE JACTU cautum eſt, ut, ſi, *naufragio imminente, merces levandæ navis gratia jactæ ſint: reliqui ſocii periculi, quorum res ſunt ſervatæ, in tributum veniant. L. 1. h.*

3. Congruit hoc juri naturæ, quod vult, *ut omnium contributione ſarciatur quod pro omnibus datum eſt.* Ex qua ratione plures caſus ſimiles deciduntur. *L. 2. §. 3. L. 4. pr. h.* Lauterbach. *de æquitat. & extens. L. Rhodiæ.*

4. Ut autem vectores reliqui ad contributionem teneantur, requiritur (I), *ut jactus ſit factus. L. 4. h. ob juſtum naufragii metum: L. 2. pr. & §. 2. h.* Non itaque ſufficit (*a*) *metus vanus*: Quin potius voluntas navigantium, aut majoris partis de *jactu faciendo* explorari debet. Schottel. *cit. l. §. 6.* (*b*) Ceſſat contributio, ſi jactus factus propter *culpam* magiſtri navis. *arg. L. 29. §. 3. ad L. Aquil.*

5.

Digitized by Google

5. (II) *Ut res jactatæ sint amissa, vel deterioratæ. L. 4. in f. h.* Si recuperatæ sunt: cessat æquitas contributionis. *L. 2. §. 7. h.* Imo, si post contributionem jam factam salvæ fuerunt recuperatæ, condici potest quod tributum est. *arg. L. 2. §. 1. de cond. sine caus.*

6. Res enim jacta manet domini, *L. 2. in f. h.* & reprobatum est jus occupandi bona naufragorum, *Auth. navigia, C. de furt.* Schottel. *cit. Tr. c.* 20. Grevius *Ex. ad ff. h.* §. 22. adeo, ut furti teneatur qui tales res non restituit. Schilt. *Ex.* 27. § 30. *seqq.* Pertinere huc videtur, *L. 9. h.* quam peculiari paraphrasi illustrat Huber. *h. in f.*

7. (III) *Ut per jactum navis res ceterorum vectorum sint servatæ.* Inde obligatio ad contributionem nascitur, quoad omnes res servatas, etiam non multum onerantes navim. *L. 2. §. 2. h.* Imo quoad ipsam *navim* servatam: non quoad cibaria. *L. c.*

8. Quod si itaque, *jactu facto*, navis nihilominus perit: nulla fit contributio: sed quod quisque servat, hoc sibi servat, quasi ex incendio. *L. 7. L. 5. pr. h.*

9. Sufficit tamen, *semel res ceterorum esse servatas*, licet post alio in loco navis fuerit submersa, & forsan per urinatores res extractæ. *L. 4. §. 1. h.* Semel enim obligatio nata est, & res, propter quas hæc obligatio adest, adhuc salvæ sunt.

10. Hisce concurrentibus omnes contribuunt, quorum res sunt servatæ: imo & quorum amissæ, secundum *proportionem re-*

spe-

spectivam, ita tamen, ut amissarum, quatenus indicatæ sunt, æstimatio computetur, *quanti emtæ sunt*: servatarum vero, *quanti venire possunt*. *L.* 2. § 4 *h.* Modum computandi designat Muller. *cit. l.* §. 19. *lit. b.* Ipsa contributio dicitur *Havaria*. Schottel. *cit. l. c.* 21. §. 3.

11. Illi, cujus res sunt jactæ, navi laborante, nulla dabatur actio *directo* contra convectores ob *defectum formulæ*. Schilt. c. *l.* §. 24. Poterat tamen *ex locato* agere contra magistrum navis, ut is cum reliquis, quorum res salvatæ sunt, agat ex conducto, ut detrimentum pro portione communicetur, *L.* 2. *pr. h.* ita tamen: ut, si unus ex convectoribus solvendo non sit, hoc possit gravare magistrum. *L.* 2. §. 6. *h.*

12. Hodie tamen *directo* cum convectoribus agi potest, Schilt. *c. l.* Huber. *h.* §. 7. quia adest *obligatio perfecta* ad contribuendum, quod hodie sufficit. Imo magister navis res convectorum antea dimittere non debet, quam facta contributione.

TEXT. NOTAB.

L. 1. L. si laborante, 2 pr. § 2. 4. f. L. Navis, 4. §. 1. 2. L. amissæ, L. Navis, 6. L. cum depressa, f. L. qui levandæ, 8. L. [illegible] 19.

Tit.

Tit. III. (*C. IV.* 25.)

De institoria actione.

1. ACtio INSTITORIA in plerisque fere convenit cum *exercitoria*. *L.* 7. §. 1. *h.* Datur illis, *qui cum institoribus secundum legem præpositionis contraxere, contra præponentem ad id, quod in contractum est deductum*.

2. Præsupponitur itaque, (I) *quod quis fuerit præpositus negotiationi quæstuariæ universaliter*, *L.* 11. §. 2. *L.* 1. *h.* qui dicitur *Institor*, *L.* 3. *h.* & *officium* aliquod gerit, Huber. *h.* §. 2. adeoque morte *præponentis* non desinit esse. *L.* 5 §. 17. *h.* In quo differt a *procuratore*. Imo nec semper mandato constituitur. Hahn. *ad W. h. n.* 4.

3. Extincta præpositione, cessat quoque hæc actio, *L.* 11. §. 2. *h.* veluti si *publice* institor revocatus est. *c. L.* 1. §. 3. *h. Substitutio* institoris dominum obligare nequit. *L.* 1. §. 5. *de exer. act.* Schilt. *Ex.* 27. §. 42. *seqq.* Huber. *h.* §. 5. in quo differt ab exercitoria, quæ majorem habet favorem.

4. In *præponente* generaliter requiritur, *ut liberam habeat disponendi facultatem*: Brunn. *ad L.* 7. *n.* 1. *h.* alioquin præpositio est nulla.

5. (II) *Ut cum institore contractum sit secundum legem præpositionis*. *L.* 5. §. 11. *L.* 11. §. 5. *h. L. f. C. h.* Si circa *officium* deliquit institor: præponens *quasi institoria* convenitur ad

da-

damnum resarciendum: *L.* 5. §. 8. *h.* non criminaliter. Brunn. ad *c. L. num.* 2. Si leges præpositionis transgressus est institor: ipse, non præponens, tenetur.

6 Obligatur præponens ex tali contractu, imo & heres, *L.* 15. *h.* licet, mortuo præponente, contractus initus sit. *L.* 17. §. 2. & 3. *h.* Bachov. *ad Treutl. disp.* 24. *th.* 7. *lit. e.*

7. Ipse institor, *durante officio*, conveniri directo potest, C. I. A. *h.* §. 13. Hahn. *ad W. h. n.* 6. non vero deposito, *L. f. h.* nisi *proprio nomine* contraxisset.

TEXT. NOTAB.

L. 1. L. Eo nomine, 2. L. quicunque, 5. pr. §. 8. 11. 12. f. L. sed & si quis, 7. § f. L. nam & plerique, 8. seqq. L. sed si pupillus, 11. § 3. 5. L. habebat, 13. pr. §. f. L. novissime, 15. L. 17. §. 3. L. Institor, 18.

Tit. IV.

De tributoria actione.

1 Actio TRIBUTORIA *competit adversus patrem, vel dominum, ex eo, quod inique merces peculiares, in quibus, ipsis scientibus, filii, vel servi negotiati sunt, inter se, & reliquos creditores diviserint, ad corrigendam istam injustam divisionem. L.* 7. §. 2. *L. fin. h.*

2. Non aliter, quam *dolo* interveniente, competit, *L.* 8. *h.* adeoque est *ex delicto rei persecutoria*, & in heredem datur de eo duntaxat, quod ad eum pervenit.

3 Requisita potiora sunt hæc: ut (1) *sciente patre, vel domino*, filius, vel servus negotiatus fuerit. *L* 1. §. 3. *L.* 3. *pr. h.*

4. (2) Et quidem *in merce peculiari*. *L.* 1. § 1. *h* Respicitur autem imprimis ad illam mercem, cujus intuitu quis contraxit, in qua aliis, qui diversæ tabernæ crediderunt, præfertur. *L.* 5. §. 15. & 16. *h.*

5. Unde & hodie *separationem* obtinere putant, ut unius debitoris diversarum tabernarum creditores non sint confundendi ex ratione *L. cit.* Schilt. *Ex.* 27. §. 51. Struv. *Ex.* 26. *th.* 46.

6. (3) Ut ex illa omnibus creditoribus satisfieri nequeat, & tamen (4) dominus *inique distribuerit* illam. Patri enim, vel domino jus distribuondi datum; ut tamen cedendo merces peculiares creditoribus liberetur. *L.* 7. §. 1. *h.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. L. sed si, 3. § f L. Procuratoris, 5. §. 11. 15. 17. 18 L. seqq. L. illud quoque, 7. §. 2. L. quia non, 8. L. 9. in f.

Tit. V. (C. IV. 26.)

Quod cum eo, qui in aliena potestate est, negotium gestum esse dicetur.

1. In hoc Titulo ostenditur *effectus obligationis* ex contractu illius, qui in aliena est potestate, natæ Et quidem *servi* plane non

non obligantur: bene tamen *filiifamilias*. *L.* 39. *de O. & A. L.* 44. *de pecul.*

2. Limitatur tamen obligatio *liberorum*, qui in P. P. constituti contraxerunt, (1) ut *executio actionis* differatur usque dum sui juris fiant. Franzk. *h.* n. 4.

3. (2) Ut sui juris facti tantum condemnentur, in quantum facere possunt, *L.* 2. *pr. h.* modo (*a*) ex bonis paternis *nihil*, vel *parum* lucrati sint. *L.* 2. *cit.* Quod modicum non ex *quantitate legitima* præcise, sed ex quantitate minori, quam ut debitum inde solvi, & filius se cum suis exhibere possit, æstimandum. Schilt. *Ex.* 37. §. 5. 7.

4. (*b*) Filius non versetur in dolo, aut delicto, ubi in solidum tenetur. *L.* 4. §. 1. *&* 2. *h.*

5. (*c*) Cum ipso filiofamilias agatur. Heres enim obligatur in solidum. *L.* 4. §. 3. *h.* (*d*) Ut *in continenti* cum filio sui juris facto agatur. *L.* 4. §. 4. *h.*

TEXT. NOTAB.

L. ait Prætor, 2. L. sed an, 3. L. sed si, 4. pr. § 1. 2. 4 L. si filiusfam., 5. pr.
Ex Codice L. 1. L. ejus rei, 2. L. si ex contractu, 4. L. si qui, 7. § 1. L. si mandator, 8. L. si liberam, 10. L. dominos, 13.

Tit.

Tit. VI. (*C IV.* 28.)

De SCto Macedoniano

1. SCto hoc ab improbo fœneratore ita dicto, *L.* 1. *pr. h.* sævitia creditorum coercita, ne in mortem parentum pecunias filiisfamiliarum fœnori darent, ut loquitur Tac. *Lib.* XI. *annal. c.* 13. *pag. m.* 193. & si darent, ne actio petitioque daretur creditori: sed *exceptione SCti hujus* repellerentur, quæ in odium fœneratorum, & *favorem parentum* est introducta. *L.* 1. *pr. h. L.* 40. *pr. de condict. indeb* Non ergo *privilegium liberorum* dici potest.

2. Ut autem exceptio hæc locum habeat, requiritur, (I) *ut pecunia sit mutuo data filiofamil* Unde (*a*) non quodlibet mutuum filio est interdictum: sed tantum *in pecunia*: *L.* 3. §. 3. *h.* multo minus alii contractus, nisi fraus legibus quæratur, *L.* 3 § 3 *L.* 7. § 3. *h.* & alii contractus tantum simulentur, quod videtur esse *incertis nominibus* credere. *L.* 1. *pr. h.* Huber. *h* § 1.

3. Porro (*b*) sequitur, filium præcise adhuc *tempore mutui* debere esse sub patria potestate. *L.* 3. §. *f. L.* 4. *h L.* 9. §. 2. *L.* 1. §. 2. 3. *h.* Hillig. *ad Donell. L.* 12. *c.* 24. Contrahi itaque secure potest cum liberato a patria potestate, *L.* 3. §. *ult. h.* etiam per dignitatem: Carpz. *P.* 2. *C.* 10. *d.* 17. vel cum eo, qui pro patrefam. habetur, *L.* 7. §. 1. *in f. C. h. L.* 2. *h.* licet adhuc sit sub P,

po-

poteſtate. Idem dicendum de eo, qui libere diſponere poteſt inter vivos, ut in peculio *adventitio extraordinario*, Brunn. *ad L.* 1. *ff. n.* 6. *h.* quia hic parentibus nihil amplius metuendum eſt. *L.* 3. §. 3. *h.*

4. (II) *Ut ſit data a ſciente*. Excuſatur itaque (*a*) qui juſte debitorem patremfamil. credidit, *L.* 3. *pr. h.* quem errorem probare debet creditor: *L.* 1. *C. h.* non vero qui ſcire facile hoc potuit. *L.* 19. *h. L.* 7. §. 7. *h.* (*b*) Si doloſe quis ſe patremfamil. affirmavit. Vid. *L* 1. *C. h.* Dn. de Jena *de SCt. Maced. Sect.* 5. *aph.* 4. Donell. *Lib.* 12. *c.* 26.

5. (III) *Ut ſit data a valente pecuniam mutuam dare*. In pupillo non habet locum, qui ne quidem credere potuit pecuniam, ſicut nec filiusfamilias. *L.* 3. §. 2. *h.* Idem de *minore* quoque aſſeritur, quoniam reſtitui poſſet contra SCtum. *c. L.*

6. In *civitate* tamen locum habet, *L* 15. *h.* quamvis dubitari queat, an non, poſtquam jure codicis jura minorum ei ſunt tributa, *L.* 3. *C. de jur. reip.* reſtitui contra hoc SCtum poſſit.

7. (IV) *Sine conſenſu patris*. Alias valet mutui datio. *L.* 2. 4. 5. *C. h.* Conſentit vero pater (*a*) *expreſſe*, *L.* 12. *h.* & quidem vel *ab initio*, licet revocaverit mandatum, ignorante creditore: *L.* 12. *h.* vel *ex poſt facto* per ratibabitionem: *L. ult. C. h,* (*b*) *tacite*, ſi, ſciente, & permittente patre, filio creditur: *L.* 4. *C. h. L.* 12. *L.* 16. *h.* vel facto ipſo contractum approbat: *L.* 7. §. 15. *h.* vel alias ſolitus fuit, pro filio ſolvere.

8.

8 Denique (c) *præsumtive*, si pecunia mutuo accepta a filiofamilias ad eam causam, ad quam pater *ex pietate* tenetur, veluti ad *studia*, quatenus creditor *probabilem* non excesserit *modum*: *L.* 7. §. 13. *h.* vel alias pecunia *in rem patris* versa est. *L.* 7. § 12. *h.* Donell. *Lib.* 12. *c.* 27. *lit. e.*

9 (V) *Ut filius sui juris factus debitum non agnoverit*: alioquin cessat hæc exceptio, *L.* 2. *C. h.* v. c. si partem debiti solverit: *L.* 7. §. *ult* Dn. Berger. *in Res. LL. h. qu.* 5. Grevius *Exerc* 12. *ad ff.* §. 26. si pignus dederit. Utroque casu tamen, quoad *quantitatem concurrentem* duntaxat, debitum censetur confirmatum. *L.* 9. *pr. h.* Donell. *cit. l. c.* 28.

10. Ceterum *filiifamilias ratihabitione* viventi patri non præjudicatur. Imo, si ex *peculio profectitio* solvit: ipse quidem non repetit: *L* 9 §. *f. L.* 10. *h. L.* 40. *pr. de cond. indeb.* bene tamen pater *exstantes* vindicabit, *consumtos* vero condicet. L. 3. § 2. *h.*

11. Est hæc exceptio (*a*) *realis*, hinc & fidejussoribus, & heredibus prodest, *L.* 9. § 3 *h.* (*b*) in tantum *privilegiata*, ut opponi possit executioni post rem judicatam, *L.* 11. *h.* nec noceat renunciatio a filiofamil. facta, Hahn. *ad W. h.* nisi jurata sit, Stryk *de Caut. contract. Sect.* 2. §. 1. *c.* 15. (*c*) *litis ingressum* impediens.

TEXT

TEXT. NOTAB.

L. 1. pr. §. f. L. si quis patremfam., 3. pr. §. 2. 3. L. item si filiusfam., 7. §. 3. 6. 11. 12 13. L. sed si paterfam., 9 pr. §. 2 3 L. tamen, 11. L. si tantum, 12. L. si quod, 13.
Ex Codice. L. si filius, 1. L. Zenodorus, 2. L. si filiusfam., 3 L. si permittente, 4. L. Macedoniani, 5. L. ult.

Lib. XV. Tit. I. (C. IV. 26.)

De Peculio.

1. PECULIUM est *quasi pusilla pecunia, seu patrimonium quoddam* (*L.* 5 §. 3. *h.*) *quod servus, vel filius permissu patris, vel domini separatum a dominicis rationibus habet. L.* 5. §. 4. *h.* De aliis significatibus conf. Engelbr. *ad ff. h.* §. 33.

2. Hinc peculium est *universitas* quædam jurium, commodorum, & incommodorum recipiens decrementum, & incrementum, L. 40. *h. L.* 46. *de R. V. L.* 6. *de pecul.* & per consequens pretium succedit in locum rei, & contra. *L.* 1. *C. de Castr. pecul. L.* 33. *h.* Hoc habebant filii, si vel maxime separatam instituerant œconomiam.

3. Olim quidem unum & *servorum* & *filiorumfamilias* erat peculium: sed post sub Cæsaribus pecuha filiorumfamil. varie legibus

bus sunt immutata ita, ut fere *quinque species* inde evaserint.

4 Videlicet *peculium filiorumfamilias* est vel *paganum*, vel *militare*. Hoc vel *castrense*, vel *quasi castrense*. Illud vel *profectitium*, vel *adventitium*, idque rursus vel *ordinarium*, vel *extraordinarium*.

5 *Castrense* est, *quod filiusfam. non fuisset acquisiturus, nisi militiæ operam dedisset*, ut quod filio ad res castrenses comparandas donatum, *L.* 3. *de castr. pecul.* vel quod acquisivit propter cognitionem castrensem. *L.* 1. *L.* 4. *C. eod.*

6 *Quasi castrense* peculium ad exemplum militiæ sagatæ introductum est, & comprehendit *omne illud, quod filiofamil non obvenisset, nisi artibus liberalibus, & studiis operam dedisset*. Stryk *de Success. ab I diss* 11. *c.* 3. §. 7.

7. Unde & sumtus in studia a patre filio *animo donandi* subministrati eodem modo sunt *peculii quasi castrensis*, quo illa *peculii castrensis sunt*, quæ dantur ad instruendam militiam, *L.* 11. *de castr. pecul.* modo utroque casu eventus sequatur, & filius *militiam*, aut *cursum studiorum* non derelinquat. Id. *c. l* §. 8.

8. In utroque peculio (1) filiusfam. plenissime disponit, & habetur hoc intuitu pro patrefamil. *L.* 2. *de SCt. Maced. L.* 6. *pr.* §. 3. *C. de bon. quæ lib.* Et hinc patri omne jus alemtum. (2) Habet in castrensi locum *beneficium separationis*: *L.* 7. *de castr. pec. L.* 1. §. 9. *de separat.* (3) competit *beneficium competentiæ*;

P L.

L. 6. & 18. *de re judic.* (4) non confertur. *L.* 1. §. 15. *de collat. L. f. C. eod.* Stryk. *c. l.*

9. *Adventitium* complectitur omnia illa bona, *quæ filius aliunde, quam ex cauſa militiæ togatæ, vel ſagatæ, aut etiam ex re patris, acquiſivit. L.* 6. *pr. L.* 8. *C. de bon. quæ lib.* Huc ſpectant acquiſita ex artibus illiberalibus, & quæ alias ex titulo lucrativo filio obvenerunt non intuitu *militiæ*, vel *ſtudiorum*, veluti hereditas materna, donata, inventa, &c.

10. In hoc peculio patri adhuc plus juris relictum eſt. Nam (1) habet in eo uſumfructum, *L.* 6 *pr. C. de bon. quæ lib.* quem nec morte filii amittit. *L. f. C. ad SCt. Tertul.* Hinc defuncti fratres pro parte tantum ſuccedunt in *proprietate*. Emancipatione tamen olim pro dimidia parte amittebatur: hodie vero in totum.

11. Præterea (2) liberiorem *ad inſtar domini* adhuc habet adminiſtrationem. Hinc procuratorem ad inſtar *domini* in eo conſtituit: *L.* 1. *C. de bon. mat.* ſumtus omnes ferre tenetur, nec rationes reddit: *L.* 6. §. 2. *de bon. quæ lib.* imo in caſu *neceſſitatis*, vel *utilitatis* alienat. *L. f.* §. 4. 5. *eod.*

12. Quod ſi vero extra hunc caſum alienatio facta: filius ſui juris factus revocare eam poteſt, modo non ſit heres patris factus. Brunnem. *ad L.* 1. *C. eod. n.* 14. Quia vero proprietas manet penes filium: hinc illud quoque non confert. Strik. *c. l. c.* 4. §. 1. 2.

13.

13. Et hoc quidem *ordinarium* dicitur. *Ubi vere extra ordinem patri quoque plene usus fructus in ejusmodi bonis* est ademtus, dicitur peculium *extraordinarium*.

14. Huc referuntur casus sequentes: (1) si filius, patre dissentiente, aliquid acquirit; *L. fin. pr. C. de bon. quæ lib.*

15. (2) Quæ relicta sunt liberis sub conditione, ne ususfructus patri obveniat. *Nov.* 117 *c.* 1. *in pr. Auth. excipitur, C. de bon. quæ lib.* Quod tamen restringunt ad id, quod liberis ultra legitimam a *matre* relictum, Dn. Berger *in resol. LL. n.* 1. 2. Diss. Mev. 7. *decis.* 356.

16 (3) Quæ filiusfamilias una cum patre ex *successione fratris* peculium pleno jure possidentis, acquisivit. *Nov.* 118. *c.* 2. Quod in *Auth. item, C. cit. l.* extenditur etiam ad successionem *extranei*, quia pater cum liberis coheres est, & sic æquali jure frui debet.

17. (4) Quando pater injuste divortium facit, tunc bona pro besse liberis pleno jure acquiruntur. *N.* 134. *c.* 11.

18 (5) Si ususfructus a patre remittitur, *L.* 6. § 2. C. *cit. tit.* & denique (6) si pater male in administratione se gerit, salvis patri egenti alimentis. *arg. L.* 50 *ff ad S. C. Trebell.* Huber. *h.* §. 2 *n.* 7.

19. Communiter etiam huc referunt *donata a Principe*, quæ tamen expresse in *L.* 7. *C. de bon. quæ lib.* ad bona *castrensia*, *vel quasi* referuntur. In effectu hoc interest, quod de peculio *castrensi* testari liceat: non

Digitized by Google

etiam de hoc. Huber. *cit. l. in fin.* Hoppius *in comment. ad I. tit. quib. non est permiss. pr.* verbo, *qui castr.*

20. Commodius forsan huc refertur *pecunia lustrica das Pattengeld*. Engelbr. *ad ff. h. n.* 35. Dn. Stryk. *ad Brunnem. jus eccles. lib.* 2. *c.* 1. *memb.* 2. §. 13. *verbo: acquiruntur*.

21. Tandem *feudum acquisitum* quoque huc referunt. Engelbr. *c. l.* §. 34 *in f.* Quod concedi potest, si respectu servitiorum sit *improprium*: alias ad *militare* videtur referendum esse. Conf. Dn. Stryk. *de success. ab intest. diss.* 11. *cap.* 3. §. 6.

22. Tandem *profectitium* est, *quod filius ex re patris, vel intuitu ejus acquisivit*. Hoc retinuit pristinam naturam: *L.* 4. *& ult. de dol. mal. & met. except.* §. 1. *I. per quas pers. adcq*, ut collationi obnoxium sit Dn. Stryk. *cit. l. c.* 4. §. 6. *conf. L.* 12. *C. de collat. L.* 13. *C. fam. erci.*

23. Presupponit vero peculium proprie dictum, (I) *concessionem domini, vel patris. L.* 7. §. 3. *&* 4. *h. L.* 46. *h.* Ex hac obligatio ejus respectu peculii oritur. *L.* 21. §. *fin. L.* 10. *C. h.* Sufficit tamen scientia, & patientia domini, vel patris. *L.* 7. §. 2. *L.* 4. §. 2. *h.*

24. (II) *Traditio rei* in hunc finem, ut vicem peculii subeat. *L.* 8, *h. L.* 16. *in fin. L.* 4. §. 1, *h,* Sufficit tamen ficta. *L.* 49. *h.*

23. (III) *Separata filii, vel servi administratio*. *L.* 5. §. 4. *L.* 4. *pr. h.* Præter hanc nullum jus in hoc peculio habet, ut nec do-

Digitized by Google

donare possit, nisi ex justa causa. *L.* 7 *pr. de donat.* Pater tamen, si non ademit emancipato, donasse censetur ex postfacto: *L.* 31. § 2. *eod.* imo filio præcipuum manet, licet bona paterna a fisco occupentur. *L.* 3. §. 4. *de min. in fin.*

24. Ex hac concessione patris, vel domini datur *actio de peculio in eum ex contractu filii, vel servi ad solvendum illud peculio tenus, quod in contractum est deductum, deducto eo, quod patri, vel domino inde debetur.*

25. Respiciendum circa hanc actionem (1) ad *causam contrahendi*: *L.* 1. §. 5. *L.* 47. §. 1. *L.* 3. §. 9. *h.* (2) ad quantitatem peculii tempore rei judicatæ. *L.* 30. *pr. L.* 32. §. 1. *h.* Est enim hic obligatio patris, vel domini non *absoluta*, sed tantum *respectu peculii* adeo, ut mutato peculii dominio, præsens dominus novus teneatur. *L.* 27. §. 2. *L.* 37. §. 2 *h.* (3) Ad id, quod domino, vel patri debetur, in quo prioritatem præ aliis creditoribus habet. *L.* 52. *pr. h.* Quod pluribus illustratur *in L.* 9. §. 2. *seqq. L.* 11. §. *fin. L.* 17. *h.* modo aliunde suum consequi non possit. *L.* 11. §. 6. *&* 7. *h.*

TEXT. NOTAB.

L. licet, 3. §. 5. 7. 9. 11. 12. f. L. depositi, 5. § 2. 3. 4. L. sed si damnum, 9. §. 2. 7. L. summa, 11. pr. L. id vestimentum, 25. L. quæsitum est, 30. §. 4. 6. f. L. si quis, 44. L. qui peculii, 46.

Ex Codice. L. omnes, *de Castrensi omn. palat. pec.* L. si in potestate, 1. L. erat, 3. L. cum allegas, 4. *de Castrensi pec.*

Tit. II.

Quando de peculio actio annalis est.

Respiciendum tandem ad *tempus institutendæ hujus actionis*, quæ filio, vel servo in potestate manente, perpetua est. *L.* 1. §. 1. *h.* Potestate autem sublata, contra dominum, vel patrem *ex æquitate* incipit esse *annalis*, nisi ipsa actio principalis breviori spatio inclusa sit. *L.* 2. *pr. h.*

Tit. III. (*C. IV.* 26.)

De in rem verso.

1. Actio de in rem verso *est prætoria personalis, quæ datur iis, qui cum filiofamilias, vel servo in utilitatem patris, vel domini contraxerunt ad consequendum illud, quod in rem patris, vel domini versum est.* §. 4. *I. quod cum eo, qui in al. &c. L.* 1. *pr. h.*

2. Requiritur itaque, (I) *Ut filiusfamilias, vel servus negotium patris, vel domini agat, non proprium in peculio. L.* 10. *in f. h. ibique Gothofred. in Not. lit. f.* Nec attenditur, licet per quandam consequentiam in rem domini versum sit. *L.* 11. *h.* Conf. *L.* 7. §. 4. & 5. *h.*

3.

3. (II) *Ut utilitas domini, vel patris ex hoc negotio sit promota*. Toties enim *de in rem verso* est actio, quibus casibus procurator *mandati*, vel qui negotia gessit, *negotiorum gestorum* haberet actionem. *L.* 3. §. 2. *h.* Versum autem æstimandum est ex *sumtibus necessariis*, & *utilibus*: diverso tamen modo. *L.* 5. *pr.* §. 2. *h. L.* 3. §. 1. 3. 8. *L.* 12. *L.* 19. *L.* 20. *pr. L.* 21. *h.*

4. Unde (1) quæ magis ad *voluptatem* spectant, huc non pertinent, *L.* 3. §. 4 *h.* nisi voluntas domini *præsumpta* adsit. *L.* 3. §. 6 *h.* (2) Non tenetur dominus, si accepit servus pecuniam quasi in rem domini verteret, non tamen vertit. *L.* 3 §. 9. *h.* Ceterum, si utilitas casu intercidit: adhuc obligatur. *L.* 3. §. 7. & 8. *L.* 17. *pr. h.* (3) Eatenus dominus obligatur, quatenus versum est. *L.* 10. §. 4. *h.* (4) Actor probare debet hanc versionem. *L.* 3. §. 9. *h.*

5. (III) *Ut duret versum*, scilicet respectu patris, vel domini, quatenus filio, vel servo non est ab eo solutum. *L.* 10. §. 6. *seqq. h.*

6. Imitatur itaque in plurimis actionem *negotiorum gestorum*, quæ tamen est per se subsistens, & semper bonæ fidei, cum hæc tantum sit *qualitas adjectitia*, & naturam sequatur actionis principalis. *L.* 10. §. 5. *h.*

7. Quod si tamen cum homine sui juris contractum, & exinde aliquid in domini ntilitatem versum: *utilis* datur hæc *actio*. *L.* 20. pr. *L. fin. h.* Hahn. *ad W. h. in fin.*

TEXT. NOTAB.

L. quod si servus, 3. §. 2. 4. 6. 7. L. sed dicendum, 4. L. si res domino, 5. L. si pro patre, 10. §. 6. L. quidam fundum, 16. L. pen.

Tit. IV.

Quod jussu.

1. Actio quod jussu est *personalis illis competens contra patrem, vel dominum, cujus jussu cum filiofamilias, vel servo contractum est ad præstandum id, quod secundum hunc jussum in contractum est deductum, in solidum. L. 1. pr. h.*

2. Præsupponitur itaque, (I) *jussus expressus*, qui a *mandato* differt, quod *cum imperio* conjunctus sit, cum mandatum *precibus*, & *libera voluntate* contrahatur. *L. 1. §. 4. mandati. L. 17. §. 3 commod.* Hinc *sola scientia* non sufficit. Potest tamen simul concurrere *mandatum* ad tertium directum, ut ille contrahat cum filio, vel servo, quo casu actio mandati etiam competit. *L. 8. C. mand.*

3. (II) *Negotium secundum hunc jussum contractum*. Eatenus enim obligatur dominus, quatenus jussit. *L. 3. h.* Quod applicant ad hos, qui ex *jussu principis* cum aliis negotia gerunt. Verum *legatorum jura* aliorsum addiscenda sunt.

4.

4. (III) *Jubentis idoneitas*. Qui enim ipse contrahere nequit, nec jubere potest. *L. 1. pr. h.*

5. (IV) *Negotium tale, quod filius nomine proprio in peculio suo gerit*. Neque enim actio *quod jussu* competit, si dominus, vel pater per servum, vel filium in *re propria* cum aliquo contrahit. *L. 5. pr. h.* Unde usus hujus actionis eo rarior est, quo rariora sunt peculia profectitia.

TEXT. NOTAB.

L. 1. pr. § 2. 4. 6. 7. L. si jussu ejus, 4.

Lib. XVI. Tit. I. (C. IV. 29.)

Ad Senatusconsultum Vellejanum.

1. HOc SCto cavetur, ne feminæ pro aliquo intercedant: *L. 1. & 2. h. L. 4. C. de sponsal.* alias feminis competit *exceptio SCti Vellejani*: imo etiam condictio, si quid contra SCtum hoc solutum: *L. 40. ff. de condict. indeb.* imo etiam vindicatio pignorum. *L. 32. §. 1. h. t.*

2. Ut autem beneficio hujus SCti femina frui possit, requiritur, (I) *ut mulier intercedat pro alio*, h. e. alienam obligationem *veterem*, vel *novam* recipiat. *L. 8. §. 1. ff. L. 1. L. 4. C. h.* Veterem suscipit vel *accessorie* fidejubendo, mandando, *L. 3. C. h. L. 6. L.*

19. §. 5. *h.* defendendo: *L.* 2. §. 5. *L.* 19. §. 5. *h.* vel *privative* expromittendo, novando. *L.* 1. §. 2. *ff. L.* 1. *C. h. L.* 8. §. 8. *h. Novam* vero, si mulier intuitu alterius contrahit, sciente creditore. *L.* 8. §. 14. *h. L.* 4. *C. h.* Hering *de fidejuss. c.* 7. *n.* 395.

3. Intercedit quoque mulier, si res suas pro alio obligat: *L.* 5. *L.* 7. *C. h.* si correaliter se obligat: *L.* 17. *in f.* L. 18. *h.* non vero si reddit pignus, L. 8. *pr. h.* Mev. 3. *D.* 84 *n.* 4. etiamsi marito reddat. Zang. *de except. P.* 3. *c.* 11. *num.* 42. *seqq.* Brunnem. *ad* L. 11. *C. h. n.* 4

4. Non tantum autem pro *extraneo* intercedere prohibetur, sed etiam in specie pro *marito* per *Auth. si qua mulier, C. h.* Hæc prohibitio *strictior* est Mev. 7. *D.* 229. adeo, ut (1) hæc sit ipso jure nulla, (2) nec possit huic Authenticæ renunciari, etiam juramento, ut quibusdam visum, accedente: nec valeat (3) licet post biennium repetita fuerit.

5. In tantum vero huic SCto locum, in quantum intercessit pro alio. Hinc, si corream cum alio se constituit; *pro rata* tantum obligatur. *L.* 17. §. *f. L.* 18. *h.*

6. (II) *Ut principaliter id agat, ut alienam obligationem suscipiat.* Neque enim intercessio, quæ *per consequentiam quandam* fieri videtur, attenditur. *L.* 19. §. 3. *h.* ibique Gothofr. *in Not. lit. a.* Huc pertinet, si *simpliciter* alteri indemnitatem promiserit, *L.* 19. *pr. &* §. 1. *seqq. h.* Mev. 4. *D.* 298. nisi simul alienam obligationem *principaliter* susceperit. *c. L.* §. 4. *L.* 6. §. 1. *C. h.*

7.

7. (III) *Ut interceſſio ſit vera, & non apparens*. Apparens videtur, (*a*) ſi pro alio intervenit in *proprium commodum*, *L.* 2. *C. h.* veluti ubi quaſi debitrix delegata eſt. *L.* 8. §. 2. *h. L.* 24. *pr. h.* In propriis enim contractibus mulier non juvatur. *L.* 10. *L.* 13. *C. h.*

8. (*b*) Si *pro alio ſolvit*, *L.* 1. *C. h in f.* *L.* 5. *L.* 8. §. 5. *h.* modo non ex præcedenti fidejuſſione ſolverit: alias locum haber repetitio. *L.* 9. *C. h.* (*c*) Si *donavit*. *L.* 4. § 1. *h.*

9. (*d*) Si *in effectu* obligatio ad mulierem *principaliter* ſpectat. *L.* 13. *pr* L. 25. *h.* Huc etiam refero, ſi aliquid accipit, ut intercederet, L. 23. *C. h.* modo proportionem illud, quod datum, habeat cum fidejuſſionis ſumma. Zang. *de Except.* P. 3. *c.* 11. *n.* 145.

10. Cavendum itaque, ne, ubi *vera* adeſt interceſſio, decipiamur externo colore, *L* 8. §. 6. 14. *L.* 29. §. *f.* *ff.* *L.* 19. *C. h.* *Auth. ſi qua mulier*, *C. h.* vel etiam ubi *nulla* adeſt, eam ex externa facie adeſſe dicamus. *L* 28. *pr h.*

11. (IV.) *Ut interceſſio ſit ſimplex*. Repetita ſubſiſtit, *L.* 22. *C. h.* modo (1) mulier ſit majorennis: (2) pro eadem cauſa repetat interceſſionem (3) poſt biennium: (4) prima obligatio ſubſiſtat. Brunn. *ad c. L. in f.* Mev. 6. D. 299.

12. (V) *Ut mulier propter illam interceſſionem læſionem incurrat ex infirmitate ſexus*. *L.* 21. *h.* Hinc, ſi mulieri id, pro quo interceſſit, ſolutum eſt: boc auxilio non gaudet. *L.* 15 *L.* 16. *L.* 19. §. 5. *h.* Idem eſt, ſi verſio in rem uxoris probatur, *Nov* 134. *c.* 8. (ubi tamen non ſufficit confeſſio uxoris in inſtrumento facta.

P 6 Zang.

Zang. *de Except. p.* 3. *c* 11. *n.* 130. *seqq.* Struv. *decis. Sabb. dec.* 23. Berl. p. 2. *concl.* 19. *n.* 74. *seqq.*) vel si communem cum marito negotiationem exercet. Brunnem. *ad L.* 17. *n.* 7. *h.*

13. Læsio itaque ex *imbecillitate sexus* debet oriri. *L.* 2. §. 2. *h.* Hinc (*a*) non subvenit SCtum callide versantibus, *L.* 2. §. 3. *h.* *L.* 5. *in f. C. h. L.* 18. *C. h.* veluti si sciens, se esse munitam SCto, solvit: non repetit. *L.* 9. *C. h.*

14. Nec illis (*b*) prodest, quæ *infirmitatis præsidium* pro se allegare nequeunt, propterea, quod sint instructæ consiliariis propriis, quorum consilio intercessere. Hering. *de fidejuss. c.* 7. *n.* 517. *seqq.* Engelbr. *ad ff. h.* §. 1.

15. (VI.) *Ut creditor sciat, eam intercedere. L* 12 *h. L.* 1. *L.* 5. *C. h.* Sufficitque, eum scire debuisse, & potuisse. *L* 17. *pr. h.* Ubi vero justa est ignorantia, creditor securus est. *L.* 4. *pr. L.* 11. *L.* 27. *pr. h.*

16 (VII.) *Ut creditum, pro quo intercedit, non sit magis favorabile.* Hoc contingit (1), si pro *libertate* intercedat: *L.* 24. *C. h. L.* 95. §. 2. *in f. de solut.* (2) pro *dote*: *L.* 25. *C h* *L.* 41. *de J. dot.* (3) si apud *minorem* creditorem pro debitore *inope* intercedit. *L.* 12. *de Minor.*

17. (VIII.) *Ut huic beneficio non renunciaverit.* Hoc enim fieri posse, verius est, quia unice in *favorem uxorum* introductum. *L.* 40. *pr. de cond. indeb.* Imo aliquando renunciatio necessaria est. *Nov.* 118. *c.* 5. Hering. *c. l. c.* 7. *n.* 468. Berl. *d. l. n.* 15. Hahn. *ad W.* n. 9.

suf-

Sufficit etiam *extrajudicialiter*, & absque *juramento* renunciatio facta. Stryk. *de Caut. contr.* §. 2. *c.* 6 §. 3.

18. In ipsa *renunciatione* tamen præsupponitur, (1) *ut in specie mulier de suo beneficio certioretur*, Hering. *c. l. n.* 473. & quidem (2) coram Notario, & testibus: Berl. *c. l. n.* 49. (3) concipiatur renunciatio verbis germanicis: Stryk. *c. tr. S.* 1. *c.* 5. §. 6. *seqq.* (4) Renunciatio sit *specialis*.

19. Juramentum tamen esse loco specialis certiorationis, vult Zang. *c. l. n.* 164. Quod tamen dubium. Vid. Tr. *de jur. eccles. protest. lib. II. tit.* 24. § 48. Dn. Jo. Sam. Stryk. Disp. *de Certior. jur. renunc. c.* 2. *n.* 14. *seqq.* Mev. *ad Jus Lub. L.* 1. *T.* 5. *art.* 7. *n.* 121. Imo hanc certiorationem etiam in genere in aliorum *jurium imperitorum* renunciationibus esse necessariam, colligo ex *Constit. Max. de Anno* 1512. §. 12.

20. Hisce concurrentibus requisitis, competit mulieribus *exceptio hujus SCti*, quæ (1) *privilegiata* est, ut etiam post rem judicatam opponi possit, *L.* 11. *ad SCt. Macedon.* (2) *realis*. Nam datur etiam fidejussori ejus, licet regressum adversus mulierem non habeat, *L.* 16. §. 1. *L.* 19 §. 5. *ff.* *L.* 14. C. *h.* item heredibus, *L.* 20. *C. h.* ut & mandatariis. *L.* 15. *C. h. L.* 30. §. 1. *h.* Conf. *L.* 8. §. 4. *h.* Quin & repetit pignus cum fructibus, etiam a tertio h. f. possessore. *L.* 32. §. 1. *h.*

21. Merito tamen æquum visum fuit, ita mulieri succurri, ut in *privativa intercessione* in *veterem* debitorem actio restituentur. *L.* 1. §. 2.

§. 2. *h.* Unde & *restitutoria*, *L.* 8. §. 9 *h.* vel *rescissoria*, *L.* 16 *C. h.* dicitur. Atque hac restitutione creditori succurritur, si vel maxime heres feminæ extiterit, cum non obligatæ in effectu successerit. *L.* 8. §. 12 *h.* Sed si mulier veteri debitori successit: obligatur. *L.* 8. §. 13. *h.*

22. Restituitur autem cum omnibus qualitatibus, *L* 24. §. 2. *& fin. L.* 29. *pr. L.* 14. *h.* & quidem illi soli, apud quem intercessit, *L.* 8. §. 11. *L.* 20 *h* modo is, contra quem restituenda est actio, obligari possit. *L.* 8. §. 15 *L.* 32. §. *fin. h.*

23. Ubi mulier novam obligationem in se suscipit, datur ipsa actio ex contractu inito, quæ *restitutoria* vocatur, *ex L.* 8. §. 13. *h.* adversus eum, in cujus utilitatem uxor contraxit. Utraque actio perpetua est. *L.* 10. *h.*

24. Aliquando mulier ne quidem opus habet hoc SCto, sed *ipso jure* tuta est, quando non est facta intercessio *in publico instrumento*. *L. antiquæ* 23. §. 2. *C. h.* Tunc enim intercessio *ipso jure nulla* est. Quæ tamen lex ad illos casus minime spectat, ubi mulier *valide* ex intercessione obligatur. *arg. L.* 23. *pr. &* §. 2. *C h. t.* Stryk. *de Caut contr. Sect.* 2. c. 6 §. 12.

TEXT. NOTAB.

L. 1. §. 2 L. Et primo, 2. § 2. 3. 4. f L. si fidejussores, 6. L. quamvis, 8. §. 1. 3. 5. 14. L. hæ actiones, 10. L si mulier, 11. L. aliquando, 13. L si mulier, 14. L Vir uxori, 17. pr. §. ult. L. 18. L. Tutor, 19. pr. §. 1. 5. L. de-

bi-

bitrix, 24. pr. L. bona fide, 27. pr. §. f. L. quidam, 29 L. si mulier, 32. pr. §. 2.

Ex Codice L. mulieribus, 1. L. frustra, 2. L. Senatus consultum, 4. L. si sine, 5. L. si mater, 6. L. si paternam, 8. L. quamvis, 9. L. etiam, 11. L. mulierem, 14. L. si uxor, 15. L. si mulier, 16. L. si, cum pater, 17. L. feminis, 18. L. cum ad eas, 19. L. heredes, 20. L. jubemus, 21. L. si mulier, 22. Auth. si qua mulier, L. antiquæ, 23. L. ult.

Tit. II. (C. IV. 31.)

De Compensationibus.

1. COMPENSATIO h. l. *est debiti, & crediti inter se contributio. L.* 1. *h.* De origine hujus & ambiguitate, vid. Pestel. *diss. de Compens. th* 4. Hahn. *ad W. h. n.* 2.

2. Ut compensatio locum habeat, requiritur, (1) *ut mutuum adsit debitum, & creditum. L.* 2. §. 12. *in fin. h.* Quod sufficit, quando quæritur de personis, quæ compensare possunt, Bachov. *ad Treutl. V.* 1. *d.* 25. *th.* 10. *L. A. B. C.* licet alias solvere nequeant. *L.* 11. *C. h.*

3. Potest etiam compensatio fisco opponi, si *eadem statio* debeat. *L.* 1. *C h.* Excipiuntur tamen in *L* 3. *C. h.* quædam debita: (1) ejus, qui privatus debitor est ex Kalendario, (2) ex vectigalibus, (3) ex causa annonaria, (4) Tributorum, (5) ex causa alimentorum, (6) ejus pecuniæ, quæ statutis sumtibus servit, (7) fideicommissi, quod civitati debetur. Zanger. *de Except. part.* 3. *c.* 8. *n.* 21. *seqq.*

4.

4. Ex *L.* 7. *C. h.* adhuc (8) excipitur qui emit a Fisco, quod pretium compensari nequeat: imo (9) nec *causa depositi* eam admittit, §. 30. *I. de Act.* nec (10) causa spolii. *L. fin. C. h. in fin.* ibique Brunnem.

5. Debet vero (II) adesse mutuum debitum *inter eundem debitorem, & creditorem*. Debitum tertii in compensationem deduci nequit, invito actore, qui pro tertio solvere non cogitur *L.* 9. *C. h. t. L.* 16. *pr.* §. 1. *h.*

6. Hoc tamen limitandum, nisi tertii debitum quoque actoris, cui compensatio objicitur, debitum esse videatur. Sic fidejussor compensat quod reo debetur, L. 4. & 5, *h.* Mev. 1. *Dec.* 117. & 2 *D.* 217. Zang. *cit. l. n.* 43. & contra heredem, quod defunctus debet, si vel maxime cum *beneficio inventarii* hereditatem adiit: Mev. 1 *D.* 121. & filius, quæ patri debentur, L. 9. *pr.* & §. 1. *h.* & quod correo socio debetur, L. 10. *de duob. reis*. & tutor nomine pupilli conventus, quod sibi proprio nomine debetur: non tamen contra. *L.* 23. *h.* Faber. *in C. h. def.* 8.

7. Requiritur (III) *debitum utrinque verum*, & sic etiam quod *natura* tantum debetur, *L.* 6. *h. L.* 8. *de except. doli. L.* 69. *de condict. indeb. L.* 8. §. 1. *rem rat. habit. L.* 2. *C. h.* modo non sit reprobatum: *L.* 16. *in fin. ad SCtum Vellej.* non vero debitum *mere civile*, & quod per *exceptionem perpetuam*, vel *temporalem* elidi potest. *L.* 14. *h.*

8. Hinc & paria delicta compensantur, quatenus æqualia sunt, *L.* 10. *pr. h.* & privatum interesse continent. Hahn. *ad W. h. n.* 4. Zanger. *cit. l. n.* 85.

9.

9 (IV) *Ut debeatur utrinque genus*, L. 18. *pr. de pignorat. act. L.* 6. *C. de rei vind.* h. e. (*a*) ut res compensandæ sub uno, non diverso genere, contineantur: (*b*) ut sint ejusdem qualitatis, & bonitatis: (*c*) ut in genere debeantur. Hahn. *cit. l. n.* 6.

10. (V) *Debitum utrinque liquidum*, ſeu de quo liquet, quid, quale, quantumve ſit. *L. fin.* §. 1. *C. h.* Illiquidum rejicitur in reconventionem. *cit. L. f.*

11. Liquet autem de debito per *confeſsionem* adverſarii, per *celerem probationem*, Zanger. *cit. l. num.* 96. *seqq* per *instrumenta*, Carpz. 1. 8. 14. & ſufficit liquidum eſſe *tempore ſententiæ*. *L. fin. C. h.* Mev. 1. *Dec.* 122. & 5. *Dec.* 228. Litigioſum tamen debitum non eſt abſolute illiquidum, & hinc compenſabile. *L.* 8. *h.* Vid. tamen Faber. *in C. h. def.* 10.

12 (VI) *Debitum utrinque purum, & ſtatim exigibile*. Hinc debitum *in diem*, vel *ſub conditione* non compenſatur, *L.* 7. *pr. h.* modo *debitoris*, & non *humanitatis* cauſa tempus ſit adjectum. *L.* 16. §. 1. *h.* Zanger. *cit. l. n.* 76. & *seqq.* Conf. Berlich. *P.* 1. *Concluſ.* 81. *n.* 212.

13. Hiſce concurrentibus, compenſatio fit *ipſo jure*: *L.* 14. *pr. C. h.* Quanquam enim allegari in judicio debeat: Mev. 7. *D* 127. & 252. *n.* 4. non tamen demum a tempore *allegationis*, ſed illo, quo utrunque debitum adfuit, effectum habet. *L.* 4. *C. h.*

14. Extinguit itaque obligationem, quoad concurrentem ſummam, Brunnem. *ad L.* 11. *h.*

h. cum omni cauſa, & acceſſionibus, veluti uſuris, *L.* 11. 12. *h.* pignoribus. *L.* 12. *C. h.* Hinc actio pignoratitia inſtitui poteſt: præſcriptio ejus currere incipit: chirographum poteſt condici, &c. Mev. 2. *D.* 186. *&c.* Brevibus: habet effectum ſolutionis.

15. Rejecta exceptione compenſationis, manet adhuc ſalva petitio ejus, quod reus in compenſationem deducere voluit, modo debitum compenſabile a judice per ſententiam non ſit reprobatum. *L.* 7. §. 1. *h.* Faber. *in C. def.* 5.

16. Affinis compenſationi eſt RETENTIO. *L.* 7. §. 5. *ſolut. matrim. L.* 1. §. 9. *depos. L. fin. C. commod.* Quæ ut locum habeat, imprimis requiritur, (1) *ut res ſine vitio ad poſſeſſorem pervenerit*: Mev. 9. *D.* 43. (2) *Ut conſtet de debito.* Mev. 2. *Dec.* 214. *&* 2. *D.* 115.

17. (3) *Ut liquidum ſit.* De quo judex arbitratur, *L.* 88. §. 2. *d. R. J.* Id. 2. *Dec.* 16. quamvis, ſi *prorſus* illiquidum ſit, rem dimittere ante *cautionem* præſtitam non teneatur. Id. 2. *D.* 214. Imprimis per rem ipſam, quæ reſtituitur, cavendum. Idem 9. *Dec.* 242. Conf. Stryk. *Diſs. de poſſeſs. per caut. non auferenda c. II.* §. 15. *ſeqq.*

18. (4) *Ut cauſa debendi connexionem cum re habeat.* Brunnem. *Cent.* 5. *Dec.* 11. *n.* 1. Mev. 2. *D.* 214. In pignore ſingulare eſt, quod etiam ob aliud debitum retineri poſſit. *Tit. C. etiam ob chirograph. pecun. pign. ret. poſſe.*

TEXT.

TEXT. NOTAB.

L. 1. L unusquisque, 2. L. Ideo, 3. L. verum, 4 L. Etiam, 6 L. quod in diem, 7. §. 1. L. in compensationem, 8. L. si ambo socii, 10. pr. §. 1. 2. L cum alter, 11 L. quæcunque, 14 L. pecuniam, 15 L cum militi, 16. §. 1. L. in rem suam, 18. §. 1. L. id, quod, 23. *Ex Codice.* L. & Senatus, 1. L. ex causa, 2 L. in ea, 3 L si constat, 4. L. neque, 6 L. ejus, 9. L. invicem, 12. L. si velut, 13. L. ult.

Tit. III. (*C. IV.* 34.)

Depositi, vel contra.

1. DEPOSITUM est *contractus realis, quo res principaliter alicui ad custodiam datur gratis ut illam ad lubitum deponentis in specie non deterioratam restituat.*

2. Depositum est vel *simplex*, vel *miserabile*. *Hoc* dicitur, quando tempore naufragii, seditionis, vel incendii res deponitur. Singulare hoc babet, quod lis inficiando *in duplum* crescat, & conditio indebiti *in casu inficiationis* cesset, *L.* 1. §. 3. *h.* §. 17. *I. de act.* §. *ult. I. de obl. quæ quas. ex contr.* In heredem *in simplum* ex dolo defuncti datur, nisi ex dolo proprio condemnetur. *L.* 1 §. 1. *h.*

3. In genere in deposito requiritur, (1) *ut res tradatur depositario a deponente.* Hinc uterque in hoc negotium consentire debet.

L.

L. 25 *pr. h.* Mev. 2. *D.* 54. *L.* 26 § 2. *h.* Traduntur vero omnes res cujuscunque generis, etiam alienæ. *L.* 1. §. 36. *h. L.* 16. *h.*

4. Si *cista* traditur: singulæ res in illa comprehensæ depositæ censentur, etiamsi ignoraverit depositarius, quænam res essent illi inclusæ. *L.* 1. §. 41. *h.* Debet tamen deponens probare singulas res, si post controversia desuper oritur, & statur aliquando ejus juramento suppletorio. Struv. *Ex.* 21. *th.* 41. Stryk. *de caut. contr.* §. 2. *c.* 3. §. 7. Franzk. *h. n.* 64. *seqq.* Bruunem. *ad c. l. n.* 29. Hahn. *ad W. h. n.* 4.

5. (II) *Ut tradatur primario custodiæ caussa*, h. e. ut propter custodiam totum negotium *unice* suscipiatur. Adeoque (*a*) *non est depositum, si custodia in aliis contractibus promittatur*, quæ magis ad *præstationes personales* refertur, & *gradum diligentiæ majorem designat*. §. 3. *I. de E. Vend. L.* 2. §. 1. *de peric. & comm. rei vend. L.* 1. §. 12. 13. *h.* Dn. Coccei. *collat. jurid. pag.* 9.

5. (*b*) *Res talis debet tradi, quæ sub custodiam cadere possit.* Hinc *rei immobilis* depositum communiter non admittunt. Moz. *de contr. depos. tit. de reb. quæ deponi poss. n.* 1. Dn. Stryk. *caut. contr. S.* 2. *c.* 3. §. 6

7. Merito tamen admittendum, cum custodia non tantum in hoc consistat, *ne res auferatur*: sed etiam *ne deterioretur*. Franzk. *h. n.* 6. Hahn. *ad W. h. n.* 4. Ut plurimum *mandatum* esse negari nequit, cum plerumque *administratio* simul committi soleat.

8.

8. (c) *Non potest depositarius re deposita uti absque crimine furti*, *L. 3. C. h.* invito scil. domino. Bene itaque volente. Et hinc aliquando oritur depositum *irregulare*, ubi usus rei depositæ, maxime *fungibilis*, simul conceditur, & quidem vel *tacite*, quando pecunia non obsignata deponitur: *L. 25. § 1. h.* vel *expresse*, si *ab initio*, vel *ex post facto* usus pecuniæ, si alteri placuerit, conceditur, ubi, antequam utatur, manet depositum: *L. 1. §. 34. h. L. 10. ff. de reb. cred.* Sed, si depositarius hoc urget, statim fit mutuum, *L. 9. in f. de reb cred.* nisi conventum fuerit, ut maneret depositum. *L. 24. L. 26 §. 1. h.*

9. In effectu interest (*a*) quod depositum sit privilegiatum: (*b*) non compensabile: (c) periculum non connexum habeat, secus ac in mutuo.

10. (III) *Ut suscipiatur custodia gratis.* Mercede interveniente, est locatio conductio. *L. 1. §. 8. & 9. h.* Hinc, quia beneficium depositarius tribuit, usuræ ex jure R. non aliter, nisi *post moram, vel ubi promissæ* sunt, præstantur, *L. 24. h.* & minus cauti sæpe sunt, qui illas accipiunt. *L. 7. §. 2. h.* Modica remuneratio non excluditur. Cautus tamen sit deponens, ut protestetur, se hanc non ut *mercedem* præstare, propter privilegia depositi. Dn Stryk. *cit. l.* §. 8.

11. (IV) *Ut tradatur sub obligatione, rem illam ad lubitum deponentis in specie restituendi.* Qui dolose non restituit, infamis fit. *L. 10. C. h. Ipsa Restitutio* rei depositæ debet fieri

ri (1) *bona fide*, *L.* 11. *h.* ubi quis facultatem restituendi habet. *L.* 1. §. 21. & 32. *h.* Ita autem depositum restituendum: ut justiori petitioni nihil detrahatur, *L. bona fides* 31. *h.* adeoque depositarius prædonem exceptione *justi dominii*, *in continenti* probabilis, repellere potest. *c. L. in f.*

12. Bona fide quoque in restituendo agit qui unus ex pluribus deponentis heredibus ratam ex *pecunia* obsignata solvit *coram Prætore, vel honestis personis*: imo etiam totam individuam rem, præstita tamen prius cautione. *L.* 1. §. 36. *h.* Conf. *L. f. C. h.*

13. Debet quoque (2) restitutio fieri *illico ad beneplacitum deponentis L.* 1. §. 22. *ff. L.* 11. *C. h.* rei etiam ad tempus depositæ, *L* 1. § 45. *seqq. h.* quamvis propterea haud agatur executive. Mev. 2. *D.* 37.

14. Hinc nulla exceptio illam remorari potest, veluti (*a*) *compensationis*, L. 11. *pr. C. h.* etiamsi pecunia sit deposita: Zang. *de Except. P.* 3. *c.* 8. *n.* 118. (*b*) *dominii*, si depositarius ipse prætendit dominium, *arg.* L. 25. *c. loc.* vel alias depositarium negat, dominum esse: L. 1. §. 39. *h.* (*c*) *rescripti moratorii*. Vinc. Coroc. *de depos. P.* 1 *de casu n.* 57. *seqq* (*d*) arrestari nequit. *Auth. sed jam cautum est*, *C. h. Nov.* 88 *c.* 1. Vid. tamen Caroc. *c. l. n.* 77. & 79 Retentio tamen haud deneganda *ex justa causa* depositario. L 11. *C. h.* Brunnemann. *ad* L. *f. C. h.* Bachov. *ad Treutl. h. th.* 5. *lit. c.*

15. Ulterius (3) restituatur *in specie*. Si tamen heres bona fide rem detraxit · de pre-

pretio tantum tenetur, *L.* 1. §. *f. h.* vel actiones suas præstat: *L.* 2. *h.* vel rem, ubi potest, redimit. *L.* 3. *h.* In deposito *irregulari* sufficit, si *tantundem* in genere restituitur. *L.* 24. *h.*

16. Porro (4) *non deteriorata. L.* 1. §. 16. *h.* Dolus tamen cum *lata culpa* hic tantum præstatur, *L.* 1. §. 8. 10. 47. *h. L.* 32. *h.* nisi se obtulerit deposito. *L.* 1. § 35. *h.* Hinc ordinarie res depositas suis præferre non tenetur. Dn. Stryk. *c. l. n.* 2.

17. Tandem (5) *eo loco, quo res est deposita, L.* 12. § 1. *h.* & impensis deponentis *c. L. pr. h.* restituenda.

18. Datur inde actio duplex, *directa*, & *contraria*. *Illa* datur deponenti adversus depositarium ad rem dicto modo restituendam. Plures depositarii *in solidum* singuli tenentur; *L.* 1. §. 43. *h.* plures vero heredes pro rata. *L.* 9. *h. Contraria* datur depositario contra deponentem ad indemnitatem obtinendam, v. c. ad impensas, & damna *culpa levissima* data, resarcienda. &c.

19. Singularis species depositi est SEQUESTRUM, quod est *depositum rei litigiosæ, ut, finita lite, victori restituatur. L.* 110. *de V. S.* Quod *voluntarium* dici solet.

20. Ei opponitur *necessarium*, quod fit ex *justa causa*, invitis etiam partibus, a judice, & *regulariter* prohibitum est. *L. un. C. de proh. sequestr.*

21 Admittitur tamen, hisce concurrentibus: (1) ut fiat auctoritate judicis: (2) adversa pars citetur: (3) judex summarie cognoscat

de

de jure, propter quod petitur: (4) probetur causa, propter quam petitur: (5) ut alio remedio partibus cautum esse nequeat. Myns. 2. *Obs.* 11. Mev. 2. *Dec.* 246. Vinc. Caroc. *cit. Tr. P.* 3. *qu.* 1. *seqq.*

22. Causæ justæ sequestrationis sunt metus dilapidationis, fugæ, armorum, Coler. *de Process. executivo P.* 1. *c.* 2. *n.* 102. *& seqq.* Hahn. *ad W. h. n.* 6. damni irreparabilis, propter quam causam etiam feminæ sequestrari possunt. Dn. Coccei. *de femin. sequestr.* Reliqua huc pertinentia optime expendit Huber. *h.* §. 13. *seqq.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. § 1. 4. 6. 8. 15. 24. 25. 34. 35. 36. 44. 45. pen. L. proprie, 6 L. si hominem, 7 pr. §. 2. L. quod privilegium, 8 L. si in Asia, 12. §. f. L. si plures, 14 pr. L. si is, 16. L. licet, 17. L. si duo, 22 L. actione, 23. L. Lucius Titius, 24 L. die sponsaliorum, 25. L. publica Mevia, 26 pr. L. bona fides, 31. L. quod Nerva, 32.

Ex Codice. L. si incursu, 1. L. si depositi, 3. L. si deposita, 4. L. si penes, 6 L. desiderium, 7. L. qui depositum, 10. L. si quis, 11. L. ult

Lib.

Lib. XVII. Tit. I. (C. IV. 35.)

Mandati, vel contra.

1. SEquuntur nunc contractus *consensuales*, quorum primus hic occurrit MANDATUM, quod est *contractus consensualis de negotio alterius honesto, gratis, & ad mandantis præscriptum gerendo*. Divisiones mandati eædem sunt, quæ supra *Tit. de procurat.* tactæ.

2. Supponitur itaque in mandato legitime expediendo (I) *mutuus consensus*. *L. 1. pr. h.* Prohibentis negotium non geritur. *L. 40. h.* Sufficit tamen, *ex factis* de consensu constare, *L. 6. §. 2. L. 18. ff L 6. C. h.* Quin & *ratihabitio* aliquando mandatum inducit, si superveniat negotio nondum penitus absoluto. Bachov. *ad Treut. Vol. 1. disp. 10. th. 6. lit. D.* Hoc requisitum distinguit mandatum a *negotiorum gestione*, & actione *quod jussu*.

3. (II) *Ut consensus determinetur ad negotium aliquod gerendum*. *L. 6. § 1 h.* In quo differt ab *expeditione simplici nuncii*, qui non *gerit*, sed voluntatis alterius tantum *interpres* est. Vid. Lauterb. *Disp. de nuncio*. Hert. *Diss. de oblig. manda. & mandat. contempl. tert. §. ult.*

4 Negotium hoc est vel *simplex*, vel *qualificatum*. Hoc dicitur, quod conjunctam habet *intercessionem*, quale est mandatum

Q de

de credendo alteri pecuniam, periculo mandantis, quo casu *mandator* dicitur, & *intercessoris* vice fungitur. *Rubr. ff. de fidejuss. & mandator.* Schilt. *Ex.* 28. §. 91 Stryk. *de Periculo petent. c.* 1. Conf. *L.* 12. §. 12. *seqq. ff L.* 24. *C. h. Illud* vero est, quod nullam in se continet intercessionem.

5. Et quidem (III) *principaliter*. Hinc ad negotii initium spectandum, & intentionem contrahentium. *L.* 8. *pr. h. L.* 10. §. 4. *h.* Unde & hoc animo geri debet, *L.* 10. §. 7. *L.* 12. §. 2. *h.* ut & alteri committi. Utile itaque est hic respicere ad præfationes contractuum. Dn. Jo Sam. Stryk. *de Jure præfat.*

6. (IV) *Negotium honestum*. Mandatum contra bonos mores, & turpe, non est obligatorium. §. 5. *I. mand. L.* 6. §. 3. *h. L.* 23. §. 6. *h* Ex ipso delicto tamen & mandantis, & mandatarii, obligatio est ad pœnam, Carpz. 2. *R.* 26. & ad *satisfactionem privatam* læso præstandam, Hopp. *ad* §. 5. *I. h.* Hertius *c. l.* §. 18. licet mandatarius fines mandati excesserit. Sic mandans de vulnerando tenetur de occiso. Hert. *c. l.* §. 12.

7. (V) *Ut negotium mandantis interesse concernat*, quamvis & *aliorum*, imo etiam ipsius *mandatarii* interesse respicere possit. §. 1. *seqq. I. h. L.* 22. §. 2 4. *L.* 15. *h.* Mandantis tamen semper interesse versari debet, saltem quod res geratur ejus periculo. *L.* 8. §. 6. *h.*

8. Inde fluit (1) quod & mandans, & mandatarius ei obligetur, cum quo contractus initus est, & quod mandatario actio ex con-

contractu acquiratur. Ceterum, quamvis de jure Romano *mandanti* per *mandatarium* nec obligatio, nec actio quæsita fuerit *absque cessione*, exceptis quibusdam casibus, de quibus Hert. *c. l.* § 3 *seqq.* moribus tamen res ad simplicitatem juris Gentium redacta est. Mev. 2. *D.* 95 Hert. *c. l.* § 5.

9. Porro (2) inde apparet, *nullum consilium* non esse mandatum, cum *consulentis* non intersit, ut illud in effectum deducatur. *L.* 2. *in f. h.*

10. Requiritur tamen, ut (a) in consulente nullus dolus sit: alias *de dolo* tenetur. *C.* 62. *de R. J. in* 6. *L.* 47. *ff. eod.* (b) non accedant *instigationes crebriores*, & alter ad ipsius preces hoc fecerit: §. 2. *I. h.* *L.* 6. §. 5. *h. L.* 32. *h.* Strych. *de C. Contr S.* 2. *c.* 11. § 17. *seqq.* (c) non procedat ab eo, qui peritiam *artis* profitetur, & tamen imperitus sit. Hoppe *in Comm. ad* §. 2. *I. h.*

11. Denique nec (3) *commendatitiæ literæ* obligant, *L.* 12. § 12. *h. L. ult. C. quod cum eo, qui in al.* modo sint *generales*: secus, si *speciales*, veluti si addita clausula: *periculo meo*. Stryk. *de peric. petent. c.* 1. *n.* 51. *seqq.* Idem dicendum de commendatione *ad certum officium*. Id. *c. l. n.* 56 Quo etiam refero *mercatorum commendationes*, quæ communiter fiunt ad *fidem* novo mercatori conciliandam, licet *verbis generalibus* conceptæ sint.

12. (VI) *Negotium gratuitum*. Trahit enim originem ex amicitia. *L.* 1. *h.* Si non est gratuitum: in alium contractum negotium cadit. *L.* 1. §. 4 *ff. h.* § 13. *I. h.*

13. Honorarium autem accedere poteſt. *L. 6. pr. h.* Quod ex eo cognoſcitur, ſi (*a*) proportionem nullam habet ad operam præſtitam: ſi (*b*) ſponte oblatum: & (*c*) ſi *indeterminate* remuneratio promiſſa. Hoc caſu tamen nil eo nomine peti poteſt. *L.* 56. §. *pen. h. L.* 17. *C. eod.* Si certa quantitas promiſſa: illa recte petitur vi pacti adjecti. *L.* 6. *pr. h.* Stryk. *de Caut. contr. c. l.* §. 21. Frantzk. *h. n.* 36.

14 (VII) *Ut ſuſceptum impleatur, L.* 22. §. 11. *h.* niſi *tempeſtive*, & *abſque fraude facta renunciatio* fuerit.

15. Debet autem impleri (VIII) *intra fines* præſcriptos. *L.* 5. §. *pr. h.* Fines excedens nullum præjudicium domino facit, *L.* 10. *C. de procurat. L.* 27. *ff. eod.* Mev. 6. *D.* 24. & 26. adeo, ut ratione exceſſus ne quidem locus ſit actioni negotiorum geſtorum. *L.* 31. §. 4 *de negot. geſt.* Quatenus tamen negotium mandato conforme geſtum: eatenus obligatur mandatario. *L.* 3. *in fin. L.* 4. *h.* Imo etiam *tertio* obligatur, ſalvo regreſſu contra mandatarium.

16 Ceterum hoc tunc obtinet, ubi (*a*) *certa præciſe forma mandato præſcripta eſt.* Quoties vero fidei mandatarii ſimpliciter commiſſum, ſecundum arbitrium boni viri eſt implendum. *L.* 35. *L.* 46. *L.* 60. §. 4. *h.*

17. (*b*) Ubi agit *contra fines aperte ipſi præſcriptos*: ſecus ſi agat contra voluntatem ſibi ſoli ſignificatam, quo caſu *tertio* mandans obligatur Hert. *cit. l.* §. 11.

18

18. (c) *Ubi in re licita versatur*: Id §. 12. & (d) *ubi æquipollens ad eundem finem non ita commode tendit*: alias admittitur. *L. ult. §. ult. h.* Hic tamen *regulæ prudentiæ* omnino adhibendæ. Vid. Gellius *N. A. Lib.* 1. *cap.* 13. *Disp. nostr. inaug. de Jur. Epistalm. c.* 3. *n.* 164. *seqq.*

19. Porro implendum est (2) *diligenter*, omni videlicet adhibita diligentia. Ordinarie itaque culpa levis præstanda, ut in aliis contractibus, nisi negotium *arduum* alicui commissum est, quod *singularem* exposcit *industriam*, & *præcautionem*. *L.* 21. *C. mand.* Cicero *orat. pro S Roscio Amer. pag. m.* 42. Hahn. *ad W. h. n.* 10.

20. Denique (3) *bona fide* est implendum. *L.* 10. *pr. L.* 8. §. 7. & 8. *h.* licet mandatarius apices jutis attendete non debeat. *L.* 29 §. 4. *h.* Hinc & restituete tenetur quod occasione mandati lucratus est: *L.* 10. §. 8. 9. *L.* 20. *pr. h.* ipse vero vicissim servandus indemnis. *L.* 12 §. 9. *h.*

21. Oritur ex hoc contractu actio *directa*, & *contraria*. Illa datur mandanti adversus mandatarium ad id præsrandum, quod ex *mandati natura* præstare debet, h. e. ut rite exequatur mandarum, & restituat quod occasione mandati ad ipsum pervenit, *L.* 10. §. 9. & de gesto rationem reddat. Contra plures datut in solidum, ut tamen utantur beneficio *ordinis*, & *divisionis*. Engelbr. *ad ff. h.* §. 11.

22. *Contraria* comperit mandatario adversus mandantem ad *indemnitatem*, h. e. (1)

ad restituendas impensas bona fide factas, L. 10. §. 9 L. 12 §. 9 L. 27 § 4. etsi negotio finem imponere mandatarius non potuerit, L. 56 § *ult.* vel dominus minora impendia fecisset. L. 27 §. 4. h.

23 Ulterius (2) *ad damna occasione mandati perpessa restituenda*, L 15. h. modo concurrat culpa mandantis, etiam *levissima*. L. 26. §. 9 L. 61. §. 5. *de furt* Quod vero casu fortuito damnum accidit mandatario, eo nomine non agit, L. 26. §. 6. h. nisi negotium expediendum sit per talia loca, quæ sunt satis periculosa: Hahn. *ad W. h. n.* 10. *in f.* vel procurator negotium *ex necessitate* expedire debuit.

24 Tandem (3) *ut liberetur mandatarius obligationibus mandati nomine contractis*. L. 45. §. 5. h. Principaliter enim *tertio* obligatur mandatarius, Hert. *c. l.* §. 19. ut tamen non de *suis*, sed de *ejus*, *cujus nomine* contrahit, *bonis* solutionem promittere videatur, adeoque, *finita administratione*, conveniri nequeat, Hert. *c. l.* § 20 nisi *fidem propriam* interposuit, vel *proprio nomine* contraxit, de quibus casibus requisitum hoc intelligendum.

25 Utraque actio hoc commune habet, quod infamet. L. 6 §. 5. *ff de his qui not. infam* Quod, quoad *contrarium*, *irregulare* est. §. 2 *de pæn temer. litig.* Rationem suppeditat Cic. *alleg. l.*

26 Dissolvitur mandatum (1) *revocatione* mandantis, mandatario indemni servato, §. 9. *I. h* L 12. §. *pen h.* modo *revocatio* ipsi innotuerit L. 15 h. Sufficit etiam *tacita*, C. 8. *de proc. in* 6. vel *præsumta*. 27.

27. (II) *Renunciatione* facta *tempestive*, & absque fraude: *L.* 22. §. *ult. h.* alias tenetur ad interesse, *L.* 27. §. 2. *h* quatenus commode, nullo impeditus casu, renunciare potuit, *L.* 23 *seqq. h. c. L.* 27.

28. (III) *Morte mandantis*, modo (*a*) *eam sciverit* mandatarius: alias excusatur. *L.* 26. *pr. h.* (*b*) *In heredes mandatum non sit directum: R. I. de A.* 1654. §. 99. (*c*) negotium non sit tale, *ut demum post mortem mandantis adimpleri debeat*, *L.* 12. §. 17. *L.* 13. *L.* 18. §. 2. *de donat. m. c.* vel (*d*) alias *favorabile*. *L.* 9. §. 1. *de J. dot.* Actio tamen mandati morte non tollitur. *L.* 58. *pr. h.*

29. (IV) *Morte mandatarii*, *L.* 27. §. 3 *L.* 57. *h* ut tamen inchoata a defuncto heredes perficere debeant, *arg. L.* 5. §. 6. *de admin tut. L.* 13. *C. de prob.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. L 2. § f. L. 4 L diligenter, 5 L. si remunerandi, 6 pr. §. 3 2. L. salarium, 7. L. 8. §. 5. 8 L 10. pr §. 7. 10. L. si vero, 12. §. 11. 12 17. L. qui patitur, 18. L. si mandavero, 22 § 5 11. L. inter causas, 26 § 2 6. L. si quis alieni, 27 § 2. L 28. L si fidejussor, 29. pr. §. 2 4 L. si negotia mea, 31. L. 33. L. Lucius, 38 § 1. L. 41. L. si mandatu meo, 45. § 5. L. si quis, 46. L. 56. pr. §. 3. 4 L. 60. § 2.

Ex Codice. L. etiam, 4 L si maritus, 5. L. si pro ea, 10 L procurator, 11. L. cum mandati, 12. L. 13. L. salarium, 17 L. in te mandata, 21. L. per diversas, 22. L. ab Anastasio, 23.

Tit. II. (*C. IV.* 37.)

Pro socio.

1 SOCIETAS est *contractus consensualis de rebus, aut operis honestis communicandis quæstus, aut lucri gratia*. Sumitur vero vel in senso *generaliori*, quatenus qoamcunque *communionem* denotat: vel *specialiori*, qoatenus *commercium communiter susceptum involvit communis quæstus gratia*.

2. Priori io sensu *societas*, vel *communio* est duplex: vel *universalis*: vel *particularis*. Illa *universorum bonorum quomodocunque acquisitorum communionem inducit*. *L.* 5. *L.* 3. §. 1. *L.* 73. *h.* Hæc vero *certarum rerum communionem* habet. *L.* 3. §. 2. *L.* 52. §. 6. *h*

3. In *universali* occurrunt sequentia singularia: (*a*) continuo omoia communicantur absque traditione, *L.* 1. *in f. L.* 2. *h.* exceptis nominibus. *L.* 3. *h.* (*b*) Omnia, quæ quomodocunque erogantur, utriuque imputantur: *L.* 37. *h.* (*c*) Omnia acquisitâ honeste cooferenda. *L.* 3. §. 1. *h. L.* 52. §. 17 *seqq.* (*d*) Neuter neutri tenetur ad rationes reddendas.

4. In sensu posteriori societas, iterum est vel *universalis*, vel *particularis*. Illa coita videtur universorum, *quæ ex quæstu veniunt*, *L.* 7. *h.* seu *titulo oneroso*, quæ io dubio præsumitur præ priori. *L.* 7. *h.*

5. Hæc vero certam negotiatiõnem respicit, *L.* 5. §. 1. *h.* & quidem rursus vel quoad *sortem*. *L.* 58. *pr. h.* vel quoad *lucrum* tantum.

L.

L. 52. §. 2. *h.* Ratio differentiæ consistit in *periculo sortis*, quod priori casu est commune: non posteriori.

6. In omni societate præsupponitur (I) *præcedens tractatus, seu consensus*. *L.* 32. *h.* Communio sola rerum, in quam incidimus, non sufficit *c. L.* quamvis *ex post facto* societas fieri possit. *L.* 52. §. 6. *h.*

7. Aliquando *tacitus* sufficit, *L.* 4. *h.* quamvis difficulter hoc applicari possit ad *communionem omnium bonorum*. Bachov *ad Treutl. V.* 1. *D* 27. *th.* 8. *lit. f.* Diss. Hert. *disp. de societ. facto consit. S.* 1. §. 3. *seqq.* Interdum etiam *facto* tacite instauratur. Id. *c. l. sect.* 2.

8. (II) Consensus est dirigendus *ad res communicandas*. Quod intelligendum secundum diversas species societatum. Communicantur autem res quæcunque, modo *honestæ* sint. Rerum inhonestarum nulla est societas. *L.* 53. *L.* 57. *h.* Huc etiam pertinent *operæ* pecunia æstimabiles, *L.* 2. *I. L.* 52. §. 2. *h.* ut adeoque etiam is, qui nulla bona habet, societatem inire cum divite possit. *L.* 5. §. 1. *h.*

9. Communicantur res vel ad *usum*, vel ad *proprietatem*. Quod dijudicandum ex eo, quod actum inter partes. *L.* 34. *de R. J.* In dubio posterius præsumendum. Schilt. *Ex.* 29. *th.* 4. Si de priori constat: cuique sors collata salva manet, & lucrum tantum commune fit.

10. (III) *Ut communicatio fiat ob lucrum commune*. Hinc (*a*) sola communio rei, etiam ex consensu sine *animo societatem ineundi*, suscepta non sufficit, *L.* 31. *L.* 33. *h.* nec (*b*) do-

nationis cauſa inita, *L.* 5. §. 2. *h.* niſi pro parte. *L.* 38. *de contrah. emt. V.*

11. Ita vero plane (c) iniri nequit, ut unus omne lucrum, & alter omne damnum haberet, quæ *Leonina* dicitur. *L* 29. § 2. *h.* Huber. *ad I. h.* §. 2. *h.*

12. In *communicando* itaque *lucro* tota ratio ſocietatis conſiſtit. Ubi ad duo reſpiciendum: (I) *ut ratio habeatur ejus, quod collatum eſt.* Qui enim plus, minusve contulit, *proportionabiliter* quoque participat de lucro. *L.* 29. pr. *L.* 80. *h.*

13 (II) Ut *par ſit lucri, & commodi ratio,* niſi aliud inter partes placuerit. Qualis conventio ſubſiſtit, modo *ex juſta cauſa* alteri melior conditio aſſignata fuerit, veluti quod plus operæ, periculi &c. contulerit. *L.* 6. *h.* Franzk. *h. t. n.* 57. *ſeqq.*

14. Quando autem partes inæqualiter ſunt conſtitutæ: tunc diſtributio lucri non fit in ſingulis negotiationibus: ſed, finita demum ſocietate, damno, & lucro invicem compenſatis, *L.* 30. *h.* niſi poſiti certi termini ſint, quibus computationem *lucrorum* & *damnorum* inire velint, quod vocant *die* balance *ziehen.* Dn Thomas. *ad Huber. Præl. ad I. h.* §. 4. Stryk. in *V. M. h. t* §. 5.

15. Inde oritur actio *pro ſocio* utrinque directa, *qua ſocius adverſus ſocium agit ad id præſtandum, quod alterum alteri ex natura initæ ſocietatis præſtare oportet* Non itaque primario ad *diſſolvendam ſocietatem* tendit. *L.* 1. *ff. comm. divid.*

16.

16. Obligatur autem socius (1) ad *diligentem administrationem*, modo talem diligentiam adhibuerit, qualem suis adhibere solet. *L.* 72. *h.* Hinc inventario opus est. Engelbr. *ad ff h.* §. 16. Nec compensatur negligentia socii cum ejus industria. *L.* 23. *L.* 25. *seqq. h.*

17. Deinde (2) ad rationes reddendas (si societatem omnium bonorum exceperis), vel aliquando tantum ad edendas. *L.* 89. §. 2. *de V. S.*

18. Porro (3) ad expensas refundendas, vel in commune ferendas, modo in societatem factæ, *L.* 52. §. 15 *L.* 38. §. 1. *h.* etiam secundum jus R. cum usuris, *L.* 67 §. 2. *h.* nec pacto aliter conventum. Quo pertinet *L.* 69. *h.* Schilt *Ex.* 29. §. 18. *seqq.*

19. Ulterius (4) ad damni perpessi restitutionem, quoad partem, modo (*a*) culpa socii levi hoc non contigerit, & (*b*) res jam communis sit. *L.* 58. §. 1. *h.*

20. Si tamen alter tantum pecuniam, alter solum operas contulerit: perit pecunia socio conferenti. Stryk. in *V. M. h. t.* §. 19. Si damnum culpa socii datum: agitur etiam actione ex L. Aquil. *L* 47. §. 1 *h*

21. Denique (5) ad lucrum communicandum, prout supra dictum. Quo etiam pertinet, quod obligationes societatis nomine initas communicare teneatur. *L* 74. *h.*

22. Non aliter enim socius ex contractu alterius socii *acquirit*, aut *obligatur*, quam (*a*) si nomine societatis, tanquam *institor*, & secundum *normam præscriptam* contraxit: *L.* 4. §. 1. *de exerc. act.* (*b*) si in communem arcam

 pe-

pecuniæ verſæ ſunt: *L.* 82. *h.* alias, ſi ſocius *proprio nomine* contraxit, reliquis jus agendi contra tertium non naſcitur. *L.* 13. *C. ſi certum petat.* Conf. Lauterb. *de obligat. Socior. quæ oritur ex convent. cum extraneo initis.* Denique *communi conſenſu* contrahentes obligantur, & acquirunt *pro rata*. *L. f. de ædil. edict.*

23. Ad haſce præſtationes perſonales competit *actio* prædicta *pro ſocio*, quæ etiam, manente ſocietate, inſtitui poteſt: *L.* 65. §. 6. *h.* ut plurimum finita. Franzk. *h. n.* 96 *ſeqq.* Qui in ea ob dolum condemnatur, infamis fit. *L.* 6. *de his, qui not. inf.*

24. Gaudent ſocii & *univerſales*, & *particulares* beneficio competentiæ. *L.* 63. pr. §. 1. *ſeqq.* Nam verba *L.* 16. *de re jud.* ſunt *corrupta*, nec vim *legis* habent.

25. Solvitur ſocietas (I) *Renunciatione* expreſſa, vel tacita, *L.* 64. *h.* etiam unius, *L.* 4. §. 1. *h. L.* 63. §. 10. *h.* non valente pacto in contrarium, *L.* 70. *h.* ut tamen (1) fiat *bona fide*: alias a ſe quidem liberat ſocios ſuos, ſe autem ab illis non liberat quod *lucrum*, quod *ſolus* captavit. *L.* 65. §. 3. *h.*

26 (2) *Tempeſtive*: alias ad *intereſſe* agitur, ſi eo tempore renunciatur, quo interfuit ſocii, eam non dirimi, *L.* 65. §. 5. 6. *h.* modo juſta deficiat cauſa, *L.* 14. in *f. L. ſeqq h.*

27. (3) *Præſenti*. Sin abſenti facta: tunc quod *abſens* acquiſivit, ſibi tantum acquiſivit: renuncians autem *lucrum* in commune redigere, damnum vero ſolus ferre debet. *L.* 17. §. 1. *h.*

28. (II) *Morte naturali*, & *civili*, *L.* 63. §. 10. *h. L.* 52. §. 9. *h.* quamvis pactum valeat,

ut inter reliquos *nova* sit *societas*: *L.* 65. §. 9. *h.* non tamen, ut heredes obligentur ad societatem continuandam. *L.* 35. 49. *L.* 52. §. 9. *h.* Schilt. *Ex.* 29. §. 14. *seqq.* Stryk. *in V. M.* *h.* §. 31 *seqq.*

29 Actio tamen *pro socio* in heredem dirigitur, *L.* 63. §. 8. *h.* sicuti etiam quod a socio ignorante mortem socii gestum est, subsistit. *L.* 65. §. 10. *h.* Exceptio quoque est in *societate vectigalium L.* 59. *pr. h.* vel *alterius conductionis*, & quæ inchoata sunt a defuncto, perficienda sunt ab herede *L.* 40. *h.*

30. (III) *Amissione rerum*, *L.* 63. §. 10. *h.* *L.* 65. §. 1. *h.* nisi tantum operam contulerit in societatem.

31. (IV) *Finito negotio*. *L.* 65. §. 10. *h.* & (V) *tempore præterlapso*. *c. L.* §. 6. *h.* Finita ita societate, aliquando adhuc cautio præstanda. *L.* 27. *in f. h.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. L. societatem, 4. L societates, 5. § 1. L. coiri, 7. L si convenerit, 14. L. sed & socias, 17 §. 1. 2 L qui admittitur, 19. seqq. L. non ob eam, 25. seqq L. si non fuerint, 29 § f L Mutius, 30. L. ut sit, 31. L. nemo potest, 35 L. heres socii, 40. L. merito, 51. p. L. cum duobus, 52. §. 2 4. 9 18. L. nec prætermittendum, 57. L. 58. § 1. L. adeo morte, 59. L. verum est, 63. pr §. 5. 6. 8 L. actione, 65. § 6. 9 L. nemo, 68. L. cum societas, 69 L. nulla, 70 L. si societatem, 73. L. societatem mecum, 76. seqq. L. jure societatis, 82.

Ex Codice L. societatem, 1. L. cum in societatis, 3. L. tamdiu, 5. L. sancimus, ult.

Lib.

Lib. XVIII. Tit. I. (*C. IV.* 38. 40)

De contrahenda emtione, & de pactis inter emtorem, & venditorem compoſitis, & quæ res venire non poſſunt.

1. EMTIO VENDITIO eſt *contractus conſenſualis de re certa pro certo pretio tradenda.*

2. Eſtque vel *in ſcriptis*, vel *ſine ſcriptis*. Prior ſpecies tunc demum contracta cenſetur, quoties inter partes hoc *expreſſe* placuerit, ut non antea, quam ſcriptura interveniente obligentur. *L.* 17. *C. de fid. instrum.* Stryk. *de C. Contr. S.* 2. *c.* 8. §. 2. *ſeqq.* & in *append. adject.*

3. Obligatio itaque tunc demum naſcitur, ſi ſcriptura fuit omnibus partibus abſoluta (*a*), in mundum redacta (*b*), ſubſcripta, & (*c*) partibus legitime prælecta. *cit. L* 17. *Ord. Max. von Notarien de Anno* 1512. 16. 17.

4. Alia quoque eſt *privata*, alia *publica*, quæ *ſubhaſtatio* ſolet dici, & olim certis conſtabat ſolennibus. Cornel. Van-Eck. *Princ. Jur. h. n.* 65 *ſeqq.* Hodie hæc variant ſecundum locorum conſuetudines, & Statuta. Schilt. *Ex.* 46 §. 38 *ſeqq.* Jo. Philippi *de ſubhaſtat.* Martini *in Proc. Sax. tit.* 30. §. 10. *ſeqq.* Huc etiam referri poſſent *auctiones publicæ*.

5. Requiritur vero in genere (1) CONSENSUS contrahentium. Aliquando de moribus etiam *conſenſus agnatorum*, vel aliorum, qui *jus* re-

Digitized by Google

retractus exercere possunt. Hinc concludo (*a*) *neminem cogi invitum ad emendum, vel vendendum*, *L.* 11 *L.* 14. *C. h. L.* 9. *de Jud. L.* 16. *C. de jure delib.* excepta *utilitate*, vel *necessitate* publica: Dn. Thomas. *Disp. de pret. affect. in res fung. non cad. c.* 2. §. 5.

6. (*b*) *Arrham non requiri ad obligationis efficaciam.* Accedit tamen aliquando utiliter vel *confirmandi* contractus gratia, vel *in signum saltim reservatæ licentiæ ab emtione resiliendi. L.* 17. *C. h pr. I. h. in f.* Dn. Thom. *de Arrh. Emtion* §. 34. *seqq.*

7. (*c*) *Errorem ut plurimum emtionem vitiare. L* 9. *L.* 11. *h.* Distinguunt tamen Dd. varie: sed absque sufficienti ratione. Vid. *Tit. de pact.* §. 8.

8. (*d*) *Ob suspicionem coacti consensus* quidam sunt remoti ab hoc contractu, veluti, v. c. qui aliquam habent potestatem *L.* 47. *h. L.* 46. §. 2. *de jure fisci*, nisi specialiter hoc impetraverint &c. Vid. *cit. Tit. de pact*

9. (II) *Personarum habilitas.* Aliquando enim juste lex certas personas ob salutem publ. excludit ab *emtione negotiatoria*, eamque variis modis restringit. Huc pertinet, ne hostibus talia vendantur, quæ ad instruendam militiam spectant, *L.* 4. *& ult. C. de commerc.* quæ vulgo vocantur *contrabanden.* Stryk. *in V. M. h.* §. 7. *seqq*

10. In Civitatum municipalium incrementum nobilibus jus braxandi, & cerevisiam vendendi concedi non solet, quibus etiam olim mercatura interdicta erat. *L.* 3. *C. h.* Sic & civitatibus quibusdam in locis non compe-

tit

tit jus vendendi bona civitatum absque Principis consensu &c.

11. (III) Merx; ubi requiritur, (1) ut *existat in rerum natura, vel existere possit. L.* 8. *pr. h.* Vid. *Tit. de pact.* Hinc, si res vendita *tempore contractus* jam periit: nulla est emtio. *L.* 57. §. *fin. h.* Si autem pars dimidia, vel major adhuc supersit: subsistit, deminuto pretio *L.* 57. *pr.* cum interesse, si venditor hoc scivit, *c. L.* §. 1. nisi emtoris intentio *præcise* ad totam rem restricta fuerit. *L.* 44. *h.*

12. (2) *Certa, & determinata.* Admittitur tamen etiam emtio spei. *L.* 8. §. 1. *h.* In rebus *fungibilibus* determinatur merx per *pondus*, *numerum*, & *mensuram*, & determinata quantitas præcise debetur, modo *restrictive*, vel *modificative* quantitas adjecta: secus si saltem *demonstrative*, ubi *principaliter* habeatur respectus ad corpus. Stryk. *de caut. contr. S.* 2. *c.* 8. § 30. *seqq.*

13. Si vero *ad corpus*, vel per *aversionem* fungibiles res venduntur: omne, quicquid tempore contractus adfuit, debetur. Multum vero, respectu *periculi*, & *præstationum* hoc in casu interest, quomodo venditio facta fuerit. Brunnemann. *ad L. f ff. de peric. & commod. rei vend. n.* 6. *seqq.*

14. Re *non fungibili*, seu *certa specie* vendita, *pertinentiæ* quoque censentur esse venditæ. *L.* 69. *h.* Determinantur hæ *ex actuali destinatione ad rem venditam*, ut perpetuo ei cohæreant.

15. Colligitur hæc destinatio (*a*) ex *firma cohæsione*: *L.* 17. §. 3. *L.* 18. *pr. L.* 38. §.

2.

2. *de Act. E. V.* (*b*) ex *ordinaria destinatione*, veluti domo braxatoria vendita, instrumenta quoque braxandi vendita sunt: (*c*) ex *consuetudine*, *vel lege*: (*d*) ex *longo usu*, quem *inventaria* rerum docent. In dubio emtor hoc, vel illud ad *pertinentias* spectare, docere debet. Mev. 7. *D.* 373. *seqq.* Stryk. *c. l.* §. 20.

16. (3) *Ut sit in commercio*, *vel alias vendi non prohibita*: alias emtio est nulla, *L* 22. *h.* nisi tantum talis res accesserit principali rei venditæ. *L.* 24. *h.* Habet quoque emtor ignorans actionem ad interesse adversus venditorem, a quo deceptus est. *L.* 62. §. 1. *h.*

17. Ex peculiari ratione *publicæ utilitatis* vendi nequeunt promiscue libri improbatæ lectionis, *L.* 8. §. 5. *C. de Heret.* famosi libelli, res litigiosæ, *L.* 2. *de litig.* venena, *L.* 35. §. 2. *h.* res furtiva, Franzk. *h. n.* 145. *seqq.* aliquando frumentum extra provinciam, lana, officia publica, &c.

18. Potest tamen res veudenda, etiamsi alias in commercio sit, variis modis vel a *lege*, vel *testamento*, vel *pacto* circumscribi, ne promiscue vendatur. Plus tamen operatur prohibitio *legis*, & *testamenti*, quam *pactitia*.

19. (IV) PRETIUM, *L.* 36. *L.* 72. *h.* de cujus origine vid. *L.* 1. *h.* Conf. Dn. Thomas. *Jurisp. div. L.* 2. *c.* 11. & Disp. de *pret. affect. c.* 1. §. 7. Hinc *donationis causa* pretium quidem minui: in universum autem *ab initio* donari nequit, ut maneat emtio venditio: *L.* 36. *L.* 38. *h.* bene tamen *ex post facto*, salvo contractu.

20.

20. Debet autem pretium esse (1) *pecunia numerata* (non *in folle* promissa *L. f. de condict. caus. data*), saltim quoad *principaliorem partem*, licet alia res per modum *accessorii* simul detur. *L. 6. §. 1. de Act. E. V.* In dubio *emtio* præsumitur, tanquam *frequentior* permutatione. Huber. *h.* §. 6. Schilt. *Ex.* 30. §. 20.

21. Intereſſe controverſiæ deprehenditur (*a*) in jure protomiseos, (*b*) in alienatione fundi Emphyteutici, (*c*) quod res aliena *venti*, sed non *permutari* poſſit &c. Sufficit tamen, ab initio pretium fuiſſe conſtitutum, licet alia res æſtimata poſt volenti venditori *in solutum* detur. Schilt. *c. l.* §. 16. *seqq.*

22. (2) *Justum* h. e. proportionem cum re vendenda habens. *L.* 1. *h.* Est autem pretium vel *commune*, vel *legitimum*. Hoc determinatum eſt (*a*) a *lege*, *L.* 1. *C. comm. serv. manum. L.* 3. *C. commun. de legat.* vel (*b*) *magistratu*, *L.* 1. §. 2. *de offic. præf. urbi*, cui *præcise* standum.

23. *Commune* dependet ex hominum communi determinatione, *L. 63. ad L. Falcid.* quæ tamen *ad punctum* haberi nequit, *L.* 16. §. 4. *de minor.* ut adeoque aliqua læsio tolerari debuerit, modo non ſit ultra dimidium. *L.* 2. 8. *C. de resc. vendit.*

24. Communiter autem æſtimatur res ex *raritate*, Dn. Thom. *c. l.* quamvis & aliæ circumſtantiæ *loci*, *temporis*, &c. non negligendæ. *c. L.* 63. §. 2. *L.* 3. *de eo, quod cert. loc.*

25. (3) *Verum*. Non sufficit pretium *dicis gratia* interveniens. *L.* 54. *d. O. & A.* Ali-

quan-

Digitized by Google

quando tamen *ex æquitate* admittitur, si alio modo res non possit sortiri effectum. *L. 66. d. J. dot.* Franzk. *h. n.* 222. *seqq.*

26 (4) *Certum.* Et quidem vel *conventione* partium mutua, vel per *relationem* ad quantitatem (1) aliunde jam *determinatum*, *L.* 7. §. 1. 2. *L.* 37 *h.* de qua si non constat, nulla est emtio: *c. L.* 37. vel (2) arbitrio aliorum *determinandam*.

27. In hoc *arbitrio* requiritur, (*a*) ut *persona certa eo nomine denominetur*, *L. f. C. h.* quanquam moribus talem contractum admitti cum Struv. *Ex.* 23. §. 18. facile crediderim, ubi conventum, ut uterque postea aliquem arbitratorem eligat: (*b*) & *quidem non concurrens ad illum contractum.* In arbitrium enim *contrahentium* conferri *pretium* nequit: *L.* 7. *pr. L.* 35 §. 1. *h* bene tamen *accidentia* pretii jam determinati.

28 Arbitro designato cessante in arbitrando, deficit venditio. *L. f. C. h* Eo arbitrante, valet, salva reductione ad arbitrium boni viri, si *nimia inæqualitas* deprehenditur. *L.* 77 *pro soc. L.* 30. *de oper. libert.* Franzk. *h. n.* 262. *seqq.*

29. Solent ut plurimum varia pacta adjici emtionibus, de quibus est *altera pars Rubricæ*. Hæc quomodo eis adjiciantur de jure Romano, fusius expendit Franzk. *h.* §. 318. *seqq.* quæ ad mores hodiernos minus congrue applicari possunt In genere ita debent esse comparata, *ne monopolium sapiant*. Engelbr. *ad ff h.* §. 9. *in f.*

30.

30. Pertinet huc pactum de usuris ratione pretii tardius soluti: *L. 5. 6. C. de pact. inter E. & V.* item ut liceat mittere agrimensores intra certum tempus, rei dimetiendæ gratia. *L. 40. pr. h.* Huber. *h.* §. 9. &c.

31. Eminentiora pacta sunt hæc.: (I) PACTUM RESERVATI DOMINII, donec pretium fuerit solutum, ubi periculum rei venditæ de *jure Germanico* ad *venditorem* spectare volunt, cum *Romano jure* emtorem sequatur. Schilt *Ex.* 30. §. 57. *seq.* Dn. Thomas. *ad Huber. h. in f.* Stryk. *c. l.* §. 25.

32. (II) PACTUM DE RETROVENDENDO, *L. 2. C. de pact. int. E. & V.* quo cavetur, *ut venditori intra certum tempus, vel quandocunque idem offerenti pretium res retrovendatur*. Utile vero est (*a*) ut hoc pactum concipiatur verbis *directis*, seu *resolutivis*: (*b*) adjiciatur clausula *de re interim non alienanda*, vel oppignoranda. Stryk. *c. l.* §. 55. *seqq.*

33. Tempus adjicitur vel ut terminus *a quo*: vel ut terminus *ad quem*. Si nullum adjectum: videndum, an *simpliciter* reluitio permissa, quo casu intra 30. annos redimenda: an vero sub clausula; *quotiescunque, & quandocunque libuerit*, & tunc præscriptioni censetur renunciatum esse. Stryk. *in V. M. h.* §. 42. *seqq.*

34. Redemturus solvat (1) *pretium* determinatum *ab initio*, nisi aliter conventum sit: (2) *meliorationes*, nisi pacto modus impensis præscriptus. Et tunc *præcise* res tradenda. *L. 2. C. de pact. int. emt. & vend.* Zoannettus de *Emt. vend. sub pact. de retrovend. n.* 73. *seqq.*

35.

35 (III) PACTUM PROTOMISEOS, quod *jus prætendendi præferentiam præ aliis extraneis emtoribus tribuit*. *L.* 75. *h.* Differt a *retractu*, qui consistit in jure *repetendi* rem venditam etiam a tertio possessore. Sæpe tamen promiscue adhibentur. Stryk. *de Success. ab I. diss.* 6. *c.* 1. §. 3.

36. Dependet hoc jus vel a *conventione* partium, vel *lege*, vel *testamento*. Illud interest, (*a*) quod *testamento*, vel *lege* constitutum præbeat facultatem rem a tertio revocandi; non vero *conventione*: (*b*) quod hoc sit cessibile: non vero ordinarie, quod *lege* constitutum est. (*c*) Occurrit etiam quædam differentia in *præscriptione*. Id. *c. l. o.* 4. §. 48.

37. *Legale* jus protomiseos in multis casibus moribus obtinet contra jus civile. *L.* 14. *C. h.* Pertinet huc (*a*) ex jure *dominii directi* domino emphyteuseos competens: *L. f. C. de J. Emphyt.* (*b*) propter *creditum*, *L.* 16. *de reb. aut. jud. poss.* vel in Saxonia ob *jus primæ licitationis*: (*c*) ex jure *congrui*, (*d*) ex jure *incolatus*: *L. un. C. non licer. habit. metroc. sua loc.* (*e*) ex jure *societatis*: (*f*) ex jure *consanguinitatis* V. *Levit. XXV.* 23. *Ruth. II. IV.* 3. *Jer. XXXII.* 7. Potissima consideratio hic consistit in *ordine retrahendi* bona *avita*, vel *hereditaria*, de quo plenissime Stryk. *c. l.* agit.

38. Ceterum ubique requiritur, (1) *ut idem pretium, de quo cum extraneo vere venditor convenit, actu, & rite offerat*, ceteraque pacta adimpleat. Transit enim retrahens in lo-

locum *primi emtoris*. (2) Ut *intra legitimum tempus, annale videlicet, exerceatur*. Stryk. *cit. l. Diss.* 6. c. 4 §. 44. *seqq.*

39. (IV) PACTUM CONSTITUTI, per quod venditor jure *conductoris*, se rem retinere, & possidere velle, cavet, *L.* 75. *h.* quo ipso dominium per fictionem *brevi manus* transit ad emptorem cum omnibus effectibus.

TEXT. NOTAB.

L. 1. pr L. sed Celsus, 6. §. 1. in f. L. hæc venditio, 7. pr. § 1. 2. L. nec emtio, 8. L. in venditionibus, 9. § f. L. etsi, 15 L. quod vendidi, 19. L. Labeo, 21. L. si ita, 25 §. 1. L. si sciens, 26 L. qui tabernas, 32 L. si in emtione, 34 § 3. 5 L. quod sæpe, 35. §. 5. L. cum in venditionibus, 36. L. 38. L. ea, quæ, 43 L. Labeo scribit, 50. L. nuda, 55 L. domum emi, 57 L. Rutilia, 69. L. Imperateres, 71. L. pacta conventa, 72. L. clavibus, 74. L. fistulas, 78 in f. L. cum manu, 80 in f. L. f. §. f.

Ex Codice. L. si donationis, 3 L. si non donationis, 8 L. invitum, 11. L. in vendentis, 13 L. dudum, 14 L. super rebus, 15 *de contrah. E. V.* L. Ne frumentum, 4. *quæ res venire non poss.*

Tit. II. (*C. IV.* 54.)

De in diem addictione.

1. PACTUM ADDICTIONIS IN DIEM, *vi cujus venditori permittitur intra certum tempus meliorem conditionem allatam accipere, & ab emtione recedere, L.* 1. *h.*

2.

2. Requiritur (I) *ut in specie adjiciatur*, licet in *fiscalibus venditionibus* subintelligatur. *L.* 4. *C. de fid. & jur. hast. publ. L.* 1. *C. de vend. rer. civ. Nov.* 120. *c.* 4. 6. 7. Schilt. *Ex.* 30. §. 50. *seqq.* Adjicitur vel sub conditione *resolutiva*, ut emtio statim effectum habeat, sed *resolvatur*, conditione existente: vel *suspensiva*, ut tandiu in suspenso sit, donec de eventu conditionis constet. *L.* 2. *h.* Ratio differentiæ est in aprico. *L.* 2. *L.* 3. *L.* 4. *h.*

3. (II) *Ut melior adferatur conditio*, quæ ex *omni emolumento* rationis pecuniariæ æstimatur, *L.* 4. §. *f. L.* 5. *L.* 15. §. 1. *h. L.* 14. §. *f. h.* Carpz. *Decis.* 275. modo hoc factum fuerit absque *fraude*, & *simulatione*. *L.* 4. §. 5. *h.* Dn. Thomas. *ad Huber. h.* §. 3. *L.* 14. §. 1. *h.*

4. (III) Et *quidem intra tempus præfinitum*. *L.* 15. *h.* Si nullum tempus præfinitum est, quod fieri posse patet ex *L.* 41. *pr. de R. V.* saltem intra 30. annos conditio melior afferri deberet.

5. (IV) *Ut venditor illam acceperit*. Permissum enim est ei jure suo non uti. Si plures adsunt: omnes accipere debent: alias unius contradictio facit cessare effectum hujus pacti. *L.* 11. *in f. L.* 12. *L.* 13. *pr. h.* Vid. tamen *L.* 9. *h.*

6. (V) *Ut priori emtori denuncietur oblata melior conditio*. Habet enim *jus protomiseos*. *L.* 8. *h.* Quod si prior emtor illam acceperit: nihilominus tamen tenetur fru-

ctus

ctus interim perceptos restituere, nisi aliud actum sit. *L.* 6. §. 1. *h.*

7. Si vero meliorem conditionem respuit: revertitur dominium *ipso jure* ad venditorem, ut rem vindicare possit, *L.* 41. *pr. de R. V.* modo verba *directa* adjecta, ex quibus constet, voluisse contrahentes, ut *ipso jure* resolveretur contractus. Stryk. *in V. M. tit. de contr. emt.* §. 32. Si verba *obliqua*, seu *vulgaria* adhibita sunt: tantum competit *actio ex contractu*. *L.* 7. §. 5. *ff. de pact.*

8 Restituendi quoque sunt omnes fructus: *L* 4. §. 4 *L.* 6 aliquando tamen compensandi cum impensis, *L.* 16. *h.* Conf. Hahn. *ad W. h. in f.*

TEXT. NOTAB.

L. quoties, 2. seq. L. ubi, 4. pr §. 3 4. 6 L. quicquid, 5. L 6 §. 1. L necesse, 8. L. Sabinus, 9. L. Imperator, 16. L. ult.

Tit. III. (*C. IV.* 54.)

De lege commissoria.

1. (VI) LEx commissoria, quæ est *pactum, ut pretio intra certum tempus non soluto, res sit inemta*. *L.* 1. *h.* Pacto hoc non adjecto, tantum venditori competit actio ad usuras, & interesse. *L.* 13. *C. Act. E. V. L.* 14. *C. de contr. E. V.*

2. Pacto hoc adjecto, per traditionem interim transfertur dominium, cum fides habita

bita

bita ſit de pretio. Huber. *h.* §. 2. Inde exercet omnes dominii effectus: ſed, conditione exiſtente, reſolvitur, ut tamen penes venditorem ſit, malitne legem commiſſoriam exercere, an pretium actione *emti venditi* exigere. *L.* 3. *L.* 4. §. 2. *L.* 7. *h.*

3. Si eam exercere intendit: requiritur, (I) *ut totum elapſum ſit tempus præfinitum.* Si nullum certum adjectum: interpellatione opus eſt, poſt modicum tempus. Struv. *Ex.* 23. §. 38. *in f.*

4. (II) *Ut pretium integrum non ſit ſolutum.* Hinc etiam habet locum, licet vel maxime pars pretii jam ſit ſoluta, quam ne quidem repetere, bene tamen cum fructibus compenſare, poteſt. *L.* 4. §. 1. *L.* 5. *h.* Quod quodammodo durum. Zoeſius. *h. t. n.* 4.

5. (III) *Ut emtor nulla juſta cauſa excuſetur*: alioquin enim ceſſat lex commiſſoria. *L. f. h.*

6. (IV) *Venditor ſe mox declaret, utrum jure ſuo uti velit.* *L.* 4. §. 2. *h.* Poſt declarationem variare non licet. *L.* 4. §. 2. *L.* 7. *h.* Moræ tamen purgatio ante *declarationem* vix videtur admittenda, quia ſtatim eſt res inemta, ſi verbis *directis* hoc pactum adjectum eſt. Dn. de Jehena *de Leg. Commiſſ. th.* 47.

7. Conditione ita exiſtente, datur vel *rei vindicatio*, ſi verba *directa* adhibita ſunt: *L. ult. h.* vel actio *ex emto vendito*, *L.* 6. §. 1. *de contr. E. V. L.* 4. *pr. h.* ſi *verbis obliquis* hoc pactum conceptum.

R TEXT.

Digitized by Google

TEXT. NOTAB.

L. 1. L. nam legem, 3. L. si fundus, 4. pr. §. 1. L. lege fundo, 5. L. de lege, 6. pr. L. post diem, pen. L. mulier, ult.
Ex Codice. L. commissoriæ, 4. *de pact. inter empt.*

Tit. IV.

De Hereditate, vel actione vendita.

1. VEndi etiam potest *hereditas* tum *deferenda*, modo consentiat is, de cujus hereditate agitur, & in consensu persistat, *L. f. C. de pact.* tum *delata*.

2. In venditione *delatæ* requiritur, *ut sit hereditas*, *L. 7. h.* nisi tanquam spes vendita sit. *L. 11. L. 13. h.* Si hereditas ad *venditorem* spectat: ad *singularum* rerum in hereditate inventarum evictionem non obligatur venditor. *L. 2. pr. h.* Nihil enim ulterius præstat, quam se heredem esse. *L. 13. h.* Si ad venditorem non spectat: ejus *æstimationem* præstare. Si nulla sit: *pretium* duntaxat restituere tenetur, si in *bona fide* fuerit. *L. 8 h.* Quo etiam pertinet, si *morte* non sit confirmata. L. 1. *h*

3. Cum itaque hereditas consistat in complexu jurium, & rerum, quæ apud defunctum fuerant, *universitas* illa emtori restituenda *eo modo*, *quo apud heredem futura fuisset*,

set, *L.* 2. *pr. h.* ut tamen reviviscant jura per aditionem heredis confusa, *L.* 2. §. 18. 19. *h.* adeoque venditor non prohibetur petere debitum ab emtore. *c. L.* Transit enim *omne damnum*, & *lucrum* ad emtorem. *L.* 2. §. 8. *h.*

4. Præstat venditor tantum ea, quæ, *tanquam heres*, habuit: non quæ *alio jure* obtinuit post venditam hereditatem, veluti *ex substitutione* pupillari, *L.* 2. §. 2 *h.* vel *jure accrescendi*, nisi tam latissime pateant verba contractus, ut *omne jus hereditarium* venditum censeatur, non *pars hereditatis*. Vid. Strik. *in Not. ad Lauterbach. h.* Huber. *h.* § 5. Bachov. ad Treutl. *h. th.* 12 *lit. a.* Hodie id semper obtinere, censet Schilt. *Ex.* 30. §. 68. quod hodie *omne jus hereditarium* in emtorem transeat. Sed tamen *in facto* consistit, quid venditum fuerit?

5. Translata hæreditate in alium, heres non desinit esse heres. *L.* 88. *de hered. instit.* Neque enim *titulo singulari*, qualem emtor habet, heres constitui potest. Hinc *de stricto jure* actiones hereditarias suscipere, *L.* 2. *C. h.* & debita hereditaria solvere tenetur, ut tamen solutum repetere ab emtore possit, modo debitum verum solverit. E contrario etiam exigere potest debita, restituenda tamen emtori, *L.* 2. §. 7. *h.* Emtor enim in effectu *vicem heredis* obtinet, *L.* 2. §. 13 *h.* qui etiam ex rescripto D. Pii *utiles actiones* exercet. *L.* 16. *pr. de pact.*

 6.

6. Emptio talis creditoribus non præjudicat, nisi quando fiscus hereditatem vendidit. *L. 1. C. h.* Imo, si venditor non sit solvendo, æquum est, ut emtor in subsidium a creditoribus possit. *L. 1. §. in f. de exerc. act.* Struv. *Ex.* 23. *th.* 75 *in f.*

7. Venduntur insuper *actiones*, & *nomina*, etiam invito debitore. *L. 3. C. h. L. 1. C. de novat.* Hic vero requiritur, (I) *ne vendantur iis, qui conditionem debitorum duriorem facere possunt*, ut sunt potentiores, *L. 2. C. ne lic. potent.* Judæi, *Ord. Imp. Polit. de Anno* 1577. *tit.* 20. §. 4. tutores. *Nov.* 72. c. 5. §. 1.

8. (II) *Ut verum subsit nomen veraque actio.* Frustra venduntur nomina, quæ per exceptionem perpetuam elidi possunt, aut quando nihil debetur, *L. 5. h.* aut quando actio jam extincta est. *L. 76. de solut. L. 36. L. 39. de fidejuss.* Ut *bonum* sit nomen, non requiritur, *L. 4. h.* nisi nuda subsit *assignatio.* Huber. *Tit. mand. ff.* §. 5. Dn. Coccei. *de Assign.* §. 10. 24. *seqq.* Imo & si *bonum nomen* promissum, vel *dolus* vendentis subsit: etiam venditor *de bonitate* ejus tenetur, Brunnem. *de Cess. act. c.* 5. *n.* 4. *seqq.*

9. (III) *Ut actiones sint cessibiles, & ad heredem transmissibiles.* Quod in heredes non transit, id ordinarie est personalissimum, & sic cedi nequit. Stryk. *de Jur. & act. non cessib. c.* 2. § 7. Nonnullæ tamen actiones ex alia speciali ratione non sunt cessibiles, v. c. *litigiosæ* L. 2. *& f. de litig.* Id. *c. l. c.*

6.

6. §. 1. *actio injuriarum*, quia post L. C. est litigiosa: ante non est in bonis: L. 28. *de injur.* item querela inofficiosi. Id. § *ult.*

10. (IV) *Ne sit contra Legem Anastasianam, sed pretium sit justum*. Cavetur enim illa lege, ne is, cui vendita est actio, plus possit exigere, quam ipso exsolvit pretii nomine L. *pen. & ult. C. mand.* Occasionem huic legi dedit lex Cincia, in cujus fraudem *redemtiones litium* tendebant. Muller. *ad Struv. Ex.* 23. *th.* 80. *lit. a.*

11. Ut lex Anastasiana locum habeat, requiritur (1) *venditio perfecta*: Mev. 8. *D.* 443. (2) *vilius pretium*, Vid. Brunnem. *de Cessione Act. c.* 1. *n.* 67. (3) *fraudulosa venditoris inductio*. *L.* 22. *C. mandat.* Non vero requiritur nomen incertum. Brunnem. *c. l. n.* 52. *seqq.*

12. Excipiuntur tamen in *c. L.* 22. aliquot casus, ubi secure licet *vilius pretium* capere: alioquin regulatiter residuum est restituendum creditori, in cujus favorem lex introducta. Brunnem. *c. l. n.* 86. *seqq.* Schilt. *Ex.* 30. §. 84. *seqq.* Finckelth. *Obs.* 17.

13. Venditæ actiones *cedi* debent emtori. Est autem *cessio translatio actionis in alterum, mediante mandato, quo cessionarius constituitur procurator in rem suam.* Neque enim, uti *res corporales*, actiones quoque *perfecte* in alterum transferti possunt, ut plane a persona cteditoris, cujus ossibus inhærent, avellantur. Hinc substituendum fuit medium, per quod *utilitas* actionis cessæ in

 al-

alterum transferri poſſet, ſcil. ut ceſſionarius *procuratorio nomine* ageret. D. Pius tamen poſtea ceſſionatio abſque tali mandato, *proprio nomine* conceſſit actiones utiles. *L.* 16. *de Pact. L.* 7 8. *C. h.*

14 Hinc fluit, (*a*) ceſſionem ordinarie fieri ex libera voluntate: aliquando tamen eſt neceſſitatis, ſi *obligatio perfecta* ad cedendum præcedit. *L.* 37. *ad Sct. Trebell. L.* 40. §. 2. *de petit. hered. L.* 2. §. *f. fam. erc. L.* 35. § 4. *de contr. E. V. L.* 13. §. 12. *de act. E. V. L.* 25 §. *f. loc.*

15. (*b*) Manere cedentem ſubtili jure dominum actionis, *L.* 3. *C. de novat.* adeoque ei ſolvi poſſe a debitore *ignorante* ceſſionem, *c. L.* & creditorem agere poſſe contra debitorem, niſi debitor jam certioratus ſit a ceſſionario, vel aliunde ceſſionem ſciverit. Brunnem. *de Ceſſ. act. c.* 5. *n.* 22. Si tamen cedens nomen exegit: ceſſionario reſtituere debet. Uſu fori poſt ceſſionem factam jus nullum penes cedentem remaner. Schilt *Ex.* 30. §. 64.

16. (*c*) Exceptiones *reales* obſtare ceſſionario, quæ opponi poterant cedenti, Brunnem. *c. Tr. c. ult. n.* 2. non habita diſtinctione, utrum quis utili, an directa agat. Id *c. l. n.* 21. *ſeqq* Perſonæ vero cohærentes non ptosunt ceſſionario, *L.* 42. *de admin. Tut.*

17. Probatur ceſſio inſtrumento, cui ſimul inſeri debet *titulus.* Non enim ſola poſſeſſione inſtrumenti patatam executionem

ha-

habentis probata est cessio. Brunneman. *c. l. c.* 5. *n.* 68. *seqq.*

18. Affinis Cessioni est assignatio, quæ nihil aliud est, quam *mandatum, quo alii solutionem vel præstandam, vel exigendam gratis committimus.* Dn. Coccei. *de assig.* §. 9. Nihil juris itaque confert in ipsum debitum ei, cui assignatio facta. Hinc assignans præfertur in solutione ei, cui assignatio facta. Idem §. 33. Nec potest subire solutionis vicem. Id. §. 24. Stryk. *in V. M. h. t.* §. 46. *seqq.*

TEXT. NOTAB.

L. 1 L. venditor, 2. pr. §. 2. 4. 7. 9. 18 19 L. si nomen, 4. L. emtori, 6. L. quod si, 8. seqq. L. nam hoc, 11. L. venditor, 23.
Ex Codice. L. nominis, 3. L. qui nondum, 4. L. certi, 9.

Tit. V. (*C. IV.* 44. 46)

De rescindenda venditione, & quando licet ab emtione discedere.

1. RESCINDITUR emtio venditio ob *enormem læsionem* ex *L.* 2. *C. h.* Requiritur vero (I) emtio *rei certæ*, seu ejusmodi, quæ *certam æstimationem* recipit. Hinc nec in *emtione spei*, nec in *universitate juris* vendita, obtinet. Huber *h.* §. 5. Ceterum communiter hoc remedium *Legis* 2. *cit.* ad omnes

contractus *mutuæ præstationis*, ubi eadem videtur esse ratio, extendunt, quamvis hoc improbet Huber. *h.* §. 3. *seqq.* Conf. Struv. *Ex.* 23 §. 92. *h.*

2. (II) *Ut dolus verus alterutrius non intervenerit*. Nam tunc, etiamsi infra dimidium læsio adsit, rescindi potest emtio ex capite *doli*. *L.* 5. *C. h.* Brunnem. *in parat. h.* 9 9.

3. (III) *Ut læsus ignoret, se læsi in venditione*. Sciens verum pretium, & *extra necessitatem constitutus* nihilominus plus solvens, de se queri debet. *arg L.* 35 *de R J.* Idem est si *donationis* gratia minus pretium constituitur. *L.* 38. *de contr. E. V.*

4. (IV) *Ut pretium publica auctoritate non sit determinatum*. Nam in hoc *minima læsio* parit rescissionem. Ubique tamen videndum, in cujus favorem determinatio pretii sit facta. Si in emtoris: hic minus solvere potest. Lauterb. *in Coll. h.* §. 1. *n.* 18. Idem est, si determinatum est a testatore.

5. (V) *Ut læsus non acceperit dimidium ejus quod dedit*. Hinc *emtor* læsus dicitur, si non accepit dimidiam mercem ratione *æstimationis* pro pretio, quod exsolvit, Schilt. *Ex.* 30. §. 94. *seqq* id, quod *ex tempore contractus* æstimandam, *L.* 5. *C h.* & per testes, vel ocularem inspectionem probandum. Hahn. *ad W. h. num.* 6. Mev. 2. *D.* 320.

6. (VI) *Ut huic beneficio non sit renunciatum*. Huic enim renunciari posse, in confes-

feſſo eſt. Stryk. de C. Contr. S. 2. c. 8 §. 29.

7. Prodeſt hoc beneficium non tantum venditori, ſed etiam emtori, cum ſæpe in hoc major adſit ratio: Hahn. *ad W. c. l.* Schilt. *c. l.* §. 93. imo & heredi. Mev. 2. *D.* 147.

8. Datur adverſus lædentes intra 30. annos, ut contractus reſcindatur, quamvis ab hoc ſe liberare poſſit reparando læſionem, ut proinde libellus non ſit neceſſario *alternative* formandus, ut oſtendi Diſs. *de Libell. altern. c. III.* §. 2 *ſeq.* Conf. Dn. Coccei. *Diſs. de Elect. rei conventi ex enorm. læs.* Contra tertium non competit. Mev. 5. *Dec.* 22.

9. Quod ſi res penes *emtorem*, qui ultra dimidium læſus eſt, periit: itidem agitur ad pretium refundendum. Quod tamen evitare poteſt reus offerendo quod *plus æquo* accepit. Quamvis enim res periit: cauſa tamen *læſionis* adhuc adeſt, ob quam, *æquitate ſuadente*, hoc remedium introductum eſt, præſertim cum lucrum adhuc penes venditorem ſit. E contrario non datur, ſi venditor læſus eſt, ne quidem ad *ſupplementum pretii*, utpote quod non eſt in *obligatione*, ſed tantum in *facultate* præſtandi, ſi *principalis obligatio* locum habere poſſit. Dn. Coccei. *de Elect. rei convent. ex enormi læs. ſect. II.* §. 8.

10. Porro reſolvitur emtio venditio *mutuo diſſenſu*, *L.* 58. *de pact.* modo res ad-

huc sit *integra*. Quod si enim ab *utraque* parte jam contractui satisfactum: nova fit emtio venditio, q. *L*. 58.

11. Intereſſe quæstionis est (1), quod posteriori casu omnia sint de novo præstanda, quæ lege, vel consuetudine requiruntur, v. c. laudemium, gabella &c. quæ in casu *resoluti contractus* plane non præstantur: (2) quod priori casu creditor consentiens in pignoris alienationem non amittat pignus: *L*. 10. *quibus mod. pign. vel hyp. solv.* bene tamen posteriori. *L* 7. 8. §. 11. *eod*,

TEXT. NOTAB.

L. si quam, 2. L. cum emtor, 5. L. si id, quod pure, 7. pr. L. fundus, 9.
Ex Codice: L. rem majoris, 2. L. de contractu, 3. L. ad rescindendam, 4. L. non est probabilis, 6 L. ratos, 7. L. si voluntate, 8 L. pretii causa, 9 L. ea conditione, 14. *de rescind. vendit.* L. re quidem integra, *quando lic. ab emt. disced.*

Tit. VI. (*C. IV.* 48.)

De periculo & commodo rei venditæ.

1. P*Erfecta emtione*, licet *traditio* nondum accesserit, *statim* periculum transit ad ipsum emtorem, cum etiam ad eum omne spectet commodum, *L*. 7. *pr. h. L*. 10. *de R. J.*

J. Franzk. h. n. 11. etiamsi emtor non sit in mora accipiendi rem emtam.

2. Requiritur tamen, (*a*) ut *culpa* venditoris non perierit, §. 31. *de Emt. V. L.* 33. *D. loc.* & (*b*) venditor in *mora* tradendi non fuerit, *L. f. C. h.* nec (*c*) res perierit ex *vitio præcedente*: *L. ult. C. h.* alias periculum est penes venditorem, si aliquid ex requisitis hisce deficiat.

3. Toties vero adest *emtio venditio*, quoad *hunc effectum* perfecta, quoties adest (1) *consensus præsens, & purus* (2) *de re certa, & jam determinata* (3) *pro certo, & jam determinato pretio. L* 8. *pr. h.*

4. Hinc, respectu *consensus*, imperfecta censetur emtio, si sub *conditione* suspensus *L.* 2. §. 1. *de in diem add.* vel *expressa*, qua deficiente emtio est nulla: existente vero, retrotrahi nequit conditio, si in totum perierit: secus si deterior effecta, vel *pro parte* interiit: *L.* 8. *pr. h.* vel *tacita*, veluti ubi in *tertii arbitrium* pretii determinatio collata, vel emtio in scriptis celebrata, & scriptura omnibus partibus non absoluta *L.* 4. *C. h.*.

5. Respectu *mercis* imperfecta est ante ejus determinationem, quando ignoratur, *quid, quale, & quantum* venditum: *L.* 8. *pr. h.* Sic in *rebus fungibilibus* desideratur admensuratio, adponderatio, vel adnumeratio. *L.* 35. §. 5. *& pen. de contr. E. V.*

6. Requiritur tamen, ut (*a*) emtio non sit facta *ad corpus*: *L.* 1. §. 1. *h.* (*b*) per emtorem

non stet, quo minus admensuratio fiat. *L.* 5. *L.* 17. *h.* Emtore *in mora* existente, vel vinum effundere licebit, i. e. *impune*, quamvis non bene fiat. *L* 1. §. 3 *h. L.* 2. *pr. h.* Periculum itaque ante *admensurationem* est venditoris, ut tamen, quia jam est quodammodo perfecta emtio, teneatur ad omnem diligentiam ante admetiendi diem præstandam: *L.* 1. §. 2. 4. *L.* 2. *L.* 3 *h.* alioquin enim non tantum jacturam rerum suarum facit, sed etiam emtori *ad interesse* tenetur. Franzk. *h. n.* 42. Huber. *h.* §. 6.

7. Sic etiam res *ad gustum* vendita imperfecte censetur vendita, quia improbari potest, *L.* 34. § 5 *h.* Franzk. *h. n.* 27 *seqq.* & hinc periculum ante degustationem est venditoris, *L.* 4. §. 1. *h* nisi expresse ita vendatur, ne degustetur. *c. L.* 4. Quod tamen in dubio non præsumitur. *L.* 4 §. 1. *h.* Conf. Stryk. *de Jur. sens. diss.* 6. *c.* 2. *n.* 2. *seqq.*

8. Denique, si res plures *alternative* venditæ: ante electionem est periculum prioris ipsius *venditoris*: posterioris vero *emtoris*. Idem est, si simul perierint. Altera enim necessario perit emtori. *L.* 34. §. 6. *h.* Hert. *de Elect. ex obl. alt. debit. debita. Sect.* 3. §. 4.

9. Ratione *pretii*, imperfecta est venditio, antequam tertius, cujus arbitrio pretium commissum, arbitratus sit. Ceterum, si pro parte tantum aliqua incertitudo adsit: est emtio perfecta. *L.* 7. *in f. de contr. emt.*

10. Quemadmodum periculum, ita etiam *commodum*, perfecta emtione, est emtoris,

ve-

veluti si per alluvionem aliquid acceſſerit, L. 7. pr. *h.* vel alio modo. *L.* 13. §. 13. *de Act. E. V.* Hinc & pendentes fructus lucratur, niſi aliud conventum. *L.* 13. §. 10. *eod.* Et sic reſpectu fructuum quoque ad tributa ſolvenda tenetur. *L.* 2. *C. de annon. & trib.*

11. Fluit quoque exinde, *theſaurum inventum* in fundo vendito a venditore, pro dimidia parte eſſe reſtituendum cum fundo emtori.

TEXT. NOTAB.

L. 1. pr. §. 1. seqq L. hoc ita verum, 2. §. 1 seqq. L si quis, 4. §. 1. L. si per emtorem, 5 L. neceſſario ſciendum, 8 L. si post inſpectum, 9. L. si vendita, 11 L. quod si, 14. L. illud ſciendum, 17. L. habitationum, 18. §. 1. L venditori, 19

Ex Codice. L. 1. L. dolum, 3 L. mortis caſus, 6

Tit. VII. C. IV. 55 *seqq.*).

De ſervis exportandis, vel si ita mancipium venierit, ut manumittatur, vel contra.

IN venditione ſervorum uſitatum erat varia addere pacta, v. c. *ne aliquo loco moraretur, L.* 1. *h.* vel *ut intra certum tempus manumitteretur. L.* 2. *h.* In priori pacto diverſa Papiniani ſententia refertur in *L.* 6. §. 1. *L.* 7. *h.*

TEXT.

L. ſi ramus, 4. in f. L. ſi venditor, 6. §. 1. L. ſervus, 7. in f.

Lib. XIX. Tit. I. (C. IV. 59.)

De actionibus emti, & venditi.

1. OBligatio in hoc contractu est utrinque principalis. Hinc utrinque datur actio *directa*; a parte quidem emtoris *emti*; a venditoris parte *venditi*.

2. Actio emti est, *qua emtor adversus venditorem agit ad rem tradendam cum omnibus accessionibus, & aliquando ad damna in re vendita resarcienda*.

3. Ut emtor *efficaciter* agere queat, requiritur, *ut pretium vel ab emtore solutum, vel id ab eo offeratur*. *L.* 13. §. 8. *h.* Nam (a) ne quidem dominium in merce tradita tranſfertur, si pretium non solutum, vel alio modo non satisfactum est, §. 41. *d. R. D.* Hahn. *ad W. tit. de contr. E. V. in f.* aut fides de pretio habita, quæ non præsumitur. Stryk. *de caut. contr. S.* 2 *c.* 8. § 24. Hinc etiam (b) oritur ex-

exceptio *non impleti contractus*, quæ probanda ab actore; Dn. Coccei. de *dir. prob. negat.* c. 4. §. 4. Stryk. *Introd. ad prax.* c. 17. §. 2. imo a judice suppleri potest. Franzk. *h. n.* 17.

4. Emtor *primario* agit ad rem venditam tradendam. Debet autem tradi res (*a*) *præcise*, *L.* 11. §. 2. *L.* 46. *h. L.* 68. §. 2. *de contr. E. V.* Huber. *ad l. Tit. de Emt. Vend.* §. 4. Dn. Thom. *Disp. de pret. affect. in res fung. non cad.* c. 2. § 7. & quidem vere, vel ficte. Stryk *de Caut. c. l.* §. 22. In subsidium venditor tenetur ad interesse, si res præstari non possit. *L.* 1. pr. *L.* 12. *ff. h. L.* 4. *C. h.* Hillig. *ad Don. Lib.* 13 *c.* 2. *lit. a.* Franzk. *h. n.* 28 *seqq.* Quod si propter dolum, vel latam culpam venditoris tradi nequeant: jurari in litem potest ab emtore. *L.* 68. *de R. V.*

5. (*b*) *Ut rem traditam habere liceat.* Ergo in *rebus non fungibilibus* venditis sufficit transtulisse *usucapiendi conditionem*, nisi sciens dolo malo venditor rem alienam vendiderit. Nam & tunc *antequam evincatur*, tenetur, quanti emtoris interest, rem ejus esse factam. *L.* 30. *in f. h.* Conf. *L.* 11. *in f. h.*

6. (*c*) *Ut vacuam possessionem tradat. L.* 68. §. *f. de contr. E. V.* ne alius in possessione sit, vel eam avocare possit. *L.* 2. §. 1. *L.* 3. *h.* Venditor itaque *veram possessionem* habere debet, quia alias *conditionem usucapiendi* transferre nequit. Franzk. *c. l. n.* 77. *seqq.*

7. (*d*) *In debita qualitate*, qualis *inest* vel *tacite*, veluti quod non debeat esse vitiosa, *Tit. ff. de Ædil. Edict. L.* 11. §. 3. *h.* vel servitu-

tutibus, aut hypothecæ obnoxia. *L.* 1. §. 1. *L.* 39. *h. L.* 5. *C. de Ædil. Edict.* vel *expreſſe per pactum determinata*, *L.* 13. §. 3. *h.* ut tamen omnia ad vivum non ſint reſecanda. *L.* 18. *L.* 19. §. 4. *de Ædil. Edict.* Pertinent huc, quæ ſupra de re *ad menſuram* vendita dicta ſunt. Franzk. *h. n.* 104. Hinc venditor fines oſtendere, & inſtrumenta tradere debet. *L.* 48. *h.*

8. (*e*) *Cum debitis acceſſionibus*, i. e. (1) fructibus *naturalibus*, & *civilibus*, diverſa quamvis ratione, de qua vid. Franzk. *h. l. n.* 234. *L.* 13. §. 10. *h.* (2) pertinentiis, de quibus ſupra. Vid. Franzk. *h. n.* 174. *ſeqq.*

9. (*f*) *Debito loco*, & *tempore*. Mora in tradendo facta, omnis utilitas emtoris, quæ modo *circa ipſam rem* conſiſtit, h. e. *certa*, & *radicata* eſt, in æſtimationem venit. *L.* 21. §. 3. *h. L.* 3. § 3. 4. *h.*

10. (*g*) *Non deterior reddita culpa venditoris* & quidem levi, *L.* 35. §. 4. *h. L.* 68. *pr. de contr. E. V. L.* 36. *h.* aliquando etiam leviſſima. *L.* 2. *in f. L.* 3. *de peric. & comm. rei vend.*

11. Actio venditi competit venditori adverſum emtorem, ut pretium ſolvat, & quicquid præterea conventum, vel æquum, & bonum eſt, præſtet. *L.* 13. §. 19. *h.* Itidem hæc actio non ante efficaciter inſtituitur, niſi ab actore implementum contractus probatum fuerit. Huber. *h.* §. 2.

12. Solvendum vero eſt pretium (1) *debito tempore*, h. e. ſtatim, niſi habita fides de pretio. Hoc facto, nihilominus uſuræ ab emtore

tore præstandæ sunt, cum re emta fruitus sit. *L.* 13 § 20. *D. & L.* 5. *C. h.* Sæpe tamen ipsi pretio usuræ jam imputatæ sunt, ut si dies solvendi pretii in certos terminos dividitur, quo casu usuræ non præstantur. Conf. Franzk. *h. t. n.* 380. *seqq.*

13 Si mora in solvendo pretio commissa: præter usuras consuetas etiam intereſse *damni emergentis*, non *lucri incerti cessantis*, peti potest. *L. f. de peric. & comm. rei vend.* Schilt. *Ex.* 30. §. 124. Imo ex pacto adjecto ad resolutionem contractus, non vero facile ad pœnam agitur. *L.* 13. §. 26 *h.*

14 (2) *Debito modo*, h. e. ut nummos faciat accipientis, *L.* 11. §. 2. *h.* quamvis, si nummos alienos quis solvat, non possit propterea agere ad condicendam rem traditam: *L.* 14 *C. de rescind. E. V.* ante *traditionem* recte opponit exceptionem *non impleti contractus*. Imo nec is, cujus pecunia soluta, rem venditam sibi *regulariter* vindicare potest. *L.* 6. *C. d. R. V* Vid. tamen *L.* 2. *quand. ex fact tut. L.* 8. *C. d. R. V. L.* 29. §. 1. *seqq. L.* 55. *de donat. int. V. & U.*

15. Veniunt etiam in hoc judicium aliquando sumtus a venditore in rem venditam b. f. facti ante traditionem, licet vel maxime casu fortuito interierit: *L.* 13. §. 22. L. *pen. C. h.* Donell. *Lib.* 13. *c* 5. *lit. c.* item læsionis resarcitio: *L.* 2. *C. de resc. vend.* retrovenditionis necessitas, vel alia, quæ pacto sunt determinata, *L.* 11. §. 1. *h.* veluti ut fidejussor; vel expromissor detur

tur, *L.* 13. §. 23. *h.* ut jus protomiseos exercere possit &c.

TEXT. NOTAB.

L. 1. L. si in emtione, 2. §. 1. L. ex emto, 11. §. 1. 2. 4. 13. 17. 18 L. Julianus, 13 pr. §. 3. § offerri, 8. 10 seqq 15. 20. 26 27. 29. 30. 31. L. fundi, 17. pr. §. 2. 7. 10. L. si sterilis, 21. §. 3. 6. L. prædia, 28. L. servus, 30. §. 1. L. venditor, 36. L. quæro 39. L. Titius, 48. L. qui per, 49. §. 1 L. si & per emtorem, 51. *Ex Codice*. L. 1. L. ex arrhali, 3. L. si traditio, 4. L. curabit, 5. L. venditi, 6. L. cum venditorem, 10. L. fructus, 13. L. expulsos, 17. *de Act. Emt. V.* L. 1. L. si emancipatis, 2. L. qui aliena, 8. L. nihil prohibet, 9. *si quis alteri vel sibi sub altero nomine &c.*

Tit. II. (C. IV. 65.)

Locati conducti.

1. LOCATIO CONDUCTIO est *contractus conſenſu initus de uſu rei, vel opera perſonæ pro certa mercede præſtanda.*

2. Alia dicitur *rerum*, alia *operarum*. In effectu differunt, (*a*) quod in locatione rerum frugiferarum merces poſſit etiam conſiſtere in fructibus certis: *L.* 21. *C. h.* Dn. Tho-

Thomas. *in Not. ad Strauch. diss.* 15. *th.* 18. Zoesius *h. t. n.* 4. (*b*) locatio *rerum* facilius transeat ad heredes, quam operarum: (*c*) quod in locatione *operarum* quandoque major præstanda diligentia: *L.* 13 § 5. *L.* 25. §. 7. *h.* (*d*) operis duobus locatis, priori primum sit satisfaciendum: *L.* 26. *h.* secus in re duobus locata, ubi præfertur, cui prius est tradita. *L.* 15 *C. d. R. V.*

3. Locatio *rerum* rursus est vel *regularis*, vel *irregularis*. Hæc recedit a communi natura locationis, quod rei locatæ transferatur dominium vel *secundum quid*, ut in contractu *Socidæ*, Carpz. *II.* 37. 19. *in f.* vel *absolute*, ut in casu *L.* 31. *h. t.* Ante omnia hic videndum, quid inter partes actum fuerit, & ita quoque facile de præstatione damnorum statui potest.

4. Requiritur, ut in emtione, quacum in plutibus convenit. *L.* 2. *h.* (I) *Consensus ab utraque parte. Invitus* ordinarie ad locandum nemo compellitur, nisi ratio utilitatis publicæ id postulet. Qui vectigalia conduxit, cogitur aliquando, ut finita conductione illa retineat, si maximos fructus sit consecutus, & vectigalia eo pretio postea locari non possint. *L.* 11. § *f. de publican.*

5. Ab initio *expresse* regulariter consentire debent. *L.* 23. *comm. div.* Semel contracta locatio facilius tacite *renovatur*: Et quidem in prædiis *rusticis* tacita reconductio facta videtur in *annum*: vel, si fundus ita comparatus, ut demum singulis

tri-

Digitized by Google

trienniis perfecte fructus percipi queant, in *triennium*. Franzk. *h. t. n* 18 In *urbanis* vero eatenus conductor obligatur, prout habitavit *post primam conductionem finitam*. *L.* 13. §. 11. *h.* In scriptis talis tacita reconductio vix videtur fieri posse. *l. c. in f.* Schilt. *Ex.* 31. §. 11. Franzk. *h. n.* 12. *seqq.*

6. (II) *Usus rei, vel facta locari solita.* In *rebus* requiritur, ut (*a*) sint *non fungibiles*, nec (*b*) alias justa de causa locari prohibitæ, ut sunt jura monetandi, *R. I. de anno* 1551. & 1559. servitutes reales, quæ absque prædio locari nequeunt. *L.* 44 *h.*

7. Ceterum res *aliena*, vel *conducta* recte locatur, *L.* 7. *ff. L.* 6. *C. h* quamvis dominium rei locatæ non transeat in conductorem, *L.* 39. *h.* si vel maxime *in perpetuum*, vel *ad longius tempus* locatio facta sit. Interim *in dubio* jus potius *emphyteuticum*, quam *locatio simplex* hoc casu præsumitur. Schilt. *Ex.* 47. §. 62. *ad L.* 1. §. 3. *de superfic.*

8. *Facta locari solita* æstimantur vel ex natura propria, vel more communi: vel brevius, facta debent esse *mercenaria*, quæ certa mercede communiter, & ordinarie compensari solent. Quædam facta enim *æstimationem certam*, & *communem* inter homines habent: quædam non propter præstantiam operæ: illa huc spectant: non vero hæc, quæ ad *contractus innominatos* spectant.

9.

9. (III) *Merces* requiritur, ubi eadem requiſita attendenda, quæ in *pretio* emtionis venditionis. *L.* 30. *h. L.* 23. *Comm. divi.* Quod ſi itaque negotium hoc modo perficitur, ut fructus ſint communes inter colonum, & dominum prædii: mixtum ex *ſocietate*, & *locatione* videtur eſſe negotium, *L.* 25. §. 6. *h.* Lauterbach. *de Colono partiario*, adeoque *præſcriptis verbis*, non actione *locati* agendum eſt. Imo, ſi loco mercedis aliud præſtetur: innominatus contractus inde oritur. *L.* 1. §. 9. *depos.*

10. Denique ſi vel maxime *pecunia numerata* intervenit, ſed tamen non ut *merces*, verum ut *remuneratio*: potius commodatum eſt.

11. Ex hoc contractu oritur utrinque obligatio æque principalis *locati*, & *conducti*. ACTIO CONDUCTI comparata eſt *conductori adverſus locatorem ad præſtandum uſum rei locatæ uſque ad tempus præfinitum, vel operas promiſſas, & impenſarum damnique, quod culpa locatoris perpeſſus eſt, reſtitutionem.*

12. Obligatio itaque in *locatione rerum* conſiſtit (1) *in uſus præſtatione. L.* 25. §. 1. *h.* In hunc finem requiritur, *ut omnia impedimenta locator removeat, ſine quibus frui nequit conductor. L.* 25. §. 2. *h. L.* 15. *pr. h.* aut aliam æque commodam rem ſubſtituat, *L.* 9. *pr. h.*

13. Si frui re conducta plane non poſſit: ſi quidem per *caſum fortuitum*, ad pretium, quod jam anticipatum eſt, reſtituendum

dum datur actio conducti. Si nullum solutum est: locator exceptione repellitur. *L.* 27. *pr.* *L.* 33. *h.* Si *per culpam locatoris*: etiam ad interesse agitur. *L.* 33. *L.* 35. *h.* Ceterum, si *culpa conductoris* usus rei locatæ sequi non possit; nihilominus ad integram mercedem solvendam tenetur. *L.* 25. §. 4. *L.* 9. §. 3. *h.*

14. Hinc quoque fluit, in rebus frugiferis, seu *prædiis rusticis* locatis locatorem præstare debere, ut conductor fructus possit percipere, quamvis non *simpliciter*, ut in prædiis *urbanis* locatis, cum in *rusticorum* locatione *multum spei* occurrat, *L.* 18. *C. h.* adeoque ob *sterilitatem* quædam remissio conductori indulgenda est. *L.* 15. §. 2. *seqq. h.*

15. Hic vero sequentia requiruntur: (1) ut *extra consuetudinem* calamitas circa fructus superveniat, *L.* 15. §. 2. *h.* (2) & quidem extra ipsam rem. *L. c.* §. 2. & 5.

16. Sterilitas contingat (3) circa fructus *nondum perceptos*, seu separatos a solo, Stryk. *c. l.* §. 22. nisi etiam locator expresso pacto in se receperit damna in fructibus jam perceptis evenientia. Id *cit. l.* §. 20. Quod pactum tamen ad casus *insolitissimos* non extendendum.

17. (4) Ut nulla culpa conductoris accesserit, *L.* 25. §. 2. *h.* veluti si intempestive fundum coluit.

28. (5) Ut sterilitas sit magna, *L.* 25. §. 6. Quod ex *arbitrio boni judicis* est æsti-

man-

Google

mandum, Franzk. *h. n.* 103. deducto semine, & aliis, quæ frustra in culturam agri impendit, utpote quæ sunt periculo ipsius conductoris. Mev. 9. *D.* 145 Quomodo vero ad eam indagandam inter locatorem, & conductorem procedendum sit, docet Id. 9. *D.* 116.

19. (6) Ut casus fortuitos circa fructus in se non receperit. Stryk. *c. l.* §. 16.

20. (7) Ut agatur de locatione in singulos facta annos Quod si in plures annos facta, mercede in singulos annos constituta: tunc ob ubertatem subsequentem remissio antea facta revocatur, *L.* 15. §. 4. *h.* Quod si una merces constituta in plures annos: demum finita integra locatione statuetur, utrum remissio sit facienda, Franzk. *h. num.* 109. *seqq.*

21. Hisce concurrentibus, remissio *ex æquo, & bono* fit quousque pensionem fructus, deductis impensis, non æquant. Mev. 9 *D.* 144. *Non* tamen contra merces augetur, si immodicum lucrum percepit conductor. *L.* 25. §. 6. *h.*

22. Præstandus autem est usus usque *ad tempus præfinitum*, Hoc elapso, conductor præferentiam præ novo conductore prætendere nequit, nisi a fisco conduxerit. *L.* 4 C. *de locat. præd. civ.* Conf. Dn. Wildvogel *de Jure præfer. in locat.* Ante tempus finitum expelli nequit, nisi justæ expellendi conductorem causæ accedant. Quo casu tamen non privato ausu, sed *publica auctori-*

tate

tate expellendus est, ni pacto aliter proviſum. Stryk. cit. l. §. 9.

23. Huc pertinet (a) casus supervenientis necessitatis non prævisæ. L. 3. C. h. Hahn. ad W. h. n. 15. Quod ad prædia rustica ægre applicaveris. Schilt, Ex. 31. §. 20. lit. a. in addit.

24. (b) Si non solvit mercedem debito tempore, & quidem si ad quadriennium locatio facta: præstitutum est biennium. L. 54. §. 1. L. 56. h. Sed idem terminus quoque observandus videtur, si ad longius tempus facta locatio, quoniam in legibus expressum videtur, quod ordinarie apud Romanos contingebat.

25. (c) Si re locata abutitur: L. 3. C. h. (d) si res locata refici debet, modo refectio sit necessaria, L. 35. h. & quæ non possit fieri conductore inhabitante. L. 27. pr. h. Brunnem. ad c. l. 3. n. 2. Dn. Cocceji. de Claus. reb. sic stant. c. 6. §. 3. seqq.

26 Deinde (II) obligatur ad *indemnitatem præstandam*. Quo pertinet (a) ut *impensas utiles, & necessarias* repetere possit, L. 55 §. 1. h. (quo etiam spectant ædificia fundo conducto imposita, de quibus vid. Huber. h. sub. Rubr. de Ædific. colonor.) quamvis quoad *illas* etiam agere possit, ut, re salva, illas tollere possit, cautione *damni infecti* præstita. L. 19. §. 4 Ita tamen faciendæ *utiles*, ne nimis gravent locatorem. L. 25 de pignor. act. Schilt, Ex 31. th. 30. Et æstimantur secundum pretium re

vera

vera impenſum: Mev. 3. *D.* 42. neceſſariæ vero ſecundum pretium *conventum*.

27. (*b*) Quod *tributa exſoluta* reſtituenda ſint, quatenus ſunt onus ipſi rei locatæ impoſitum, v. c. ſi pro numero manſorum *nach der Huffen Zahl* imponantur: Mev. 7. *D.* 31. ſecus ſi perſonæ conductoris imponantur, v. c. Capitatio. Hahn. *ad W. h. n.* 16.

28. (*c*) *Ut cetera damna culpa locatoris data reſarciantur*, veluti ſi vaſa vitioſa locaverit. *L.* 19. §. 1. *h.* Propter fortuita damna non tenetur. *L.* 45. §. 1. *h. L.* 55. *pr L.* 60. §. *f. h.*

29. In *locatione operarum* obligatur locator ad operas fideliter præſtandas, & quidem (*a*) *præciſe*, quamvis in ſubſidium aliquando *intereſſe* præſtari debeat.

30. Quod ſi eas non præſtet: tunc videndum, utrum impediatur caſu fortuito in ejus perſona contingente, & tunc merces non debetur: *L.* 15. §. 6. *h.* an vero aliunde caſus contigerit, nec per locatorem ſteterit, quo minus operas præſtaret, & tunc totius temporis merces debetur. *L.* 38. *pr. h. t.* modo interim operas ſuas aliis non locaverit. *L.* 19. §. 9. *h. t. Dolo*, vel *culpa locatoris*, & tunc præterea intereſſe præſtandum: *c. L.* §. 8. *h.* an denique *culpa conductoris*; & tunc nihilominus ſolvenda merces. *L. pen.* §. 1. *h. L.* 19. §. 9. *L.* 38. *pr. h.*

31. (*b*) Præstandæ sunt operæ *debita diligentia, & curа*. Quod imprimis in *opere faciendo* attendendum. Hinc sæpe præstanda est diligentia exactissima, si negotium ipsum summam requirit præcautionem. *§. pen. I. h. L.* 13 *§. pen. L.* 25. *§.* 7. *h.* Adhibita antem omni diligentia debita, de casu non tenetur: sed mercedem nihilominus petere potest. *L.* 13. *§.* 5. *L.* 33. *h.* nisi locatio irregularis sit. *L.* 31. *h.*

32. Distinguendnm tamen adhuc est, utrum *opera* simpliciter locata: an vero *opus faciendum* per aversionem. Hoc casu rursus videndum, utrum casus in opere facto contingat *vitio operis*: an vero *aliunde*. Hic non tenetur locator: *L.* 36. *in f. L.* 59. *h.* bene tamen ibi, *L. ult. h.* nisi ita opus faciendum conductum, ut per *mensuram*, vel *approbationem* præstetur. Tunc enim ante approbationem, vel admensurationem periculum est locatoris: post conductoris. *L.* 36. *L.* 51. *§.* 1. *h.*

33. Datur hæc actio etiam contra heredem *L* 10. *C. h* nisi (*a*) *ad beneplacitum* locatoris facta: *L.* 4 *h.* vel (*b*) morte locatoris exspiret jus, quod in re locata habuit, veluti in usufructu locato: vel denique (*c*) locatio operarum certam personæ industriam, & artem respexerit.

34 Non tamen contra *successorem singularem* competit. Neque enim emtor tenetur stare locationi, *L.* 9. *C. h.* nisi condu-

ctor

Google

ctor sibi prospexerit de hypotheca: vel, quod tutius, pactum de non alienando simul adjectum sit: *L.* 7. §. *f. de distr. pign.* Stryk. *c. l.* §. 15. 16. vel emtor venditori promiserit, se nolle expellere conductorem. *L.* 9. *C. h.*

35. Idem ad alios ex titulo singulari succedentes applicandum Lauterb. in *Comp. Jur. h.* p. 379. Ab his tamen sunt distinguendi principales domini, quorum nomine *administratores* locarunt.

36. Actio locati *datur locatori contra conductorem ad mercedem debite solvendam, & rem, usu finito, restituendam salvam, & incolumem, eaque omnia praestanda, quae alias promisit.*

37. Obligatur enim Conductor (1) *ad mercedem, debito tempore solvendam*, h. e. vel secundum placita contrahentium, vel secundum mores loci *L.* 54. §. 1. *h.* Cornel. Van-Eck. *Princip. Jur. h.* §. 23. alias finito usu singulorum annorum, cum petenti mercedem ante usum finitum obstet exceptio *non impleti contractus. L. cit.* 54. *L.* 19. §. 6. *in f. h.* Hillig. *ad Donell. L.* 13. *c.* 8. *lit. g.* Franzk. *h. n.* 178. *seqq*

38. In locatione operarum, si quidem opus non requirat tractum temporis, non nisi finito opere merces solvenda: *L.* 80. §. 1. *ad L. Falcid.* si vero tractum temporis, aequum est, ut merces successive per par-

tes præstetor, id quod etiam *tacite* conventum censetur. Franzk. *h. n.* 188.

39. Pro mercedis hujus securitate constitutum est a lege locatori *pignus tacitum*, vel in invectis & illatis quoad prædium urbanum, vel in fructibus quoad rusticum *L.* 4. *pr. L.* 7. *in quibus caus. pign. vel hypoth.* Imo hinc primitus *actio serviana & interdictum salvianum* originem capiunt. In sublocatione tamen tantum *primario* sublocatori in invectis & illatis posterioris conductoris pignus tacitum competere videtur, *L.* 11. §. 5. *de pignor. act.* Conf. Huber. *h.* §. 20. In subsidium tamen etiam primo locatori, si conductor primus non sit solvendo.

40. *Præstanda quoque* (2) *est merces integra*, licet rem absque justa causa deserverit, *L.* 58. §. *f. L.* 24. §. 2. *h.* Sterilitatis tamen causa merito remissionem concedit. vid. §. 10. *seqq. h.* Si pluribus res locata, singuli tantum pro rata tenentur, nisi se correos constituerint. *L.* 47. *h.*

41. Obligatur ulterius, (3) *ut in re conducta debita diligentia versetur*, ad exemplum boni patrisfamil. *L.* 18. *C. h.* Alias culpa levi damnum datum resarcire, tenetur hac actione, *L.* 9. § 3. 5. *L.* 13. *pr.* §. 1. *h.* Donell. *Lib.* 13. *c.* 8. *lit. d.* Franzk. *h n* 199. *seqq.* quin etiam aliquando propterea juste expelli potest. *L.* 3. *C. h.* Ca-

sum

sum non præstat, nisi in irregulari locatione: *L.* 31. *h.* vel ubi aliter conventum est.

42. Tandem (4) *Ut restituat rem in specie finita locatione*. Si dolose non restituit, in litem contra eum jurabitur. *L* 48. §. 1. *h.* Imo aliquando præter ipsam rem ad æstimationem litis seu *in duplum* tenetur, *L.* 32. *L. pen. C. h.* & habetur ac si *rei alienæ* esset *invasor*, ut dicitur in *cit. L.*

43 Hæc restitutio est paratissimæ executionis: Mev. 3 *D.* 302. adeo ut nec quæstio dominii illam remorari possit, sed potius rem ante omnia conductor restituere, & postmodum de *proprietate* agere debeat. *L.* 25. *C. h. t.* Proinde minus recte ex hac lege speciale remedium possessorium eruitur. Brunn. *ad c. L. n.* 4.

44. Ante finitam locationem rem conductam non potest restituere: si enim absque justa causa migrat, & rem locatam deserit, ad totam pensionem tenetur. *L.* 24. §. 2. *L.* 55. §. *f. h.*

TEXT. NOTAB.

L. 1. L locatio, 2. L. 4. L si tibi, 7. L. si quis domum, 9 pr. §. 1. 2. 3 L. videamus, 11. pr. L item quæritur, 13. § 5 7. 9. 11. L. qui ad certum, 14. L ex conducto, 15. §. 2 3 4 5 6 7. L. sed addes, 19 §. 1. 4 6 in f 9 L. si in lege, 24 pr §. 1. L si merces promissa, 25. L. in operis, 26 L habitatores, 27. L qui insulam, 30. pr. §. 3 fin. L si navem, 31. L. si fundus, 33 L opus, 36 seqq L. qui operas, 38. § 1. L non solet, 39 L. locare, 44 L ea lege. 51 § 1 L quæro, 54. pr. §. 1 L. Dominus, 55. L. cum domini, 56. L. Colonus, 61. pr.

Ex Codice. L. Æde, 3 L certi juris est, 5 L. nemo, 6 L licet, 8 L errorem, 9 L viam veritatis, 10. L. legem, 16. L. excepto; 18. L. si olei, 21. L. si quis conductionis, 25. L. milites, 31. L. Conductores, 34.

Tit.

Tit. III.

De Æstimatoria.

1. INter contractus innominatos, de quorum natura, *Tit. de præsc. verb.* agendum commodius, vulgo refertur ÆSTIMATORIUS, *quo res alicui æstimata certo pretio vendenda traditur, ut aut rem eandem referat, aut pretium. L. 1. pr. h. L. 17. §. 1. de Pr. verb.* Ast., si verum fateri licet, magis *nominatus* est contractus, quamvis ob defectum *formulæ* olim *præscriptis verbis* esset agendum.

2. Requiritur, (I) *ut res æstimata detur pro certo pretio venditionis gratia.* Si nullum pretium, vel saltem *taxationis gratia* adjectum: potius est mandatum. *L. 5. §. 3. mand.* Hahn. *ad W. h.* Disp. nostr. *de Translat. domin. in contract. æstimat. §. 7 seqq.* Res dijudicanda est ex intentione contrahentium, consuetudine communi, & qualitate ejus, cum quo contrahitur. Sic etiam, si res non traditur, magis mandatum est. *cit. L. 5.*

3 (II) Et quidem *vendenda.* Neque enim quælibet æstimatio, quæ aliis negotiis per pactum adjici solet, huc pertinet: sed illa ipsi negotio principali inest, quamvis

irregulare exinde fiat. Illa de mum huc pertinet, quæ in alium contractum non incidit.

4. Facile hinc quoque distinguitur (1) ab *emtion.*, quia non simpliciter tenetur ad pretium: (2) a *mandato*, quia magis proprium agit negotium aliis vendendo, quam retinere ipse poterat: & (3) *locatione*, quia non simpliciter opera hic locata censetur, nec semper merces datur.

5. Unde sine dubio est peculiare negotium, cum alias non necessum fuisset peculiarem actionem, *æstimatoriam* scil. *præscriptis verbis*, constituere, *Disp. cit.* §. 16 *seqq.* quæ tamen non est perpetuum indicium *contractus innominati*.

6. (III) Sub hac conditione, *ut aut res eadem, aut pretium restituatur*. Adeoque perinde esse debet danti, quid sibi restituatur.

7. Hinc recte inferunt Dd. (*a*) dominium hoc intuitu transferri in accipientem. *arg. L.* 10. *ff. de jur. dot.* Lauterb. *h.* Hert. *de Convent. dom. translat.* §. 3. Stryk. *de Act. for. invest. S.* 1. *membr.* 4. §. 1. Schultes. *ad Pistor. p.* 3. *qu.* 130. *n.* 88. Consequenter (*b*) valida est talis rei oppignoratio facta ab accipiente. Quod declaratum in *Disp. cit.* §. 61. *seqq.* Et denique (*c*) periculum ejus sustinet, *L.* 1. §. 1. *h. nisi nuda taxationis gratia* æstimatio adjecta.

Hinc

Hinc proceditur secundum distinctionem *L.* 17. §. 1. *de Præs. verb.* utrum *mandatum* sit; quo casu periculum non est accipientis: an *contractus æstimatorius*; ubi ejus est periculum: an *ignoretur*, *quis contractus initus fuerit*; ubi temperamentum in dubio adhibendum censet JCtus.

8. Fluit ex hoc negotio actio *æstimatoria præscriptis verbis* adversus accipientem, ut aut pretium determinatum solvat, aut rem restituat, & sic libellus *alternative* formandus est. Stryk. *de Act. for. invest* *S.* 1. *membr.* 7. §. 6.

9. Sufficit autem solvere pretium determinatum, licet pluris vendiderit, nisi rursus *taxationis causa* æstimatio adjecta. Non recte vero statuitur actio æstimatoria *contraria*, aut *utilis*, nec huc spectat. *L.* 2. *h.* Stryk. *cit. l.* §. 9.

10. In concursu creditorum dans inter reliquos creditores ponitur, nisi nudum mandatum intercesserit. *L.* 5. §. 18. *de tribut. act. Disp. cit.* §. 43.

Tit. IV. (C. IV. 64.)

De rerum permutatione.

1. PERMUTATIO est *contractus innominatus*, *quo res propria ita datur, ut alter rem propriam vicissim det*. Absque tali obligatione non censetur *proprie* permutatio contracta, ut in donatione remuneratoria. *L.* 25. §. 11. *de hered. petit.*

2. Ergo agitur de *dominio* rei utrinque in alterum *transferendo*, & possunt omnes res inter se permutari, excepta pecunia numerata, *L.* 5. §. 1. *de P. V.* nisi detur in folle. *L. f. ff. de cond. caus. dat.* Simplicissimus, & antiquissimus hic est contractus, *L.* 1. *de contr. E. V.* & parum a contractu *do, ut des*, differt, *L.* 5. §. 1. *de P. V.* nisi quod appellatio contractus *do, ut des* latior esse videatur. *L* 17. §. 5. *de P. V.* Conf. Dn. Thomas ad Strauch. *diss.* 16. *th.* 5. Hahn. *ad W. h. n.* 10.

3. Requiritur in hoc contractu *res propria*. Agitur enim utrinque *de dando*. Hinc (*a*) qui rem alienam dat, non satisfecit obligationi suæ, adeoque, etiam antequam evincatur, potest eo nomine agi, *L.* 1 §. 3. *h.* imo (*b*) nec alter potest cogi ad rem

suam

suam dandam, si alter alienam dederit; &, si jam dederit, (c) potest datam condicere, quasi causa non sit secuta. L. §. 4. Interim usucapiendi conditio eo ipso nihilominus transferri potest. L. 4. §. 17. de Usucap. Hubet. h. in f. Ceterum poſse etiam alia jura in re in permutationem deduci, non dubito. Hahn. ad W. h. n. 9.

4. Obligatur itaque is, qui rem datam accepit, ut rursus rem suam det, quia in contractibus innominatis demum obligatio naſcitur ex unius implemento.

5. Sed hodie etiam obligatio adest ante alterutrius implementum ob pacti efficaciam, adeoque L. 3. C. h. in praxi non est recepta. Si itaque res alterutrius casu perierit: res promissa exigi ad exemplum venditionis, & jam data retineri potest. L. 5. §. 1. de P. V. ut hinc hodie hoc negotium longo diversam naturam habeat, ac quidem olim. Schilt. Ex. 32. §. 11.

6. Cum itaque in plurimis permutatio accedat contractui emtionis venditionis: non dubium, quin etiam omnia illa pacta supra in emtione venditione exhibita hic quoque adjici possint. Stryk. de act. for. invest S. 1. m. 7. §. 12. Quin etiam ex Ædilitio edicto agi potest ob vitia rei latentia: L. f. h. & qui ultra dimidium læsus est; ad rescindendum contractum agendi jus habet.

7. Ad permutationem etiam referunt *cambium*. Quid enim aliud est *cambire*, quam *permutare*? Verum non unum hic subest negotium, sed ex pluribus mixtum. Nam & mandatum *quodammodo* occurit, & aliquando locatio. Schilt. *cit. l.* §. 9. *&* 10. Imo novus plaue est contractus, cum totum negotium debeatur moribus Gentium recentiorum, adeoque nihil obstet, quo minus contractibus *nominatis* annumerari queat.

8. Est vero CAMBIUM proprie dictum *quando pecunia a remittente alteri, qui trassans vocatur, solvitur hunc in finem, ut alibi præsentanti fiat solutio ab eo, cui facta trassa, &* acceptans *vocatur*. Ab hoc differt *cambium proprium*, seu *palliatum*, quod debitor creditori loco *chirographi* dat, ut eo promtior sit executio.

9. In proprio cambio loco *præsentantis*, seu cui *remissa* facta, aliquando alius exigit pecuniam ex commissione data. Hinc in dorso cambii *mandatum* exprimi solet, & spatium vacuum relinqui, cui *præsentans* inscribat, quis cambium exigere debeat, v. c. *vor mich zahle der Herr an* Lucium &c. quod vocant *die indossirten transportirten und girirten Wechselbrieffe*. Stryk. *de Caut. Contr. S.* 3. *c.* 5. §. 23.

10. Necesse vero omnino est, ut addatur, pecuniam a remittente esse solutam, quod est *Valuta*, *von denselben*, & ut

Tras-

Traſſans literas de Aviſo ad acceptantem mittat, quarum etiam fieri ſolet mentio in cambio.

11. Quoad *obligationem* ejus, ad quem literæ cambii directæ ſunt, videndum, utrum ille acceptaverit illas, an non. Priori caſu ex *acceptatione* obligatur ad ſolutionem faciendam tempore convento, vel alias recepto adeo, ut, ni ſolverit, ſtatim executive per *incarcerationem* procedatur. Conf. *Magdeb. Wechs-Ord.* Poſteriori vero ſtatim interponenda eſt proteſtatio, & cambium ad *traſſantem* eſt remittendum. Stryk. c. l. §. 16. In palliato nulla *acceptatione*, aut *proteſtatione* opus eſt. Interim eodem modo executive *nach Wechſel-Recht* proceditur.

TEXT. NOTAB.

L. 1. pr. §. 2. 3. L. Ariſto, 3.

Ex Codice, L. permutationem, 2. L. ex placito, 3.

Tit.

Tit. V. (*C. IV.* 64.)

De præſcriptis verbis, & in factum actionibus.

1. CONtractus INNOMINATI ratione originis erant *nuda pacta*. Hæc ſcilicet erant vel *unilateralia*, vel *bilateralia*. Hæc quidem ante *alterutrius implementum* inefficacia erant: interim tamen, quod uterque ad aliquid præſtandum ſe obligaſſet, proxime ad naturam contractuum accedebant adeo, ut, ſi alteruter impleviſſet, alter ad implendum etiam cogi poſſet. Ceterum, ſi *ſtipulatio mutua* intervenerat, ſtatim obligatio aderat.

2. Nova inde concluſio oriebatur, quod is, qui a ſua parte impleverat promiſſum, ex *pœnitentia* datum revocare poſſet. Nam obligatio, quæ ex *implemento* acceſſerat, erat tantum reſpectu alterius, non vero reſpectu dantis, *L.* 5. *pr. de condict. cauſ. data cauſ. non ſec.* niſi aliunde repetitio impediebatur, prout ad *Tit. de condict. cauſ. data* dictum eſt.

3. Hodie vero, ni ſummam contradictionem committere velimus, hæc omnia

ali-

aliter sese habent ob vim pactorum, quæ vim stipalationum habent. His vero olim intervenientibus, omnis *pænitentia* deficiebat. Schilt. *Ex.* 32. *th.* 11. Stryk *de Caut. contr. S.* 3. *c.* 5. §. 4.

4. Applicata est ad hæc negotia actio quædam generalis, *præscriptis verbis* dicta, *L.* 1. 2. 3. 4. *h.* quia non communis aliqua, & usitata, sed accommodata ad ipsum factum data, & præscripta fuit formula. Grotius *L. II. de J. B. & P. c.* 1. §. 2. Dion. Gothofr. *in Not. ad Rubr. h. lit.* O. Huber. *h.* §. 2 *& ult.* Dicitur etiam *incerta*, *& utilis*, *L.* 21. *h.* quandoque etiam *in factum*. Id. §. 3. 4. Imo tam generalis est: ut applicetur *ad omnes causarum figuras, in quibus æquitas actionem dari suadet*, etsi non subsit contractus, ne quidem innominatus. Exemplum est in precario. *L.* 14. *de prec. L.* 17. §. 5. *h. L.* 20. *pr. L.* 23. *h.*

5 Actiones tamen *in factum* adhuc videntur generaliores esse, quamvis sæpe cum prioribus pro synonymis habeantur. Huber. *h.* §. 10. Pleræque videntur a Prætore introductæ, ad imitationem actionum P. V. quæ *civiles* ut plurimum dicuntur. Id. §. 3.

6. Conceduntur actiones *in factum* (1) etiam in delictis Prætoriis: (2) in supplementum deficientis juris civilis: *L.* 11. *h.* & 23. §. 5. *L.* 52. *de R. V.* (3) in subsidium, si justa de causa actio civilis, quæ adest, applicari nequit. *L.* 11. §. *de dol. mal. L.* 1. §. 43. *de vi, & vi arm.*

7.

7. Ad contractus innominatos in hoc Titulo referuntur quatuor species in *L.* 5. *pr. h.* ***Do**, ut des* : *do, ut facias* : *facio, ut facias* : *facio, ut des*. De quibus notandum, (*a*) ab eo, qui primus implere debet, contractum denominari: (*b*) posse plures fingi, si hi misceantur, vel negativi adjiciantur: (*c*) non dari aliter actionem *præscriptis verbis* in his negotiis, quam si deficiant vulgaria nomina actionum, seu *formulæ usitatæ*. *L.* 2. *h.* Et hinc est, quod, ubi *dolus* intervenit, magis de dolo, quam hæc detur, cum *formula doli mali* usitata sufficerit, adeoque *præscriptione formulæ*, in factum conceptæ, opus haud fuerit. *L.* 5. §. 2. 3. *h.* Conf. Hahn. *ad W. h.* § 2

8. De priori specie *Tit. antec.* actum. *Do ut facias* est, quo res propria datur, ut *factum* aliquod præstetur. *Facta* autem intelliguntur vel locari non solita, vel locari solita quidem, ubi tamen res data non habet requisita *mercedis*. *L.* 5. §. 2. *h.*

9. Unde huc recte referunt *suffragium*, quo quid datur aulico, ut negotium Principi commendet. *L. un.* §. 1. *C. de suffrag.* Quod si factum sequi non possit: proceditur secundum ea, quæ dicta *Tit. de condict. caus. dat. caus. non secut.*

10. Ab hoc negotio non differt contractus, *facio ut des*. Nam idem negotium talem denominationem accipit, si ad factum obligatus primus implere debet ex

con-

convenrione inter partes inita. Hoc casu tamen *simpliciter* agit ad rem dandam, cum factum infectum fieri nequeat, & sic *pœnitentia* per se locum invenire non possit.

11. Denique contractus, *facio, ut facias*, est, quo factum ab aliquo præstarur, ut rursus ab alio, cui illud præsritum, in compensationem ejus aliud fiat; & similis est actioni mandati, sicuti priores locationi, & *do, ut des*, emptioni. *L. cit.* §. 4. *h.* Hic itidem simpliciter ad factum implendum agitur. *L.* 9. *h.*

12. Cererum inter has species has faciunt differentias, quod aliter agatur in arriculo, *do, ut des*; & alirer in duobus reliquis, h. e. *do, ut facias*, & *facio, ut facias*. Nam in arriculo, *do, ut des*, agi potest ad rem dandam *præcise*, vel ad id, *quod interest*, præstandum, si dandum præstari forsan non possit. *L.* 9. *L. f.* 1, Quo casu etiam datum *condictione, causa data, causa non secuta*, repeti potest, *L* 5. §, 1. *h. t.*

13 Sed in duobus articulis, *do, ut facias*; & *facio, ut facias*, rantum agi posse censet Franzh. *h l n.* 63. ad id, quod interest: non ad faciendum, seu implendum factum, quod in contractum erat deductum. Addit Franzkius, quod hæc sit natura *obligationis faciendi*, ut post moram *potestate legis* novatio quædam intercedat, & obligatio in id, quod interest surrogetur, *arg. L.* 44. §. *f. de O. & A. L.* 7. 8. *V. O. L.* 13. *inf. de re judic.*

14,

14. Fluxit hæc observatio ex erroneo principio, quod diversa ratio sit obligationis *danti*, & *faciendi*, quam jam supra Tit. *de pact.* refutavi. Expeditum est, aliud pro alio invito creditori solvi non posse, & præstatio ejus, quod interest, tantum in *subsidium* debetur, si *principalis obligatio* non possit ullo modo in effectum deduci. Ast *sola mora* non facit obligationem *faciendi* inanem. Debitor adhuc in nexu est, & sic potest recte agi ad *factum* præstandum, nec libellus *ineptus* censendus. Imo crederem, ipsum quoque condemnari posse ad *factum* prestandum, cum demum in casu *extremæ contumaciæ*, & hic solummodo in *subsidium*, id, quod interest, debeatur.

15. Longe mitiores sunt qui censent, *alternative* hoc casu agendum esse, id quod tamen de *necessitate absoluta* non intelligo. Admitto libellum *alternativum*, ut aut factum, aut in subsidium interesse præstetur. Sed admitto etiam simplicem ad *factum præstandum* directum. Non itaque satis mirari possum, quod Franzkius *cit. l.* talem libellum, qui ad factum præcise directus est, ineptum, nullumque judicet, addatque, sententiam desuper latam non valere.

TEXT.

TEXT. NOTAB.

L. 1. seqq. L. naturalis, 5. L. quia actionum, 11. L. si tibi, 13. §. 1. L. solent, 15. L. si gratuitam, 19. §. 1. 2. L. rogasti, 19. pr. L. quoties, 21.

FINIS

PARTIS PRIMÆ

INTRODUCTIONIS

IN

JUS DIGESTORUM.

Digitized by Google

ERRATA.	CORRIGE.
Pag. 2. §. 3. Si vero squecialior	Si vero specialior
pag. 17. §. 13. habuis ad	habuit ad
pag. 20. §. 6. requirirur Hahn.	requiritur. Hahn.
pag. 35. §. 10. quo ad eos	quoad eos
pag. 47 §. 10. Inprimis	In primis
pag. 63. §. 2. quo ad corpus	quoad corpus
pag. 65 §. 1. Legum Romanatum, est	Legum Romanarum est
pag. 66. §. 3. qua tali non	qua tali, non
pag. 67. §. 5. veluti: deferro	veluti deferre
pag. 74. §. 3. ut magistratus abierit	ut magistratu abierit
pag. 79. §. 8. ad inssantiam	ad instantiam
pag. 81. §. 15. comparere necne	comparere, necne
pag. 82. §. 16. suggerit Conf.	suggerit. Conf.
pag. 83. §. 2. ſimile quod ultimam limitationem	simile, quoad ultimam limitationem,
pag. 88. §. 8. *Auct. libellum*	*Auth. libellum*
pag. 90. § 1. D, Stryk.	Dn. Stryk.

pag. 99. §. 11. Gothofr. in Rot.	Gothofr. in *Not.*
—— §. 1. Quis in jus	Qui in jus
—— —— Schilter. *ex* 7.	Schilter. *Ex.* 7.
pag. 100. §. 2. vel fine scriptura	vel sine scriptura
pag. 101. §. 7. Ulterius sit actus	ulterius sit aptus
pag. 102.§.10. expressio causæ proxime	expressio causæ proximæ
pag. 103 §. 13 an, contendere	an contendere
—— —— actor usurus est non alia	actor usurus est, non alia
pag. 104. §. 15. editio petatur circa calumniam	editio petatur citra calumniam
—— §. 17. veritas alter	veritas aliter
pag. 105. §. 17. intentionem Fab.	intentionem . Fab.
—— §. 19. aud. entia ei	audientia ei
—— —— hodie die actione	hodie actione
pag. 107. §. 4. pubertate proximis	pubertati proximis
pag. 109. §. 10. quod scrip. tum est	quod scriptum est
pag. 113. §. 21. post non impletum	post non impletus
pag. 118. §. 10. majestat is	majestatis

pag. 156. §. 14. perpetua cautela	perpetua curatela
pag. 162. §. 3. pinguis tamen	pinguius tamen
pag. 171 §. petat declarationis	petat declarationem
pag. 190. §. 18. *N.* 15.	*Nov.* 15.
pag. 201. §. 8. *L.* 23. *f.* 5.	*L.* 23. §. 5.
pag. 205. *Tit. II.* obveniant	obveniat
pag. 277. §. 23. Si intra biennium	si ultra biennium
pag. 381. §. 35. pactum protomiseos	pactum protimiseos
—— §. 37. jus protomiseos	jus protimiseos
pag. 383. §. 6. jus protomiseos	jus protimiseos
pag. 388. §. 3. a creditoribus possit	a creditoribus conveniri possit
pag. 389. §. 10. quam ipso	quam ipse
pag. 402. §. 15. jus protomiseos	jus protimiseos
pag. 408. §. 26. functo conducto	fundo conducto
pag 416. §. 3. Illa de mum	Illa demum

005685307

Digitized by Google

54